Burdo animal: quod ex equo nascitur & asina.

Burrit: uox bellinæ.

Burrides animalia manui.

Burræ fatuæ ul' insipidæ a fibula quam burra scripsit. uel a meretrice burra dicitur.

Buris curuatura aratri. buris dicta quasi βουσ ουρα quia est in similitudine caudæ bouis: est enim ea pars aratri: quæ flexa est.

Burgundiones dicti eo q Romani subactos illos per habitacula: q burgos uocant posuerunt: inde burgani dicuntur.

Burgone: castra. uel caulæ.

Burgus habitaculum magis hospitibus expositum.

Burranici flores in sylua nascentes.

Bursi: cauda græce.

Burrhum rufum & nigrum.

Busius. dis. rex ægypti qui immolare hospites consueuerat. hunc & hercules immolauit.

Busta: sepulchra. rogi. ubi cadauera comburebāt

Bustare: sepelire. funestare. a comburendo.

Bustheeta sepulchra ubi antiqui mortuos incendebant. uel sepultura in agro.

Busus: pinguis. obesus.

Bustuarius: cremator corporum humanorū.

Butaleum hærba: quæ croceum florem habet.

Butaneum herbarium dicitur: eo q ibi notentur herbæ.

Buteo. auis est.

Buteo: iuuenis.

Butis stella cometes.

Butyrum: pinguedo lacte colligit': est tamē pinguius & solidius: oleū cuia ex butyro fit.

Buto genus animalis.

Butus buta tum. ibutus imbuta tum ab ibuēdo.

Buxeæ calcei.

Buxus arbor est apicibus: id est litteris apta. hæc buxus arbor. hoc buxum lignum. buxus pro πυξοσ pussc: buxus i altū non pficit: fructū non habet: uiriditatem uero habet: significat nouellos fidem perpetuæ uiriditatis tenētes.

Buzi interpretat' despectus uel contēptus.

C & g. litteræ quādam cognationē hñtiná cū dicamus cētū & trecentos postea dicimus qdrigētos g pro c. ponētes. Itē inter c. cū aspiratiōe & c sine aspiratiōe est g. Nā in c leniori exterior fit pulsus i ch asperiori interior. In media g inter utrūq supradictoꝝ locoꝝ: unde inuicē pro se positæ in qbusdā dictionibus inueniūtur Gubernator, p κυβερνητησ gobio p gobio cere απο του χαιρειν. Cū q. quoq eandē uim habere c ondīt obliqui casus in qbus q in c transeunt qs cuius: & in uerbis quibusdam & eorūdem pricipiis ut loquor locutus sequor secutus.

C pro centū in numeri copulatione ponit'.

Caballus dictus. quod ungula terrā cauet et sic & sompes: uel a cauis pedibus dicit'.

Caballi aues nocturnæ: hæ ululæ dicūtur.

Cabiedes: uindi

Cabilla cabillatio.

Cabistercus: uacuū & inane: & illud intestinum: quod stercus capit.

Cabo: equus castratus.

Cabro quasi uespa longa est.

Cabro uermis dictus a cabone id est equo q ex equo creentur.

Cacabus & cucuma a sono feruoris dicunt' i græcis & latinis habentur. incertum est a quibus sit mutata.

Cacabus uas de testa: etiā de æramēto sicut olla.

Cacephaton dictio obscœna uel incomposite sonans: ut inuat ire & dura castra tenere: mala enim fuit compositio ab ea syllaba incipere: quam superior finierit.

Cacephaton obscœna enūciatio uel icomposita dictio in malā significatiōnē: ut arrige aures turpis est enūciatio: quia pertinet arrigere ad genitalia: fit autem sensu & littera.

Cachuchia κακουχια nomē sumpsit a corporis passione: nam græce malū uel uexatio dicit': fit eni itemperantia ægrotantis uel medicamenti: dicit' & κακωσισ hoc ē afflictio.

Caceuti: graciles. tabidi.

Cacieni: discipuli caci fuerũt. pro similibus ponit: cantores significat.

Cachinnare: ridere: nã cachinus est tacitus solutusq; risus.

Cachinno: nis ipse derisor.

Cacos κακος græce malus.

Cacosyntheton κακοσυνθετον uitiosa cõpositio dictionũ: ut uersaq; iuuencũ terga fatigamus & asta pro asta uersa:

Cacosytheton græce mala compositio dicitur: quando primæ syllabæ finis est i alterius principio: ut mater terra.

Cacus quidam ferus fur latens in auentini mõtis spelũca: ignes emittẽs: homines perdens quẽ alcides interfecit.

Cacumen: summitas. quasi capitis acumẽ.

Cadauer a cadendo morte dictum: uel caro data uermibus.

Cades ubi fons iudicii est.

Caderfida id est uersus.

Cades interpretat' sanctum uel sanctificans uel sanctificatio.

Cadere: ruere. inde casus casualis liter cadus caducus: cõponit' accido. incido. occido. excido. pcido. succido: cõcido. recido: & quæ ab istis fiũt. & stillicidiũ atq; mica.

Cadus uas uinariũ. situla lignea.

Cadus græce amphora: tres urnas capit.

Caduca hæreditas inde dicitur: quia hæredes eius ceciderunt: inde dicitur caducarius: q eam acõpit.

Caducum dicit' quod ab uno cadit in alterum p hæreditatem.

Caducũ flos malorum.

Caduceũ dictũ q cadere faciat lites: uirga uolatilis uel uirga mercurii. qđ est uulnus.

Caduceator: q lites pacificat.

Caduceatus: legatus pacis causa missus.

Caducus: lunaticus a cadendo dictus morbus.

Caduca frusta ex adipe. cada enim græce aruina dicitur.

Caducũ dr tentoriũ quo merces proteguntur.

Cælũ dr a cellando quod cælat secreta: uel qa cælatũ sit signis. id est stellis. unde cælitus aduerbiũ. Cælũ per æ scribit'.

Cæsaries capilli a cædendo cæpes cæsaries.

Cæsar a cæsarie capitis. cũ qua natus est: ut quia cæso utero matris natus est.

Coetus: multitudo. per oe scribit'.

Capharnaũ interpretat' ager consolatiõis uel uilla pinguedinis.

Caicus: fluuius græciæ:

Cayetæ portus promontoriũ italiæ forte a cayeta nutrice æneæ ibi sepulta dictũ.

Caiphas interpretat' inuestigator uomens ore seu sagax.

Cain interpretatur iniquitas odora.

Cain interpretat' possessio uel augmẽtatio. seu lamentatio.

Cainani hæretici: qui cain adorant.

Caister fluuius indiæ.

Caistri: genus auiũ.

Cala græce latine lignũ.

Calabria prouincia iuxta apuliam.

Calabry: uersus obscœni.

Calacte oppidũ uel genus uasis: inde calactinus.

Calagraris: ciuitas hispaniæ.

Calamaula canna: de qua cantat'.

Calameus ianuarius mensis.

Calamus canna a canẽdo dictus. hebræũ ẽ.

Calami hastæ cãdelabrorũ i modũ calamorũ fcĩ.

Calamus & penna instrumenta scribæ dictus q liquorem põat: unde nautæ calaĩ pro ponere dicunt.

Calamus in ezechiele mensura sex cubitorũ & palmi..

Calamus aromaticus ad similitudinẽ calami.

Calamitas a calamo: q intus uacuus extenus nitidus esse dicit': ita calamitas inanes & uacuos reddit homines: uł quasi cadamitas a cadẽdo

Calamitas: miseria. erũna. aduersus casus.

Calamizare: non læcta cantare.

Calamistrum acus ferrea: quæ calefacta contorquet capillos: unde & calamistrati dicuntur q crines calamistro contorquent ut crispi sint.

Calamitosus: exitialis. flæbilis. improbus. periculosus.

Calamites hærba nepta calidissimæ uirtutis. inde ex ea fit antidotũ: qđ diacalamites uocat': urinam & menstruũ mouet.

Calamitæ genus ranarũ.

Calamistroicos uel caniscos in modũ nucis deformatos.

Calandrius auis tota alba: cuius interiora oculorum curant caliginem: in infirmum aspicit si uiuere debet.

Calaman nomen loci uel ciuitatis.

Calare: ponere. uocare.

Calastica græce purgatoria.

Callas. fabrorũ foramina.

Calati: cyathi. canistri de uirgis: angusti i fundo: lati in ore.

Calaticũ ordei genus id est distichũ quia duos ordines habet.

Calazia gemma grandinis in igne posita frigus seruat.

Calathus: canister. uel cartallus.

Cala græce lignũ: unde deriuatur calathus poculi genus.

Calator: minister sacrorũ.

Calbæ: armillæ quæ militibus ob uirtutem dãtur.

Calbino:memor.
Calcaneus est sub talo dictus a calco: quod terram calcat. uel a calce .i. una parte.
Calcantum gemma dicta quod calcis est thymum id est flos: nunc uero fit multis modis.
Calcanar id est calcanariae a calce uiua dictae.
Calcana sibmuli animalium dicta: quod in calce ligat. hoc calcar huius calcaris facit.
Calcar unum: quod prius e duobus libat.
Calchas diuini penetus. proprium. hic calchas calchantos graece: latine chalchantis.
Calce propriumum est.
Chalus calcidos ciuitas in euboea prouincia.
Calcis prima pars plantae a callo dicitur. inde deriuatur calceare. inde etiam calceus id est calciamentum inde calcare componitur & calcitrare quasi calce retro ferire.
Calx uiua dicta: quod intus ignem habeat.
Calcius gemma aerii coloris.
Calciamenta dicta: quod in calo .i. in ligno fiant ea a calce.
Calciamenta fiunt ex pellibus mortuorum animalium & mortuum pedes: significant ferorum patrum nobis data exempla.
Calcedonius palidam ignis habet effigiem: sub nubilo in publico: fulgorem dat in nubilo uenustè fert fidelibus occulte familiaritatis gemma est.
Calcius smaragdus: gemma lapis.
Calculus lapillus terrae admixtus dictus: quod sine molestia sui breuitate calcet: unde calcus minima pars ponderis dicitur & sic scribitur.
Calculi in lusu tabulae dicti: quod pumas ordiales eat quasi per calles uel quod leues sint.
Calculus minima pars ponderis geminis gratis leuius appenditur.
Calculus numerus ratio sententia uel carbo uel lapideus gladius.
Calculator numerator: computatorum calculis .i. lapillis: quos antiqui tenentes in manibus numeros componebant. inde calculatorius liber de numero tractans.
Calculum ubi mortuum ferunt.
Chalcos aes. bene ergo aurichalcum aureum aes.
Chalcidicum metrum dicitur a chalcidos ciuitate in graecia.
Calcophonos lapis: qui pulsatus ut aes sonat.
Chaldaei ab arfaxat orti sunt quando ea caldei a caseth filio nachor fratris abrahae dicti sunt inde chaldaea & chaldaicus.
Chaldaei interpretatur captiuantes uel quasi daemones.
Chaldaei interpretatur feroces.
Calcos oppidum buriniae.
Caldicum: fon deambulatorium.
Calles iter pecorum semitae in syluis uiae tritae pecorum uestigiis: unde a callo pedum uel a calcando dicuntur.
Cales oppidum in campo fidicino. ubi uinum abundat: inde calenum dicitur bonum uinum. uel uas.
Calleo. es. huantelligo callide. ingeniose nosco.
Callidus: ingeniosus in de calliditas.
Caleo. es. lin per unum l calorem patior. inde calidus & calesco & calor deriuatur.
Calleo: quasi humilis leo. uel quasi callidus. ingeniosus & fortis.
Caletra ubi nespae nascuntur.
Caleph interpretatur quasi cor.
Caligo umbra nebula de spissitudine aeris facta: dicta quod maxime aeris calore gignatur: unde caligare obscurare & caliginosus.
Caligae uel caligulae .i. sandaliae a callo pedum uel quasi a colligando quia ligantur dictae.
Caligadamana promontorium.
Caligarius: artifex.
Caligaris uero clauus sine his calciamenta consui non possunt.
Caligarius a calo .i. ligno uocantur: unde fiunt.
Chalybs ferrum uel fornax uel gens a qua ferrum dicitur uel fitrea ferrea.
Chalybs populi gens pontica: apud quos inuenitur ferrum & sunt multa metalla. proprium. hic calybs bis.
Calices poculorum genus ex ligno ante factum proprium. hic calix cis: inde fit diminutiuum calliculus electiora pocula.
Caliendrum: capillatura. suppositus crinis pro naturali ornatu capitis uel quo ad ornandos crines capitis utuntur.
Callicalanus herba. haec insima dicitur a graecis ios chiamus uulgo milimindrum.
Callidus: uersutus in disputando. ingeniosus. subdolus: inde calliditas. Calidus uero affectus a fore feruidus.
Calroe locus ultra iordanem: ubi sunt aquae calidae potantibus commodae. fons proximus hierosolymis.
Calliope nomen musae: optima uox interpretatur uel sonoritas. i. mercurius.
Calliope interpretatur pulchra facies uel pulchra uox. Callion καλλίων pulchrior φωνή uox.
Callirhoe meretrix quaedam.
Calisto elice ursa mater Arcadis.
Calypso insula contra troglodytas sita.
Callimices: gemus simiarum.
Callit: ustiatur.
Calix uas a calida potione dictus significat potionem uel passionem.
Calix significat quod praeter modum & mensuram nihil fiat: uel in peccatoribus nisi per dei prouidentiam.
Calydon: ciuitas in graecia.

Calmum clarissimum.
Calones negociatores nauiculæ uel cellæ militum uel homines qui ligna militibus portãt nam græci lignum cala dicunt.
Calon oppidum ethruriæ.
Calones etiam dicuntur cothurni genus calciamentorum. hic calo.
Calopodiæ forme sutorum dictæ a calo id est ligno & pede.
Calpe in ultimis finibus oceani mons: qui dirimit europam ab africa. hispaniæ ꝓmontoriũ pars europæ.
Calta genus floris uel hærbæ uiola.
Caltudia dies festus.
Caltulum uinculi genus: uel ubi mortui ferunt a coacto loro dictum.
Caluaria ab ossibus caluis dicta per defectionem & neutraliter pronunciatur.
Caluariæ locus dictus: ꝙ ĩ eo damnati capite trũcabantur.
Calumniari: cau sari. præpedire. accusare falso a caluendo. i. decipiendo dictũ. cõe antiquitus.
Calumnior tibi & te inuenitur.
Calumnia accusatio falsa: crimẽ falso obiectum.
Caluere: amare. concremare. frustra decipere.
Caluitur: frustratur. moratur. decipitur.
Caluo uis inde caullo pro caluullo.
Caluus capillis leuiatus & rasus: inde caluicium id est dissipatio.
Callica: gemma uiridis coloris.
Callus: densa cutis.
Calx cis. inde calcar.
Calx calcina lapis est: inde calculus diminutiue dicitur.
Calx cis lapis coctus: aqua accenditur oleo extinguitur.
Cam interpretatur callidus. filius Noe fuit.
Cama lectus breuis.
Camasus amphibalus.
Cambio bis cãpsi põit carisius: & a græco esse uidetur καμπτω: unde & campso as solebant ãtiq dicere certo pugno: iter inchoo: ul' flecto latenter aufero: modo uero cambire pro commutare dicimus.
Camba: inflexa. tortuosa.
Cambuta. sustentamen uel baculus flexus pedũ uel crocia.
Cambre: nomen fabulæ.
Camera a curuitate dicta. est enĩ uolumen introrsum respiciens camus enim græce curuus dr.
Camera quasi camura. i. curua dicitur. lapidea domus.
Camedracontes genera serpentium.
Camelaucus: uestimentum papæ.
Camelia: hærba quædam.
Camælon quasi lacerta est quadrupes in ignem missa nõ ardet. sub aspectu mutat colorem.
Camellus ὁ καμηλος dictus ꝙ quãdo oneratr ut humilis fiat accubat: quia græci chame χαμαι depresse humi humile dicũt: siue quia cauus est dorso.
Camellus funis nauticus.
Camellus significat diuitẽ sæculi onustũ uel distortum.
Camelopardus dictus quia camello & pardo similis sit.
Carmelon: carduus syluaticus.
Camera ciuitas siciliæ: inde camerius. Virgilius.
Camerini dicuntur a quibusdam quidam habitatores eden id est paradisi sanctissimi homines uiuũt annos. cxx.
Camoene musæ a canendo dictæ quasi canentes amoenæ: uel amoenũ canens melos
Cameuniæ. storiæ lecti.
Cameuniæ: uigiliæ in hyeme.
Camedrios: herba breuis.
Camilla: sacerdos fuit.
Camillus: minister sacrorum.
Chamæmelos: hærba.
Chaminus græce fornax a caumate dicit'.
Chamipetos: hærba: hanc latini cucurbitalẽ uocant. ꝙ ex parte odorẽ cucurbitæ ferat.
Chamis lignũ sine ferro: quæ cantũ dicit'.
Camisia dr ꝙ in his dominus ĩ chamis id est lectis nostris. siue ꝙ prius fiebat a canabis.
Camisium uestis sacerdotalis usq; ad talos: ũde & talaris dicit': dicit' uero a similitudine camisiæ quottidianæ: quia de lino fit stringẽs superiora & iferiora: & significat munitionẽ cogitationũ & opeꝝ.
Chamos græce curuũ.
Camos idolũ moabitaꝝ.
Campania: prouĩcia italiæ: habet terras toto ãno uernantes.
Campanũ: genus æris a campania.
Campage: calciamenti genus: quo utebant' diacones romani: uel quibus a pontifice licentia daret': cæteris uero nõ.
Campanus morbus similis lepræ: qui in campania nascitur. Campanus a campania sicut hispanus ab hispania.
Campana ponderatio. hæc tamen duas lances non habet: sed est uirga signata libris & unciis unicuiq; aũt ponderi certus est modus ꝓpriis nominibus designatus: dicta quia prius in cãpania reperta est.
Campester in campo se habens. Prisc. hic cãpester: uel hic & hæc campestris. & hoc cãpestre.
Cãpestria succinctoria dicta: ꝙ hi qui in cãpo cõtendũt: his genitalia tm̃ operiũt. hæc & pizomata dicunt'.
Campitũ: fundus q in campo est.

Campus loci spatium & planicies dictus graece quod breuis sit pedibus .i. humilis non montuosus.

Campi significat sanctos uel diuinas scripturas: quia pastum animae praebeant. interdum latam uiam quae ducit in interitum.

Campsare iter flectere.

Camura curua: unde camera dicitur.

Camnnus apud hebraeos mensis quartus.

Camus genus freni dictus: quod sit breuis: nam chamos graece breuis.

Canaam interpretatur motus eorum siue zelus: a quo afri & phoenices & cananeorum .x. gentes ipse est filius cham.

Cana uetusta fortis sancta religiosa. dicitur autem canus cana canum a candido: unde canicies.

Cannam ueteres dixerunt arundinem. Sciendum tamen quod de lingua hebraea nomen sumpsit quod est calamus. cana syluestris coma arundo uel sagitta: unde cannetum .i. arundinetum.

Canabum a similitudine cannae dictum: siue a graeco canabos: quod idem est.

Canalis dicta: quod cana sit in modum cannae melius est foeminini generis.

Cana: uilla.

[illegible] interpretatur uelut commotio. dicti a chanaan.

[illegible] interpretatur possidens siue possessio ita est dictus simon a uico cana. ipse est & zelotes.

Cananiculus galileae.

Canabis a similitudine cannae: haec canabs bis genus herbae unde pannus efficitur uulgo.

Cancato: canna alba.

Cancer forceps aut ulcus ad similitudinem cancri animalis: e incensis debet fieri.

Cancer est masculinum animal & hoc cancer cancris de morbo antiqui dicebant.

Cancer [illegible] retro gradiens ut cancer. hoc cancer ris morbus. hic cancer ci. animal dictus: quia intestina in modum conchiarum habet.

Cancri uero domus cancta dicitur.

Cancer si quando ostreum diptycum suum ad solis radios aperientem inuenerit. clanculum se immittit ut conclusionem impediat: & sic uiscera depascit.

Cancer est quartum signum dictus quia cum ad eum sol uenerit: retrograditur in modum cancri.

Cancrantum quasi putrefacit ipsum est cancer.

Cancellare: concidere forare.

Cancelli ligna subtilia in transuersum facta in modum taxus: nunc uero & de lapidibus fiunt.

Cancellarius qui in cancellis primus est.

Cancellus cantorum excelsior locus: unde cancellarius.

Cancros graece milium.

Cancri cancelli.

Candauia: mons epiri.

Candela a candeo candes: sicut suadela a suadeo es.

Candelabrum a candela: quam sustinet dictum.

Candeo es ui candidus sum uel ignitus uel ferueo. neutrum.

Candido uero candidaui. actiuum id est candidum facio.

Candidus quasi candori datus studio: nam albus natura est.

Candidus sine macula: albus cum pallore.

Candes: uasa fictilia.

Candus: uestis regia.

Candetum galli appellant spatium centipedum

Caneo nes canui: inde canesco.

Canetum inter nigrum uiridemque colorem.

Cannae uicus apuliae in quo consulibus paulo & uarrone annibal romanos uicit: & ex anulis aureis eorum quinque modios impleuit quos carthaginem misit.

Canere: dicere. carmine respondere modulari uel uaticinari.

Cania: prouincia graeciae.

Canicae furfures.

Canis a graeco dici uidetur: apud illos .n. cyon cynos κυων κυνος dicitur: licet quidam a canore latratus dictum existiment: hic & haec canis, canis diminutiuum canicula facit.

Catulus autem fit a catus quod a cane per denominationem assumitur.

Catellus uero a catulo.

Canis significat diabolum iudaeum uel gentilem & in alia parte procuratorem ecclesiae pro consuetudine latrantem.

Canis terrenum animal & marinum piscem & caeleste sydus significat aequiuoce.

Canicula uel canis nomen stellae quae uicina tauro quae & syrius dicitur aestiuis mensibus medio centro caeli est: & dum sol ad eam ascendent duplicatur calor: & dissoluuntur corpora: unde canis dicitur: quia corpora morbo afficiat canicula annum suum: qui cynicus dicitur complet annis .M.ccc.lx. & quater.ccc.lxv.

Caniculares dies sunt .lxiiii. in quibus molestae sunt purgationes a tertio idus iulii usque in idus septembris.

Canibus nihil sagacius. plus enim sensus caeteris animalibus habent. Namque soli sua nomina recognoscunt: suos dominos diligunt dominorum tecta defendunt. pro dominis suis se morti obiciunt. uoluntariae cum eis ad praedam currunt. dominorum corpora etiam mortua non relinquunt. horum postremo natura est: extra homines esse non posse.

Canes albaniae terrae ingentes sunt: tantaeque feritatis: ut tauros premant & leones perimant.

Canini dentes sunt q in uicesimo anno existũt: uel fortes inter p̄cisores & molares.
Canier:leo.
Canisater iustum.
Canistrũ fixis cānis cōtexit᷑:unde & dicit᷑.
Canities senectus q̄si candicies a candore dicta.
Cano:mensis ianuarius hebraice.
Cano nis.cecini.componit᷑.īde succino.occino: cōcino.quæ tamen in ui faciũt p̄terítũ: sed'm uero quosdā i ni:inde canens cantus.cāturus. canendus.cantor.cantrix cantio.cantilena. frequentatiua canto & cantito.concinnus quoq; inde componit᷑.
Canon græce regula. consuetudo cōprobata.siue institutio.inde canonicus id ē regularis.
Canoppus:oppidũ ægypti a canopo gubernatore menelai dcũs:īde canopeia ægyptus dr̃.
Canopos sydus claræ inde lucet.
Canorus rarum.suauis.dulcis.cantu gratus a cano.
Canosia:nomen stellæ fulgidæ.
Canopeũ rete subtilissimũ quo repellũt᷑ culices & muscæ circa lectulos dormientiũ.
Cantare est tm̃ uoce uel clamoribus īsonare. Canere aũt modulari.interdũ uaticinari.
Cātate corde.psallere operibus dn̄o. Aug.
Canticũ est uox cantantiũ in læticia:laus:
Canticũ psalmi est.cũ id quod organũ modulat᷑ postea cantans eloquit᷑.
Canticũ canticoꝝ hebraice syrasirim dictũ.ꝙ oībus canticis præferat᷑.
Cantor dictus ꝙ uocē modulat᷑ in cantu.
Cantilena:cantus lenis:cantici cōpositio.
Cantanda:uermis terrenus.
Cantara: corbes.cuna.uel cerostata uasa ecclesiastica.
Cantharus:uas quoddam cum ansis :græcũ est: ut quidam dicunt:uulgo butticus dicit᷑:dicit᷑ tamen a cantando.
Canthaius:uas uinariũ.uel animal.
Cantarum:camera domorũ.
Cantatius uel cantarinus:equus castratus.
Cantarinũ:genus ordei id est exaricũ.
Cātus: ferrum circum rotas:uel ligna uulgo cauillæ:secũdæ declinationis est : pro canere uero quartæ.
Cantabries:tenuissimæ aquæ.
Cantabris:similis passio.infirmitas.
Cantaber:populus hispaniæ quidam:q & uascones cũ exiguis armis:quos uicit augustus.
Cantabri gens hispaniæ a uocabulo urbis & iberi amnis:cui insidunt appellati.
Cantes proprie sunt fistulæ.quaꝝ sonus artem musicam edidit:deæ quoq; cantes dicuntur.
Cantabꝛ: far caninũ:quo canes pascunt᷑: purgamenta tritici.

Canus cana canũ a cādido dictus: unde canicies caneo & canesco.
Canus equus q ex candido & nigro est.
Canusiũ oppidũ i uberimis locis est:unde canusinus nanum.
Caonia regio i Epiro a caone filio priami dicta sic:quem frater eius helenus inscienter īterfecerat: & hāc postea possidēs ex eius noīe uocauit:hæc prius molossia a molosso filio pirrhi.
Chaos confusio reꝝ:chaos græci dicũt materiā cæli & terræ confusam.
Cappadocia regio a ciuitate eiusdē nominis dicitur:hæc in capite syriæ sita:ab oriente armeniam tāgit:ab occasu asiā minorem:ab aquilōe mare cimmeriũ & temystrios campos:quos habuere amazones:a meridie uero taurũ mōtem:cui subiacet cilicia & isauria usq; ad cylicũ sinũ:q spectat cōtra insulam cyprũ.
Cappadoces a mosoch filio Iaphet orti sunt : uñ urbs meleca dr̃ apud eos.
Capa dicta ꝙ capitis est ornamentum: uel quasi capiat totum hominem uel duos apices:ut k habeat.
Capāna a rusticis sic dicta:ꝙ unũ tm̃ capiat.idē ē & tuguriũ uel domus pauper.
Capparis.g. fœminini frutech genus similis lentisco:dicta ꝙ habeat in summitatibus rotunda seminũ capitula.
Cappa a græcis dicta:a nobis k littera.latinis superflua.
Caperare:interrogare.cōtrahere.inde caperatum contractũ.rugosum.rigidũ.erectum.
Capareus promontoriũ insulæ euboæ:ubi græci naufragauerunt.
Capedo spaciũ:ut inter parietes a capio pis.inde componit᷑ intercapedo.
Capedo.interuallũ.cura.ardor.
Capedines:aīalia dicta ꝙ manu capiant᷑.
Capedulũ:uestimentũ capitis.
Capella diminutiuũ est a capra:capella uero pro ecclesia dicta q̄si capiens laus id ē populũ uel laudē:uel quasi capāna: qa paucos capiat.
Capere:accipere.actiuũ est.inde dr̃ capiosus:capax.capacior.cissimus.citas.& copulo as:inde copula. Dicit᷑ etiā frequentatiuũ capto tas.captabilis.cōponit᷑ incepto as.Denuat᷑ captus ta tum.a quo captiuus ua.uum.captiuitas.captura.capulus.caput unde capito tonis.capitaneus.capitalis.capitoliũ.capitulũ.capitellũ.capitularis.capuciũ.capister.cacumē.capillus.a quo capillaris.capillatura.corona .unde corono coronas:cōponit᷑ biceps triceps anceps præceps:inde præcipitiũ & præcipito tas. centiceps.occiput.synciput componit᷑ pcax procacitas.procus id est insecutor mulieꝝ.carcer.unde carceratus carcerarios cōponit᷑.cathena.

cathella cathænatus ta tũ. Muscipl'a municepſ modicus: caper capra. capella caprarius capreus capreolus capricornus. capella pro ecclesia quasi capiens ppl'm uel laudem pro laude uł populo. campus cāpestris cōponit' campico la cāpigena cāpana pticeps pticipiũ pticipo. pticipatō pticipator trix. occupo pas. mūcipeſ municipiũ. reciprocus reciproco ŕeiprocas. catus. a quo reciprocatiuũ reciprocabilis itercapedo. pedita manica. princeps: uñ principor aris. mācipo. inde mancipiũ. anticipo anticipator anticipatrix. Faux inde suffoco. Crux crucio executio forceps. Cælum cælitus cælestis cælicus: componit' cælicola cælebs cælipeta excelsus. Præcipuus. principium. Accipio acceptio acceptor trix. Similiter excipio incipio cōcipio pcipio uel præcipio recipio itercipio anticipio decipio suscipio furca. furcifer.

Capenas pro capenatis huius capenatis. cōe ē & gentile.

Capena oppidum uicinum romæ iuxta fontem egeriæ.

Capessere libenter accipere: obaudire. desideratiuum a capio.

Capesso . ui. capessiui & capessi.

Capetoleos december mensis.

Capera carpendis uirgultis.

Caph frictus manuum: uel curuati sunt. littera hebraica.

Capilli dicti quasi a itis p li.

Capillus ueneris dictus: q post allopeciā αλλωπεκια lapsos capillos recreet hærba est.

Capillare: concidere.

Capillamenta. summitates arborum.

Capito nis ppriuum. a capite deriuatur.

Capistrum a capite iumentorum dictum: q caput stringat.

Capis. pis ŕoctouitum est. diminutiuũ eius capidula genus est pontificalis uasis.

Capys & caricus principes troianorum.

Capitatum: q caput habeat.

Capitas: amplitudo. a capiendo.

Capitalis: astutus. uersutus superbus.

Capitale: caput pecuniæ.

Capitis diminutio. i. prioris status pmutatio: q̄ sunt tres. maxima. media. minima. Maxima ē: cū libertas & ciuitas amittit'ur deportatio: cū exulat. Media in qua ciuitas amittitur. sed retinetur libertas: ut in latinas colonias transmigratio. Minima autem cum nec ciuitas nec libertas amittitur sed prior status imminuitur ut adoptio mercenatus miles alterius & cet.

Capicensus taxatio possessionum: uel qui caput suum deducit ad censum ad honorem ad diuitias.

Capitecensus corona: quæ capite geritur.

Capitiũ summitas tunicæ: capitis foramē i ueste.

Capitilauium dies palmarum: quia tunc mons erat lauandi capita īfantium propter futuram unctionem.

Capitolium romæ uocatum: q fuerit romæ urbis caput

Capitolinus: capitolio seruiens.

Capitella dicta: q sint columnarum capita græce epystilia.

Capitulum diminutiuũ a capite: inde capitellum item & diminutiuũ.

Capitulũ qđ uulgo capitulare dr̄ idem est.

Capitulum dictum quasi alterius sententiæ caput.

Capitulum est breuis multoꝝ cōplexio sic dictũ qa breuiter capiat tota summam.

Capitula libroꝝ dicta: q breuiter capiant & contineant aliquā sententiā: siue quasi caput & titulus maioris scripti: unde clericorum capitulum dictũ: q capitula ibi exponuntur.

Caplo sus: clusus.

Caplum funis a capiendo dictum: q eo idomita iumenta comprehendantur.

Capo uulgo dr̄ gallus castratus.

Capo uel capus ex gallo gallinatio fit castratus.

Caprificus arbor appellata q parietes quibus nascitur carpit. Alii caprificum putant dictum: q ficus arbor eius remedio fœcundetur.

Caprificus infœcunda arbor in saxis monumentis nascitur.

Capreoli dicti q capiant arbores: sunt enim cincinni siue uinculi: quibus se innectere & suspēdere solent arboribus uites: ut sine lapsu fructus sustineant suos.

Captos & capras a carpendis uirgultis dicunt uł q captent aspera.

Capreæ sunt ibices quasi auices: eo q ad istar auium alta petant hæ si qñ aduersitatē præsenserint de altis cacuminibus sese præcipitātes suis se cornibus recipiunt illæsas.

Capra domestica. Caprea uero syluatica dicta q̄si capiens arduas: cuius filii capreoli dicuntur. acutum uisum habet: hærbas eligit quas comedit. ad alta nititur. fidem significat. capreæ interdum significat iustos ex gentibus.

Capricornus decimum signum: cuius figuram aiunt a ioue inter sydera locatam: eo q a capra sit ipse nutritus.

Capra amalthea iouem puerum dicitur nutrisse: unde cũ geminis hædis dicitur in cælũ delata

Capricornus ni. secundæ declinationis. q̄uis cornu sit quartæ: signũ est i cælo: cuius cauda i effigie piscis format': ut in extrema sui pte pluuias designemus: altera pte hircus simulatur.

Capreæ sunt quædam insulæ uel ciuitas campaniæ.

Caproriæ nobile castrũ uiennensis regionis.
Capronæ: iubæ equorum.
Capsa urbs in fœnicia.
Capsax: sextariorum. xii.
Capsit. lædit. cepit.
Capso: capio.
Capsus carruca undiq; contecta quasi capsa.
Capsa dicta ꝙ capiat in eatq; conseruet aliqd.
Capsella diminutiuũ: inde captio. dolus. insidiæ coniuratio conspiratio consilia.
Captare: frequenter capere.
Captatio: rumor aura popularis.
Captiuus quasi capite diminutus: qui ab igenuitatis fortuna excidit.
Catus. i. musio dictus: eo ꝙ acute uideat ĩ nocte.
Capua urbs campaniæ: quam capys rex albanorũ construxit: unde & dicitur: uel ꝙ omnẽ uitæ fructũ terra eius capiat. hæc inter tres maxias Romam & carthaginem numerata est.
Capus. falco. auis. a capiendo.
Capularis: senex. contiguus morti: uel reus capulo. feri dignus.
Capulus dr̃: uel ꝙ caput est gladii: uel quia ibi capitur ad tenendum.
Capulus: locus in quo mortui ferũtur. dictus ꝙ sup capita hoium fertur.
Capulum: funis unde indomita capiuntur.
Caput dictum ꝙ capiat cunctos sensus.
Caput mentem significat: quæ est caput animæ
Capys masculinum rex albanorum: qui capuam construxit.
Carra ciuitas mesopotamiæ: pluraliter hæ carræ.
Carabrio genus animalis muscæ similis.
Carabus nauicula discurrens in pado. i. lintet. est autem ex uimine & corio.
Caracalla: cappa.
Caractarismos informatio uel descriptio futurorum cum quadam illusione.
Charactera stilus.
Character ferrum coloratum. quo notæ pecudibus inuruntur. Character autem græce latine forma dicitur. imago uel effigies.
Charaxare: exinanire. scribere.
Caraxatum. idest scriptum.
Charaxia. exinanita.
Characteriæ sunt synodie locutiones: sicut dicit donatus: quas græci characteras dicunt.
Carracutium uehiculum altissimarum rotaꝝ q̃si carrum acutum.
Caradrion auis tota alba: cuius interiora oculos caliginosos curant: si uiuere debet ĩfirmus appropinquat illi: si uero mori: fugit ab eo. p medias noctes in medio sublime cæli dicitur uolare: significat christum.
Carbasus lini species mollissimi & candidissimi sed nunc pro uelis ponitur. nullo humore corrumpitur: nulla ætate uincitur.
Carbasa uela de carbaso lino. Carbasus pãnus.
Carbo dictus: ꝙ careat flamma: cum pruna extincta fuerit: carbo uocatur.
Carbunculus gemma dicta. quod in ortu suo rubet ut ignis post niger fit ut carbo extinctus. huius genera sunt multa.
Carcamis nomẽ loci ciuitatis.
Carcan & calano catsath & emath ciuitates sunt in oriente.
Carcer a coercendo in singulari hominum: ĩ pluirali equorũ custodia: unde carceralis carceranus carceratus Virg. tamen ruunt effusi carcere currus. Est autem undecunq; carcer arcens.
Carchesia pocula a loco carchesi uel spelunca.
Carcandus amnis armeniæ.
Carcedonia gemma.
Cardemon agryon id est nasturcium agreste.
Cardia græce cor.
Cardia cordis passio cum formidabili metu uino sanatur.
Cardia inde cardiacus morbus est.
Cardies cæli extremæ ptes axis: dicti ꝙ sicut cor uoluantur.
Cardo una pars ostii: ubi uertitur.
Cardea: dea cardini præficitur.
Carduus. genus herbe spinose.
Cardi sunt quasi ferrei pectines: quibus homines laniantur.
Carduelis auis dicta: ꝙ carduis & spinis pascitur id est acanthis.
Carex hærba acuta uulgo lisca. caricis corripit penultimam.
Carectum locus herbæ carice plenus locus spinosus.
Caceratores. i. lanarii: quia carariunt. i. capiunt uł claudunt.
Carensis: pastor. a caria. i. pane.
Carenum dictum ꝙ feruendo parte careat tertia enim parte musti amissa quod remanet carenum est: cui contraria est sappa: quæ feruẽdo ad tertiam descendent.
Carere. non habere: unde cariturus.
Careor pro careo antiquitus.
Careo res mi cassum cassu: ꝗuis cariturus. ta. rũ. faciat.
Cariohlum species pigmenti.
Carians. putrescens.
Cariet inueterascit: unde caries.
Caria prouincia Asiæ mons: quam hermus fluuius discernit phrygia regione.
Charibdis mare uertiginosum ĩ sicilia dicta græce ꝙ gurgitibus occultis naues absorbeat. ter in die stringit fluctus & ter uomit.
Charybdis charybdis causa alternitatis.
Carybdis uoratrix fœmina fuit: quã hercules in

mare precipitauit: quia boues eius furata sit.
Caryce ficus a copia nominatae: sunt enim uiginti uel triginta fructus fici in una massa.
Carientes illudentes.
Caries putredo uetustas uel ossa. Caries dicta quod eueniat lignis uirtute carentibus.
Cariosum inde id est uetustum.
Charientismos tropus quo dura dictu gratius proferuntur: ut interrogantibus nobis num aliquis nos quaesierit: respondetur bona fortuna: unde intelligitur neminem nos quaesisse.
Carina medium nauis a currendo dicta quasi currina.
Carinus quasi carens noy Nou. i. sensu.
Carinus gratiosus ἀπὸ τοῦ χάριτος. i. gratia.
Carinator maledicus. conuiciator.
Carinantes: argutantes.
Carisa uetus lena per calliditatem infallaces ancillae caturisae appellabantur.
Caristo as tam: G deatus fulgeo.
Charistia dies inter cognatos festus.
Charisteum marmoris genus uiride. dictum quod gratum sit sculptoribus gemmarum: eius. n. uiriditas reficit oculos.
Carystos ciuitas in graecia euboea: ubi strictum est mare.
Charismata dona spiritualia. gratiarum donationes.
Charisma huius carismatis.
Charites dicuntur graece tres unius nominis ut alii putant. credendum tamen magis est hesiodo qui illas in theogonia nominat in haec uerba.
Τρεῖς δέ οἱ εὐρυνόμη χάριτας τέκε καλλιπαρήους
ὠκεανοῦ κούρη πολυήρατον εἶδος ἔχουσα
ἀγλαΐην καὶ εὐφροσύνην θαλίην τ᾽ ἐρατεινήν
τῶν καὶ ἀπὸ βλεφάρων ἔρος εἴβεται δερκομενάων
λυσιμελὴς καλὸν δ᾽ ὑπὸ ὀφρύσι δακρύουνται
Latine sic uerti ipsi uersus possunt.
Tusque loui charitas praestanti corpore nata.
Oceano tulit Eurynome. si nomina quaeris.
Aglaie prima Euphrosyne Thaliaque sequuntur.
Ex oculis pulchrum aspiciunt. internius harum.
Sydereis irrorat amor lasciuus ocellis.
Carix herba acuta spartro similis.
Caret: patet. manifestat.
Carmelus qui hebraice chermel dicitur: mons est in confinio palaestinae atque phoenicis: sed non ille de quo nabal carmelus. ille enim est mons galileae.
Carmelus cognitio circuncisionis interpretatur.
Carmelum mons proprium loci.
Carmanni populus uersus meridiem remotissimus.

Carmi interpretatur uinea mea.
Carmentis ipsa est Nicostrata mater Euandri dicta quod carminibus futura praediceret. haec primum litteras repperit latinas: postquam cum filio de Arcadia uenit ad Italiam: a qua carmentalis porta romae dicta est.
Carmios nouember mensis.
Carmen uocatur quicquid pedibus continetur dictum quod carptim pronuncietur: unde purgantes lanam: quam discerpunt carminare dicimus uel inde dictum quod qui illa canerent: mente carere existimabantur.
Carminum uarietates apud boetium. xxvii. sunt. primum genus est elegiacum: quod constat primo uersu heroico: secundo prima penthemimeri heroica secunda dactylica ut hic. Carmina qui quondam studio florente peregi. Flebilis heu maestos cogor inire modos. Secundum dactylum tetrametrum: quod constat spondaeo dactylo catalecto. Item dactylo spondaeo: ut hic: heu quam praecipiti mersa profundo. Tertium quod constat primo heroico: secundo alcmanio dactylico tetrametro acatalecto. i. quattuor pedibus dactylicis nulla remanente syllaba: ut hic. Tunc me discussa liquerunt nocte tenebrae: luminibusque prior rediit uigor. Quartum ponit falenticum constans spondaeo dactylo tribus trocheis: ut hic. Quisquis composito serenus aeuo. Quintum anapaesticum pindaricum constans dimetro catalecto. Metra uero anapaestica principaliter constant anapaesto: recipiunt tamen frequenter spondaeum: uerum raro procelcumaticum: apud comicos autem & dactylum: saepiusque cum ultima superest syllaba in duas soluitur breues ut hic. O stelliferi conditor orbis. Sextum glyconium: quod constat spondaeo choriambo pyrrhichio: ut hic. Cum phoebi radiis graue. & si. Felix qui potuit boni. & item: uela nancti duces. Septimum est dactylicum dimetrum catalecticum cui nomen est adonio: ut nubibus atris. uel sic: quisquis uolet perennem. Octauum genus iambicum est hipponactium constans trimetro catalecto. Iambica uero metra imparibus quidem locis possunt recipere iambum & tribrachyn & frequenter apud comicos anapaestum: ita tamen ut multorum breuium iunctura uitetur. huiusmodi metrum bis ponit hoc modo. haec cum superba uertent uices dextera. Quisquis profunda mente uestigat uerum. Nonum est asclepiadeum: quod fit spondaeo & duobus choriambis pyrrhichio siue iambo: cui & pheregratium subiecit constans spondaeo dactylo spondaeo: ut hic. Si quantas rapidis flatibus incitus pontus uersat harenas. Decimum est saphicum: quod constat trocheo spondaeo dactylo duobus trocheis. Miscuit autem huic secundum semper uersum gliconium de quo supra

ius dictum:ut hic. Cum polo phoebus roseis q̄-
drigis lucē spargere coeperit. Vndecimū est iam
bicū anacreontiū:qđ constat dimetro catalecto:
cui secūdum uersum supposuit pheregurtiū:qđ
paulo ante cōmemoraui:ut hic. Quisquis uolet
pennē cautus ponere sedē. Duodecimū anapæ-
sticū parthemiacum est: quod constat dimetro
catalecto:ut hic. foelix nimiū prior ætas. Tertium
decimum sapphicum continuatum:ut hic. Vidi-
mus quantas dederit ruīas:q̄uis id dimetro ado
nio terminauerit sic. Sydera donat. Quartūde-
cimū iambicū archilochicū cōstās dimetro aca
talecto: ut hic. Quicūq; sola mēte præcipiti peti
sum maiq; credit gloriā. Quintumdecimū phalis
cū constans tribus dactylis & pirrhichio: ut hic.
Qui serere ingenuū uolet agrū. Sextumdecimū
iambicū archilochiū constans trimetro acatale-
cto:ut supra memoraui:cui mixtū elegiacum:ut
supra exposui constās:ut hic:q̄uis fluente diues
auri gurgite. Non expleturas cogat auarus opes.
Septimūdecimum phaleuticum posuit:subiecit-
q; ei dactylū archilochiū tetrametrū catalecticū:
ut hic:q̄uis se tyrio superbus ostro:comeret & ni
ueis capillis. In quo tñ ̹p spondæo siue dactylo
Imparibus locis trocheū repenes. Duodeuicesi-
mū dactylum alcmaniū constans trimetro hyp-
catalecto. hypercatalecticus autem uersus est: cui
syllaba superest:habetq; subiectū sibi pheregra-
tiū:quod ita constat:ut supra memoraui: spon-
dæo:dactylo spondæo:sed in loco proximo pro
primo spondæo est ubi anapesticū contra regulā
in tetrametro traditā inuenimus:ut hic. Omne
hoīum genus i terris simili surgit ab ortu. Vnde
uicesimū iambicū anacreontiū constāt dimetro
catalecto eodē semp repetito: ut hic. Habet hoc
uoluptas oīs. Vicesimū asclepiadeū: cuius supra
regulam posui:habetq; subiectū sibi iambicū ar
chilochiū dimetrū & acatalectū ut hic. Heu quæ
miseros tramite deuios abducit ignorantia. Pri-
mū & uicessimū heroicum hexametrū recipiens
locis oībus dactylum siue spondæum uel troche
um:ut hic. O qui perperpetua mundū rōne gu-
bernas. Secundū & uicesimū dactylū alcmanium
constans tetrametro acatalecto suppositūq; sibi
habet iambicū archilochiū:de quo antedixi: ut
hic. Sūt & eni pennæ uolucres mihi quæ celsa co
scendat poli. Tertiū & uicesimū trochaicū alcma
niū constans dimetro acatalecto:sane metra tro
chaica locis imparibus trocheū tribrachū & non
nūquā dactylū paribus cū supradictis:tñ etiā spō
dæū & anapæstū recipiunt huic generi subdidit
boetius:de quo supradictū est feregratiū qđ ̹p
spōdæo interdū recipiat anapæstū:ut hic. Quos
uides celsos sede soli culmine reges. Quartū &
uicesimū ē faleutiū habēs subiectū elegiacū:ut h̄.
Quid tantos iuuat excitare motus & propria

fatū sollicitare manu. Quintū & uicesimū est
mixtū uariis pedibus:quod incertū ē quo de-
beat censeri uocabulo. Aut enī dactylū adoni
um quod ̹p dactylo uel spondæo anapæstum
recipiat. Aut dactylū archilochiū tetrametrū:
quod itē ̹p spondæo siue dactylo anapæstū i
differenter admittat. Nā anapæsticū ratio sen
tire dissuadet:q̄ñ tā spōdæo uel dactylo q̄ ana
pæsto sit cōpositū:ut hic. Si uis celsi iura tonā
tis quæ nā discors foedera rex. Sextū & uicesi
mū archilochiū cōstans tetrametro catalecto:
ut hic. Puro claræ lumine phoebū. Septimum
& uicesimū archilochiū constans tetrametro
catalecto bucolico & tribus trocheis. Tetrame
trum aūt bucolicū est cū quartus pes dactylus
ē:qui partē finiet orationis. Quod apud boe
tiū genus ultimū inuenit:cuiusq; initium est.
Quam uariis terris aīalia permeāt figuris. Ob
serua aūt quicūq; legeris finalē syllabā in om̄i
bus metris indifferenter accipi. Dimetrū uero
uel trimetrū uel tetrametrū i metris iābicis tro
chaicis & anapæsticis per duplices i reliquis ̹p
simplices computare.

Carminū quoq; uarietates. xix. sunt in odis ho-
ratii. Prima oda est monocolos id est cātus
unius membri. Nā uersus asclepiadeus q dici
tur. constat spondæo & duobus choriambis
& pyrrhichio uel iābo. usus est aūt hac metri
compositiōe his tribus odis. Mecænas atauis
ædite regibus. Exegi monimentum ære perē
nius Donarem pateras grataq; commodus
Asclepiadeus dictus ab asclepiade poeta. Se
cūda oda est dicolos tetrastraphos. i. cantus
duobus generibus metri compositus a quar-
to facta replicatiōe:habet enim tres prīos uer
sus similes:q̄bus nomē est sapphicū: & cōstat
trocheo spondæo dactylo & duobus troche-
is. Quartus uero qui adonius dicit̄:cōstat da
ctylo & spondæo:usus est hoc metro in. xxvi.
odis. Iā satis terris niuis atq; diræ. Grandinis
misit pater & rubente:dextera sacras iaculatus
arces. Terruit urbem & cætera Mercuri facun-
de. Quē uirū potabis. Integer uitæ. partius iū
ctas. O uenus poscimus si quid. persicos odi.
nullus argento. Ne sit ancillæ. Septimi gades
ulla si iuris. Iactius otium. Martis. mercuri. na
te herculis. faune. Nō uides. mōtiū. Impios.
pindar. Diues est mihi phoebe. Tertia oda
ē dicolos distrophos. i. duplici genere metri
scripta a secūdo facta replicatione. Nā prior uer
sus:q glyconius dr̄. cōstat spondæo choriābo
pyrrhichio siue iābo. Secundus asclepiadeus
dicit̄:q in primo dictus est:usus ē hoc in. xii.
cantibus. sic te diua potens cypri. sic fratres
helenæ lucida sydera & cetera. Dum tu lydia
mater sæua & thure:donec gratus:uxor paupe

tis. Quantum distat in tactis opulentior quo me festo: intermissa quem tu mepo. Quarta oda ē dicolos distrophos: primus eni uersus dī archilochius constās tetrametro heroico & tribus trocheis extremo uel trocheo uel spondæo. Secundus uero hēt pentimeri iābicā & similiter tres trocheos extremo uel spondæo uel trocheo Superflua est una syllaba: hic tm̄ usus est hoc metro. Soluit' acris hyems grata uice ueris & fauoni: trahūtq; siccas machinæ carinas. Alterno terram quatiūt pede: Dū grauis cyclopū uulcanus ardēs urit officinas. Quīta oda ē tricolos tetrastaphos id est tribus generibus metra scripta a quarto facta replicatiōe: nā duo primi uersus asclepiadei sunt: tertius feregiatius constās spondæo dactylo & spondæo. Quartus glyconius. usus est hoc metro. vii. odis. Quis multa gracilis te puer ī rosa: pfusis liquidis urget odoribus Grato pyrra sub antro Cui flauā religas comam &c. O nauis dianam: uitas. Quid fles o fors. Audacte. Sexta oda est dicolos tetrastophos: p̄mi eni tres uersus sunt asclepiadei. Quartus gliconius: usus est hoc metro nouies. Scriberis uario fortis & hostium. Victor mæonii carminis alite: quam rem cūq; ferox nauibus. Nauibus aut equis miles te duce gesserit. pastor. quis deside rio. Albine nolis. extremum diuis. Iā ueris. Septima dicolos est distrophos: prior enim' uersus heroicus est: sequens tetrametrū ex quattuor pedibus constans & dicit' faliscus: utit' hoc bis tribus. Laudabūt alii claram rhodon aut mytilenē. Te maris. Quid tibi. Octaua ē dicolos distrophos: prior eni uersus constat coriambo & bacchio: uel amphibrachy: secūdus uero constat ex epitrito secūdo ex duobus choriambis & hic tm̄ hoc utit' metro: lydia dic per omnes: Te deos co rosibarim cur properes amando. Nona dicolos ē tetrastrophos: primi eni duo uersus q alcaici uocant'. constāt pentimemeri iambica & duobus dactylis. Tertius dimeter iambicus hypeatalecticus ex duobus iambis uel quattuor iambis & syllaba. Quartus pindaricus ex duobus dactylis & duobus trocheis. Vtiturq; hoc metro tricesies quater. Vides' ut alta stet niue candidū. Soracte nec iam sustineant onus: sylue laborātes geluq; flumina constiterint accuto. O mater' uelox Musis. natis: hic tibi q̄d dedicatū o diua. Nunc ē. motū. Aequam: nondū. O sæpe. non semp. q̄d belicosus. Ille & nophastō heu, heu. cur me Bacchum in remotis. Non usitata: Odi Angustā. Iustum descende. Delecta. Heh. O nata. Cælosu pinas. Tyrrheni. qualē. Ne forte. quæ cura. Phæbus. Decima ode monocolos ē. Hoc metrum constat ex spondæo & tribus choriambis & pyrrhichio uel iambo: utiturq; eo ter: Tunc quæsieris nefas quem, mihi quem tibi. Nullam uare. O crudelis. Vndecia ode dicolos' distrophos Nam prior uersus constat amphimacro & monometro iambico: Secundus uero trimeter est & iābicus claudus. Iambicus autem uersus non solū iambicū, sed heroicū recipit pedem cum solutionibus suis locis scilicet īparibus & tribrachim cunctis: hoc tm̄ usus est in hac Non ebur neq; aureum mea te uidet in domo lacunar. Duodecima monocolos est. Metro continet': quod constat ionico miore: uocaturq; synaphia: & hoc metro tm̄ hic: Miserarē est neq; amori dare ludum. Tertiadecima dicolos est distrophos: nam prior uersus est heroicus: sequens habet pētimemerim: & hoc semel utitur. Diffugere niues: redeūt iam gramina cāpis. Arboribusq; comæ. Quartadecima ē dicolos distrophos: prior eni uersus trimeter ē. iābicus sequens dimeter: & hoc utit' ix. Ibis liburnis inter alta nauiū amice ppugnacula. Beatus ille parentis lupis. Quid meremonis quoq; rogo te: qū repostum: mala soluta.

Quintadecima dicolos est distrophos: prior enim uersus trimeter est iambicus integer. seq̄ns uero constat pentimemeri heroica & dimetro iābico & hoc semel utitur. pecti nihil mea sicut antea iuuet. Scobere uersiculos amore perculsū graui. Sextadecima dicolos est distrophos. Nam prior uersus heroicus est: secundus ex dimetro iābico & pētimemeri heroica. & hoc utitur semel. Horrida tempestas cælum contraxit & Imbres. Niuesq; deducūt iouem nunc mare nunc sylue. Septimadecima dicolos distrophos. Nā p̄or uersus heroicus est īteger: secundus dimeter iambicus: & bis eo utit'. Mollis inertia cur tanta diffūdis in imis obliuiōe sēsibus. Nox erat. Octauadecima dicolos est distrophos: Nam prior uersus est heroicus: secundus trimeter iābicus. & semel utit' hoc. Altera iā terit' bellis ciuilibus ætas Suis & ipsa roma uiribus ruit. Nonadecima monocolos est: quæ constat trimetro iambico ñ est: quod semel utit': Iā iam efficaci do manus scientiæ. Monocolos est: quotiens oda in uno metro sine alterius admixtione est. Dicolos q̄ duobus metris scripta est. Tricolos & tetracolos similiter. Nota autem finali' syllaba indifferenter uti & quod iābicus uersus dicitur: & si oēs spondei sint una tm̄ iābo existente. Sunt & alia plura. & i cētimetris rithmus per se sine metro esse potest. Metrū uero sine rithmo esse nō potest: quod liquidius ita definitur. Metrum est ratio cum modulatione. Rithmus cum modulatione sine ratione. Metrum dactylicū hexametrū: quod heroicū dicit'. quod eo maxīe heroū uirorūq; fortiū facta canerentur: cæteris omnibus pulchrius celsiusq; est: unde opusculis tam prolixis q̄ succinctis, tam uilibus quam nobilibus aptum esse consueuit. Constat autem dactylo spondæo

trocheo. spondæum locis oibus præter q ultimum suscipit. dactylum: præter ultimum trocheum tm̃ ultimo: quod m̃ habet in loco spõdæi. Nã. xxiiii. tẽpo℞ esse debet: quæ est libra plena ut clumina multa polos radianti lumine cõplent. Heroicus post homerũ dictus. Nam antea pythius uocabatur: eo q apollinis oracula hoc uersu sint edita huic familiariter adhæret metrum dactylicũ pentametrũ ita ut nũq̃ sine eo ponatur. Quod recipit spondæum loco primo & secũdo: dactylũ oibus Catalectõ in medio & in fine. ut letanturq; pius agmina facta choris. Constat aũt duplici pẽtimemeri prima dactylica. uel spondaica: secunda dactylica. hoc autem & superius metrum ubi coniuncta fuerint: elegiacum carmen uocatur q miserorũ congruat modulationi. Nã elegios miseros uocãt: priorq; uersus hexameter sequẽs pentameter: qui suũ semper debet finire sensum.

Metrum dactylicũ faleutiũ pentametrũ cõstat spõdæo. dactylo & tribus trocheis: ut Cantemus domino deoq; nostro cuius gloria cum honore pollet. Metrũ dactylicũ sapphicũ pentametrũ cõstat trocheo & spõdæo dactylo & duobus trocheis cui post tres uersus: additur semiheroicus uersus: sicut ægypto pereunte quõdã. Mortis & densa tenebris opta: Quã dei uni facta gens agebat: lux erat orbi. Metrũ dactylicũ tetrametrũ catalecticũ cõstat spondæo dactylo catalecto dactylo spondæo: ut scũs Ambrosius: Squalent arua soli puluere multo Pallet siccus ager terra fatiscat: helyæ meritis impia secla Donasti pluuias: nos quoq; dones. Metrũ iambicũ senariũ recipit iambũ oibus locis: Tribrachym oibus locis præter nouissimũ: Spondæũ dactylum & anapæstũ locis tantum imparibus: pyrrhichiũ tm̃ ultĩo. Senex fidelis prima credendi uia. Abrahã uere fue inis serus pr̃. Metrũ iambicũ tetrametrũ recipit iãbũ oibus locis. Spondæum tm̃ imparibus A solis ortus cardine ad usq; terræ limitẽ. & Ambrosius: splendor paternæ gloriæ: Deus creator oium. Iam surgit hora tertia. Aeterne rerũ conditor. Recipit aliquando hoc metrũ etiam tribrachym locis omnibus præter nouissimũ: dactylũ & anapæstũ imparibus tm̃. Geminæ gigas substantiæ alacris ut curat uiam. Metrũ iambicũ tetrametrũ colophon: quod anacreontiũ dr̃: anapæstũ duos iambos & semipedẽ recipit. Age iã precor mea℞ comes irremota rerũ. trepidã breuemq; uitã. domino deo dicemus. Metrũ trochaicũ tetrametrum recipit trocheũ locis oĩbus: spondæũ omnibus præter tertio. cumq; alternis uersiculis: ita ut prior. iiii. pedes. posterior tres & syllabã. Hymnum dicat turba fratrũ. hymnũ cantus personet. christo regi concinnentes. In quo aliquãdo tertio loco prioris uersiculi spondæum reperies. factor cæli terræ.

Carnes dictæ quia caræ sunt: siue a creando: crementũ enim sæmen est masculi: unde a græcis creas κρεασ uocatur: hæc caro huius carnis antiquitus. unde carnucula & carnicula: ide carnificor cõponit̃: cõe antiquitus: Carnifex dicitur q carnẽ faciat. Inde carnificiũ. i. macellum: unde antiqui carnifex laniator spiculator.

Carinos byzantinorum lingua nouember mensis dicitur.

Charon ditis: qui & orchus græce.

Charon portitor inferni: nã acherõ est fluuius.

Carolus nauicula in paludibus. Carolus rex frantiæ fuit.

Carpa cepulla.

Carpatia nauis a carpados insula dicta: sicut a rhodo rhodia.

Carpatium mare inter ægyptum & rhodũ a carpatho insula illic posita dictum.

Carpados insula una ex cicladibus a meridie posita: dicta propter celerem fructuum ubertatem.

Carpentum pomaticum: uehiculi genus.

Carpentarius: qui facit carpenta: speciale nomen est.

Carpere: consumare. cõcidere. dilaniare. diuellerẽ.

Carptim sparsim.

Carptare: sauciare. ferire.

Carpensus: insula hispaniæ.

Carpenus arbor: quæ dr̃ carmus.

Carpitus fundus: qui in campo est.

Carpobalsamum fructus siue sæmen balsami.

Carpophorus deus paganorum græce: latine dr̃ frugifer.

Carpogratiani hæretici a carpogrates: o dixit christum de utroq; sexu progenitum.

Charta latine: græce καρτησ chartes: unde est tractũ. Charta℞ usus i mẽphite ciuitate ægypti primũ inuentus ẽ: sicut ait lucanus. cõficitur bibula memphitis charta papyro. bibulã autem papy℞. dixit: q humorẽ bibat.

Charta dicitur: quod carptim papyri tegmen decerptum glutinatur: cuius genera multa sunt.

Chartes græce masculinum est.

Carthago punice noua urbs dicitur: quæ a Didone duce & cæteris a phœnicia uenientibus. i. a tyriis in africa dicitur prius constructa: hæc antea dicta est Elissa. post tyrus. de hic carthago: nũc a gotthis subuersa caretro dicitur.

Carthago ante urbem romam. lxx. & duos annos ab helissa condita inuenitur. hæc sexcentesimo septuagesimo septimo anno: q̃ condita fuerat: a scipione deleta est. Que autem nunc est ab urbe condita dc. xxvii. iussu senatus reparata est. xxii. demum anno q̃ fuerat euersa deductisq; ciuium romanorum familiis: qui eam incolerent. restituta est & repleta

magno ante pdigio praecedente. Nam cũ mẽ
sores ad limitandum carthaginensem agrum
missi stipites terminorũ indices fixos nocte a
lupis reuulsos corrososq; reppetissent: aliquã-
diu haesitatũ est. utrum romanae paci expedi-
ret carthaginem reformari.
Carthago. ginis. inde carthaginensis.
Carteros graece. latine durus: inde carterus latine
deriuatur.
Cartallus confinus uel canister.
Cartallus graece fiscella latine.
Chartillago ossis speciem habet: fortitudinem ñ
habet sicut discrim narium & auriculae.
Carteriae sunt in cacumie arboris per quas funes
trahuntur.
Carus amabilis dilectus. unde & caritas: nã grae-
ce dilectio dicitur.
Carrum a cardine rotarum quattuor uel q; currẽ-
do sonet uel quasi currus.
Casa ẽ agreste habitaculũ palis harũdinibus uir-
gultisq; cõtextũ: qbus possũt tueri a ui frigo-
ris ul' caloris. Virg. atq; hũiles habitare casas.
Casa: hospitiolum.
Cassare: euacuare. priuar'. castrare: unde cassatus &
cassabũdus instabilis dubitans titubans.
Casso a careo res sum situ in a fit casso as.
Cascania interpretat' uberatio.
Cascum: antiquũ. uetus. uacuũ.
Casdei hi sũt: qui & chaldaei nunc dicũt' a caseph
filio nachor.
Casses retia lepoꝝ uel telae araneaꝝ: a capiendo
dictae: cuius singularis hic cassis huius cassis fa
cere debet: sed pluraliter tm̃ declinatur.
Caseus dictus q; careat sero: uulgo formaticum.
Casia haerba odonfera similis costo: ũn fit casiũ
oleũ uel unguentum.
Casia flores olentes odoris genus quod decoqt'
in oleo: & fit unguentũ.
Casia nascitur in arabia uirga robusta corticis pur
purei: folius ut piperis. Est autem uirtute cyn-
namomi similis: sed potentia inferior: unde &
pro cynnamomi uice duplex eius pondus in
medicamento admiscetur.
Cassidilis pera pastoralis.
Cassis sidis foemininum ẽ & graecũ a cuius actõ
fit haec cassida.
Cassis & retis genus & galea dr' a capiendo ;uel
capite.
Cassis de laminis: galea uero de corio: nã galeros
corium dicitur.
Cassis a tuscis a ca ite dicitur.
Casin apud scythas nix dr'.
Casiopa: insula maris magni.
Casium medicamenti genus.
Casius mons iuxta pelusium & alius ꝑpinquus
antiochiae est: cuius uertice sol prospicit' quar-
ta adhuc uigilia.
Casleu nouember mensis: q; & nonus dicitur.
Casloim: qui postea philisthim nũc palaestini. idẽ
& allophili. i. alienigenae appellati sunt. horũ
ciuitas regia est asc lon.
Casma hiatus terrae: dũ rumpitur terra: unde cas-
mare uerbum.
Casnomia musca uenenosa.
Casnar senex casnari senes oscorum lingua.
Casperia ciuitas italiae campaniae.
Caspia regna in asia sunt: quibus aditus est ad in
diam inter duos montes crotan & proconen
sum: ubi angustum est mare.
Castalius fons boetiae sub monte parnaso musis
sacratus: qui pegaseus uel helicon alis dicitur.
Castanea a graeco dicitur. hanc graeci Tokeroda-
ꝑos castanon dicunt quia fructus gignit i mo
dum testiculorum.
Castra sunt: ubi milites steterint dicta quasi casta
uel q; ibi castretur libido. Castrum uero singu
lariter oppidum. inde castellum diminutiuũ.
Castrum inde castrẽsis dignitas honor castroꝝ.
Castellum castellanus: sicut oppidum oppida-
nus.
Castitas: corporis incorruptio: Continentia ue-
ro post corruptionem abrenunciatio. Alii ca-
stitatem in coniugiis spiritualibus: continen
tiam in uirginibus intelligunt. Illa antem est
uera castitas: quae nec mente polluitur.
Castrimargia: gulae concupiscentia.
Castus primum a castratione dictus: postea pla-
cuit ueteribus etiam eos sic nominari: qui per
petuam libidinis abstinentiam pollicebant'.
Castimonia: pudicicia.
Castimonium sanchmonium.
Castigare: corrigere. hinc castus dicitur correctos
habens mores.
Castifer: qui flagellum portat.
Castulo onis: urbs est hispaniae.
Castor animal est nimis mansuetum, masculinũ
dictum quia dum uenator eum sequitur: mor
su dentium se ipsum castrat: ut euadere possit
testiculis ante faciem uenatoris proiectis quo
rum gratia uenator eum persequebatur. Sunt
enim apti medicaminibus. hos fibros uel põ
ticos canes dicunt.
Castoreum medicamentum: quod fit de testicu
lis castorum.
Castor per aedem castoris.
Castor & pollux apud paganos dii sunt habiti:
quos etiam inter sydera finxerũt: quod signũ
dicit' gemini.
Casula: uestis cucullata: q̃si minor casa: eo q; totũ
hoiem tegat: inde cuculla quasi minor cella.
Cassus a careo es: magis ẽ nomẽ. sicut lassus q̃ p-
ticipiũ maxie cũ uanũ significat: inde casso as.

Cassum: inane uacuum.
Casus a cadendo dictus: per eos enim inflexa nomina uariantur. & cadũt tam sensu q̃ littera.
Casus est ruina cuiuscũq; rei. In nomine uero casus dicitur inflexio.
Casus est declinatio nominis uel aliarum casualium dictionum: quæ maxime fit in fine.
Casus lapsus ruina. fortuna. omne periculum.
Casus uel fortuna est causa per accidens. rarus' euenientiũ. in his rebus: quæ propter aliquid aliud fiunt. ut qui causa uidendi amicum' exiuit: lapide sua grauitate cadenti percussus est.
Casus est inoptinatus euentus ex confluentibus causis in his. quæ ob aliquid aliud geruntur sicut cum unus abscondit aurũ: alter effodiens terrã ob aliud idem inuenit. hoc igit' fortuitu credit' accidisse: sed non de nihilo: nam proprias habet causas q̃ p̃us posuit: & q̃ post effodit
Casus dicitur secundum: quosdam: q̃ sine causa eueniat.
Cata κατα iuxta: sed apud græcos significat ab con: in pluribus compositis ad.
Cata multorum cantatio.
Cata funis cũ plũbo: quo altitudo tentat'.
Catabathynon accolæ montem uocant prope castra alexandri interpretatur descensus.
Catabole proprie dicitur: cum quid de sublimi inferius iacitur: uel cum aliqua res exordium sumit. unde hi qui ædium fundamenta iaciũt cataboletæ. i. deorsum initia fundamentorũ iecisse dicuntur.
Catabulum clausura animalium: ubi desuper aliquid iacitur.
Catadysmus diluuiũ uel euersio.
Catadysmus græce hyems: pyrosin uero æstas.
Catachsis abusiua.
Catachresticos usurpatiue.
Catachresis usurpatio nominis alieni: ut parricidam dicimus: non q̃ patrẽ occidit: sed uel fratrem & piscinam quãuis pisces non' habeat.
Catachresis. i. abusio & usurpatio dicitur.
Cata enim ab. chresis usio nominatur.
Catacesis doctrina.
Cataforas. i. africa tertium clima cæli.
Catadupla locus ubi Nilus de monte cadens nimium fragoris facit.
Cataphrygis hæreticis nomen prouincia phrygia dedit: q̃a ibi steterunt auctores eo℞ montanus p̃sca & maximilla: qui aduentũ sci spũs non in apostolos sed in se uenisse asserunt.
Catagrapho græce scribo.
Catalecticus uersus est cui una syllaba deest in fine: ut nubibus atris. uel sic. Quisquis uolet pemnem. Acatalacticus cui nihil deest. hypcatalecticus qui abundat.
Catalepsia passio epilepticorum: sed in hoc differt quod non spumant cataleptici, sicut epileptici qui & per os & per nares spumas proiiciunt. Catalepticorum passio a tibiis uel pedibus, inchoat: q̃ñ gressũ mouent tibia℞ dolorẽ uel frigdorem siue grauedinem sentiunt: fit autem uel ex nimio sanguine uel ex cole℞ feruore: q̃ conclusi in stomacho non habentes naturalẽ exitum caput grauant: & sensu priuant.
Catalon. totum.
Cataantis: contrarius.
Catalogus suscriptio: conscriptio.
Catalogus: numerus ordo uel series.
Catamitus ganymedes: mollis fuit: inde catamiti dicuntur molles'.
Catamerinos quottidianus.
Cataplectatio. i. conuitiũ.
Catapulta sagitta spicata. uel epulum.
Cataplasma: medicamentum dictum: q̃ in ductio fit sola.
Cataplus: aduentus nauium.
Catapota genus calicis.
Catapodia dicta: quod modica potes' seu ingluttiatur.
Catapates est linea cum massa plumbea. qua maris altitudo tentatur.
Cataractæ cæli fenestræ uel tonitrua.
Cataroæ hæretici: qui propter mundiciã ita se nominauerunt: gloriantes. n. se de suis meritis: peccatorum ueniam negant: Idẽ sunt catari.
Cathartica græce purgatoria latine.
Catarrus fluor reumæ iugis ex naribus: qui dũ a faucibus uenerit: branchos dicitur: dum a thorace uel pulmone tussis.
Cataseeue: destructio.
Catasceua confirmatio propositæ rei. Anasceua reuincit: non fuisse aut non esse quod factum proponitur.
Catasta genus pœne similis equuleo.
Catastaginos est catarro internus uiscerum distillans uel percutiens: si in stomacho tussim cũ nausea prouocat: si in pulmone cum grauedine thoracis & tussicula uæhemẽti & sputis spumosis aliq̃bus cũ raucedie & si sanguinẽ expuerint ad phthysim ueniũt & tabidi moriunt'. Aliquotiẽs expuunt & excreant pinguẽ saniẽ.
Catastropha cõuersio stomachi. i. subuersio: q̃d' est diaria solutio uentris: ut quicquid ibi acceperit non coctum digerat.
Catameros per partem.
Catidon κατιδον græce latine uidi: unde' catus . i. igeniosus: & catus q̃a acute uidet i nocte.
Catax a coxa claudus.
Catetizare: docere. instruere. imbuere.
Catecuminus istructus, siue audiens pro eo q̃ adhuc doctrinã fidei audiat: nec dũ tñ baptismũ pcepit: Nã catecuminus græce auditor int'p̃tat'

Cathedra excelsa sedes iudicis præsidentis esse solet.
Cathcia lingua persarum hasta uel tælum.
Cathcia quam horatius chaiam dicit: est. n. gēus gallici teli: quod si ab artifice mittatur: rursus ad eum redit qui misit.
Categoria: ascriptio. accusatio. prædicatio.
Categoriæ græce: latine prædicamenta dicuntur quibus per uarias significationes: omnis sermo conclusus est.
Cathællæ catænulæ colli sunt inuicem se compræhendentes in modum cathænæ: unde & dicuntur.
Cathænia: collare muliebre.
Cathæna dicta: ꝙ capiendo teneat utraq; uestigia: ne progrediatur: uel ꝙ se capiendo pluribus nodis teneat: inde cathænula: & concathænare.
Catepænon κατ' ἐπαινον latine per laudem.
Caterua multitudo: inde cateruatim: multipliciter congregatim collectim: & cateruanus qui in cateruis populi subsistit: & cateruare id est aggregare colligere.
Catetus perpendicularis linea est recte descēdēs: uel quæ ab angulo ducitur.
Catalis collis: ubi nunc lacus funditus est.
Catillo as aui deglutire uel sonare ut catulus.
Catillo gulosus a catellis dictus.
Catinisci & cymbia poculorum genera sunt.
Catigera rector doctor.
Catine ciuitas siciliæ: quæ libidinosa fuit.
Catine proprium est inde catinensis.
Cataypoisis per quandam imaginationem ostensio: quod ad unūquēq; attinet.
Catinum uas fictile: lanx. i. salinum.
Catyppis oppidum orientis.
Catilare per alienas domos infrontare: gyrare. a catulis circumeuntibus.
Cathmia genus lapidis: unde cypriū æs efficitur
Cathmus filius agenoris: qui ab Asia ueniens in Europam Thebas condidit in boetiam frater europæ & fœnicis.
Catholicus: rectus.
Catholica græce uniuersalis uel generalis.
Cathomi: uirgæ ferreæ.
Cathorin september mensis lingua cappadocū.
Caticœnodon id est secūdū torū mons: cuius quidem usq; in orientem unum iugum uidetur. sed multa sūt nomina.
Catones duo dicuntur fuisse amatores uirtutis: maior censorinus auunculus minoris philosophorum: peritissimus. Minor nepos eius rigidus dictus est & uticensis: q utice se interfecit
Catoblepa bestia quædam: cuius aspectus uitam aufert.
Catricula: furtus. circūuento. fraus.

Catrophilon græce fastidium cibi.
Catus: marina belua.
Catus denominatiuū a cane. i. doctus. sapiens. acutus: inde cato dicitur.
Catuli abusiue dicuntur quorūlibet animalium filii: nam proprie canū sūt dicti. per diminutōnem a catus qđ a cane per denominationem assumitur.
Catellus uero a catulo & catulaster.
Catux: sublimis.
Caua: uacua inanis: inde cauare. i. uacuare. fodere.
Caucasus mons scythiæ ab india usq; taurū porrectus pro gentium & linguarum uarietate dictus: nam cum in oriente in excelsum consurgit: caucasus dicitur: qui & ipsorū lingua: pro niue candidus dicitur.
Caucolæ lyxæ serui militum.
Caucula: singulariter masculinum.
Caucasus mons. q inter colchos: q sūt super cimericum mare & inter albanos: q sunt ad mare caspiū primū attollit: cuius quidem usq; in orientem unū uidetur iugū: sed multa sūt nomina: & multi hoc ipsū tauri mōtem credi uolunt: q̄ reuera parthoatras mons armeniæ inter taurū & caucasū medius continuare taurū cū caucaso putatur: sed hoc non ita esse dicet nit fluuius euphrates: quia radice parthoatræ montis effusus tendens in meridiem ipsū ad sinistram taurū excludit ad dextram.
Cauculus petra: quæ in uesica fit.
Cauculosi hi sūt: quibus tumor in uesica & apostema est: sunt illi: qui cum uorinam faciunt: uelut furfures supnatant: uel qui stranguria siue dissima laborant.
Cauctus: uasis genus.
Cauda pars extrema: inde caudatus.
Caudæ: insula parua iuxta cretam a meridie.
Caudea iuncea: quod iuncea cauda emergat. dicitur scirpus.
Caudex arboris radix uel ramalia in radice iūcta ueteres enim codex nos caudex: sicut illi clodus nos claudus.
Caudicatus radicatus.
Caudicæ nauiculæ ex uno ligno cauato factæ. dictæ: ꝙ quatuor usq; ad decem hoies capiant.
Caudex: petra.
Caudinum oppidū est: unde caudinus. na. num.
Cauea theatrū spectaculi locus: pōt pro aliquorū animaliū clausura: quæ uulgo capia dicitur quasi cauea.
Cauernæ: cauæ partes.
Cauere præteritū caui. declinare. uitare: habetq; in se negationem: ut caue fiat pro ne fiat.
Cauillatur: mordet: deridet. conuiciose iocatur. argumentis tergiuersatur: caute perscrutatur.
Cauillatio: iocus urbanus.

Cauillum idem est quod cauillatio: iocus cū conuicio.
Caullo diminutiuum a caluo pro calullo.
Cauis: auis aiacia.
Caula cancellum ante iudicem uel ingressus.
Caules cancelli tribunales: ubi sunt aduocati.
Caulæ munimenta ouiū uel sepimenta ouilium ouile eni græcum est. οισ enim ouis est. aulæ græce receptacula sunt.
Caulis generaliter hærbarū uel oletum medius frutex: qui uulgo thyrsus dicitur quod a terra sursum conscendat: ex quo dicitur quoddam genus olerum specialiter.
Caulis quia thyrsus eius amplius cæteris oleribus coalescat.
Caulis dicitur generaliter quicquid ī oleribus nascitur auulsis primis foliis dictus q coalescat: masculinum est: nam. v. liquescit.
Cauli cauliculi. cauliculi uero sunt ramusculi.
Caulonia: regio assyriæ.
Caulus uel agrestes uentus corus dicitur.
Caulonus mons uel oppidum calabriæ.
Cauma. tis. καῦμα calor æstus. græcum est.
Cauum profundum cum ambitu.
Cauum dicitur uacuum natura. inde cauatū manu.
Cauno: negociator.
Caunus: caballus.
Caupo negociator tabernarius a capiendo nimium dictus: unde cupa cauponum taberna.
Caupillus lignum cauatū quasi cymba lembus. carabus breuis.
Caupo caupona: quod significat tam ipsam tabernam q mulierem cauponula facit: ut leo leæna: draco dracæna leno lena: strabo straba.
Caurus pro corus uetatus est.
Causa est animi impulsus ad aliquid agendū rō uero gerendorū ordo ex causa uenientium.
Causa dicta a casu: quo uenit: est eni origo & materia negocii: quæ dum preponitur causa est: dum discutitur iudicium: dū finitur iustitia.
Caulula diminutiuum.
Causa aut argumento aut probatione constat: argumento qñ nec testibus nec tabulis dat. probationem sed sola inuestigatione inuenit ueritatem: unde & dictū argumentū. i. argutū inuētū. probatio autem testibus & fide tabularum constat.
Causarū genera sūt qnq. hōestū. admirabile. humile anceps. obscurū.
Causæ genus honestū est cui statim sine oratiōe nostra fauet animus auditoris. Admirabile: a quo est alienatus animus eorū q auditur i sunt. Humile: quod negligitur ab auditore. Anceps in quo aut iudicatio est dubia: aut causa honestatis uel turpitudinis particeps: ut beniuolentiam pariat & offensam. Obscurū ī quo aut auditores tardi sunt: aut difficilioribus ad cognoscēdū negotiis causa cernit implicata: causarū status sūt duo: rationalis & legalis. De ratōnali oriunt coniectura: finis: qualitas: translatio. De fine iudicialis & negocial. De iudiciali absoluta & assumptiua. De assūptiua concessio: remotio criminis: relatio crimis cōpensatio. De concessione purgatio & depcatio.
Causa est propter quā unūquodq sit. causarum tria sūt genera. deliberatiuū demonstratiuum & iudiciale. Causa dicit a chaos: quod fuit principiū oīum rerum: ide causa dicit origo uniuscuiusq rei.
Causa sine ratione pōt esse: ratio uero non sine causa.
Causales & rationales: quas quidam sub una specie ponere uoluerunt: hoc differunt: quia præcedit cā: ratio sequitur.
Causales cōiunctiōes ,ppe sunt: quæ causā ātecedentem causatiue significāt. i. res uenientes ex causa antecedente.
Causarius: litis amator.
Causeus: reus.
Causari: calumniari. exigere. in cām ducere.
Causidicus: orator. defensor. patronus.
Causis καυσισ græce interpretatur incensio latine.
Chaus latine quod græce chaos dr: huius chai facit confusio caligo cuius ablrō usus & Ouidius in metomorpho. sic hereboq chaoq.
Causos incendiosos. græcum est.
Cauterium καυτήριον dictū quasi cautrium quod urat & prouida sit in eum seueritas cautio: ut dū uideruntur sit auaritia refrenetur. Quod interdū pro signo: interdū p cura adhibet: ut uis morbi ignis ardore siccetur: ide cauterio as. i. inuro dano.
Cautio a cauendo dicta breue uel charta recordationis.
Cautes saxa asp rata ui maris. dictæ a cauendo a nauigantibus scilicet quasi caute.
Cautus a cauere. sollicitus. præcauens.
Cæa insula in oceano omniū frugū fertilissima.
Cebetes quē uirgilius nimis diligens cū alexandro alexin uocauit.
Chebron ciuitas iudææ. ipsa est arbe a nūero ita uocata: q ibi tres patriarchæ sepulti sūt & quartus adam. Ipsa est mambre ab uno amico abrahæ sic dicta.
Chebron ciuitas interpretatur coniunctio uel cōiugiū κλείεσθω cliestho. i. clausus sit.
Cecidit preteritū decado uerbo: succubuit periit. ad terram elisus est.
Cecini preteritum de cano. prædixi. cantaui.
Cecrops regnauit in attica. hic urbem athenas in

hellape condidit ex suo nomine cecropiam uocauit. hanc etiam minerua dr̃ construxisse.
Cecropii uel cecropidæ athenienses græci a cecrope.
Cecumini .i. mali feruores. Nam cacos malum καυμα græce æstus.
Ceculum uinũ campaniæ uel uetus dictũ ꝙ cæcet & confũdat ingenium.
Cæcula serpens dicta: ꝙ parua sit nec habet oculos.
Cæcus dictus: quod caret uisu: qui utroq̃ oculo non uidet: inde cæco as .i. cæcum facio. actiuum est.
Cæcum intestinũ dictũ: ꝙ sit sine foramine.
Cecutientes: lyppientes. parum uidentes.
Cedar filius hismael fuit: interpretat᷑ tenebræ uł mæror. Hieronymus tamen sic scribit cedar interpretatur: cum mundus totus in maligno positus sit.
Cedar regio saracenoꝝ trans arabiam sita: q̃ mari ægyptio contigua est.
Cædes occisio a cædendo p æ scribenda.
Cædo dis. cæcidi cæsum .i. incido ferio uerbero.
Cedo dis cessi cessum. locũ do dimitto p e scribit᷑ cedo pro dic nihil ãplius habet p e solum.
Cedrus arbor alta: cuius lignum iocundi odoris est & diu durans: nec a tinea unq̃ exterminat᷑ huius ligni resina cedria dr̃: qua libri illiti nec tineas patiuntur: nec consenescunt.
Cedrinus de cedro.
Cedrus magni odoris & imputribilis uirtutes & signa exhibentes significat: qui dicere possũt: christi bonus odor summus deo.
Cedrus suo odore serpentes fugat.
Cedri significant excelsioris potẽtiæ uiros & in malo.
Cedrus in creta africa atq̃ in syria nascitur.
Cædula charta.
Cephalenia insula maris magni.
Cephi monstra quædam ethiopiæ.
Cephesus fluuius.
Chein χειν iudicatores uel fundere græce.
Cella dicta: ꝙ nos uel aliquid occulte celet .i. apotheca: inde deriuatur cellarium.
Cellarium dr̃: quod in eo colligat᷑ ministeria mẽsæ: & quæ necessario uictui supersunt.
Celare: occultare. denegare uel sculpere: designãdo incidere.
Cælatum insculptum a cælio: qđ est ferramenti genus: quod uulgo cælionem uocant.
Cælare p sculpere p æ: p abscondere per e tm̃.
Celeber: frequẽs. festiuus. uenerabilis. preclarus. a cælo: inde celebritas: ꝙ nõ ibi terrena: sed cælestia tm̃ agantur.
Celebrare etiam ide dr̃ .i. cælo dignum facere. & celebrabile .i. dignum celebrari.

Celeber & celebris dr̃ briot rimus.
Cælebs cælo aptus. coniugii exps: uel cælo beatus. hic & hæc cælebs bis. quasi cælestium uitã ducens: inde cælibalis.
Chelæ brachia scorpii: quæ faciũt libram.
Celena: locus campaniæ.
Celeptra myrteum genus frugis.
Cele græce genus uasis uimineum. uel uilis supellex.
Celeno una harpyiaꝝ: raptrix fuit.
Celer uelox.
Celeritas animorum & factorum uelocitas uelocitas autem pedum a cellere.
Celer uel celeris & hoc celere & secundũ utrunq̃ comparatur celerissimus pro celletimus.
Cellere: affligere uel macerare superstare. inde cõponitur excello pcello .i. ualde macerare.
Celes cithara: qua canitus.
Celes oues auca.
Celes celicole.
Celeuma clamor nautarum. siue carmẽ sup mortuos. uel super lacum.
Celeus rex eleusinæ ciuitatis pater triptolemi q rustici operis instrumenta monstrasse dicitur doctus a cerere.
Cælia insula est Aug.
Cæli significant animas sanctas quãdoq̃: aliquãdo libros utriusq̃ testamenti.
Celia potio est a calefaciendo dicta ex succo tritici partem confecta suscitat᷑ enim ignea illa uis germinis madefactæ frugis: ac deinde siccat᷑: & post in farinam redacta molli succo admiscetur: quo fermentata sapor austeritatis & calor ebrietatis adicitur.
Chely græce brachium dicitur. ide chelys lyra dicitur. utrũq̃ tamen græcũ est.
Celarchos immortalitas.
Cælibatus uirginitas castitas dictum ꝙ cælo dignus sit quis.
Chelydrus serpens: qui fumare uiam facit. dictus ꝙ terra & aqua moret᷑: quasi chersidros: χερσοσ enim terra. hydor aqua dicitur græce. semper directus ambulat: nam si torsent se: dum currit. statim crepat.
Cælicola dictus ꝙ cælum colat: est eni ãgelicus.
Celicola commune est.
Cælicolæ larum pluraliter: facit tamen per concisionem cælicolũ quod maxime fit in patronymicis & compositis ut graiugenũ caprigenũ omnigenũ triuum diuum: amplorũ æneadũ dardanidum ausonidum.
Cæli significant euangelistas uel sanctos a terra eleuatos ferentes dominum.
Chelidon χελιδων hirundo.
Calidonia hirundinina herba ẽ: cuius sucus oculis meden dicitur: Nam ulcera i oculis & aspi

tudines siue albugies extenuat hirundinina di cta siue q͂ aduentũ hirundinũ uidet erũpere: siue q͂ pullis hirũdinũ si oculi auferũt: mater eorũ hac eis hærba medet: quod sic experiri potes: si pulli eius de acu oculũ pũgas: uidebis enĩ illico matrẽ ipsis florem huius hærbæ oculis apponere pro luminis reparatione.

Chelidonia hærba ortulana odorifera.

Chelidonia gẽma ex hirundinũ colore uocata.

Chelidoniacus gladius dictus: q͂ sic in modum caude hirundinis.

Chelys iustitiæ iudicium.

Cælitus de cælo. aduerbium.

Cælius tuscorũ lingua september mensis.

Cælũ ferramenti genus: unde cælare id est sculpere dicitur.

Cælius mons in urbe roma.

Cælius excelsus.

Celonis genus nauis: quã græci celectam dicũt. id est uelocem.

Celox species nauis. fœmininum est.

Celonitis gemma oculus indice testudinis uarius & purpureus.

Celonium stagnum siciliæ retro abiicit proximãtes odore.

Celtiberi populi fũt: q deuouentes se suo regi ñ post eum uiuere uolunt.

Celtiberi dicti a gallis q prius celtici dicebãt: & ab ibero hispaniæ fluuio: ubi consederũt: quorũ ex nomine uocata est celtiberia regio.

Cælũ dictum: q tanq̃ cælatũ uas impressũ lumĩa habeat: Alias autẽ a celando superiora cælum græce uranos dicitur.

Cælestis & cælitus denominatiua a cælo & cælitus aduerbiũ.

Celsus a cælo dictus: q͂ sit sublimis.

Cemata pecuniæ.

Cema pondus retinet niũ scrupulorum.

Cæmentũ a cædendo dictũ: q͂ crasso lapide sur git minorũ lapidũ congregatio uel cæsuræ lapidum. uel mendaciũ cogitationum. uel molles petræ.

Cæmentarius: qui uictũ manibus quærit: q cæmentũ operatur.

Cæmentari i. ecclesia.

Cemenas syluas obscuras.

Cemme preces conubii.

Cæna dr̃ a cõione uescentium.

Cœnon κοιϱοϛ græce cõe dicunt: q͂a antiquitus semel in die. i. sero communiter comedebant.

Cæna αϖο τοῦ κοιϱοϛ græce noua.

Cænaculũ superior pars domus: dictum a communione uescentiũ. unde & cænobiũ congregatio multorũ.

Cenchrias: genorosus.

Cencus serpens semp rectũ iter faciens.

Cenes interpretatur inspectio.

Ceneto: æstimo. iudico.

Cænix χοίϱιξ nomen mẽsuræ κοίϱοσ quoties sextanus quater assumitur. græcũ est.

Cænon κοίϱοσ græce latine significat nouũ uel commune uel mixtũ.

Cæno ouũ. neutrum.

Cæno as aui. tus sum.

Cænobiũ monasteriũ plurimorũ dictũ q͂ cõiter uiuant. Cænon enĩ græce commune dicitur.

Cœnobitæ genus monachorũ: quos cõiter uiuẽtes possumus appellare.

Cœnum: sordidũ lutũ. uorago. profundũ. inde cœnosus.

Cœnolentus: renouatus.

Cenos κεϱοσ inanis & uacuus: inde cenodoxia iactantia seu uanagloria.

Cenodoxus. inanis. gloriæ cupidus.

Chenophali genus monstri: dicti q͂r canina capita habeant.

Cenosura minor ursa dicitur arctor carrũ.

Cœnosus: lutulentus. a cœno.

Cenothaphia simulacra: quæ græci uocant morphonica.

Cenothaphiũ inane sepulchrum.

Censere: iudicare. sententiam proferre.

Censores patrimoniorũ & morum iudices.

Censores apud ueteres romanos erant: erat enĩ dignitas iudicialis.

Censorinus quasi censura dignus.

Censorius qui sensum quærit uel ex censura pulcher.

Censi dicuntur: quorum patrimonia publice annotata sunt.

Censuales sunt officiales: qui censum per prouincias exigunt.

Census pecunia opes facultas.

Censũ apud romanos Tullius seruilius ordĩauit

Censura iudiciũ cũ seueritate uindicta.

Censura honor q̃dam a censendo. i. iudicãdo.

Centaurea a chirõe centauro reperta genus hærbæ: eadem ligusios & fel terræ uocatur.

Centauri dicti αϖο τοῦ κεντειν τυ αυϱαι: qui primi equis sedentes dum e flumine potarẽt hoc nomen habuerunt. dicitur etiã cõfictum ad exprimendam humanæ uitæ uelocitatem quia equus uelox sit.

Centauris species uocabulũ indidit id est homo equo mixtus. dicitur enim monstrũ fuisse: hi alii peletronii: alii laphitæ dicũt.

Centauri a latinis breuitate dicti: nã hippocẽtauri dicere debemus ἵππος equus κεντειν pungere αυϱαι: rota chalcaris. quia cum superius essent homines inferius erant equi.

Centaurus etiam species nauis cuiusdã dicitur.

Centum significat perfectum numerũ: unde do

minus: qui reliquerit domū uel filiū & cætera centuplū accipiet: uel quia tetragonus ē .x. decies .x. Centū dr latine græce ekaTos quod ē taculus. Centū zona ellicia ueneris quæ legitimas nuptias ligat.

Centones apud grammaticos dici solent: q carminibus Homeri seu Virgilii ad propria more centenario: ex multis hinc inde compositis in unum sarciuntur corpus ad facultatem uniuscuiusq; materiæ.

Cēto filtrum collectio illius: qui uilissima uectigalia colligit in foro.

Centesimas dicunt lucrū in parte usuram.

Centiceps centicipitis.

Cētimanus a manus cōpositum eius seruauit declinationē huius centimanus. Notatur igitur nullū aliud ꝓprium uel adiectiuū uel mobile quartæ declinationis esse.

Centrū kēſTpoſ stimulus græce id est radius ferreus.

Centrum græci dicunt in cuius medio cuncta uerguntur id est punctum.

Centrū mediū cæli uel circuli cuiuslibet rei aut cumulus absidos.

Cantipeda genus animalium a multitudine pedum dicta.

Centuria mensura terræ uel uineæ habens p singulas partes .xx. pedes.

Centuria ager .cc. iugerum. qui apud antiquos cētum ingenbus existebat post duplicata nomē retinuit.

Centurias dicimus partes exercitus in centenos milites diuisas unde & qui his præsunt centuriones dicuntur: ergo succenturiati sunt non q in prima sed in secunda centuria sūt quasi sub prima centuria.

Centurio qui centum militibus præest: qui præest cohortibus militū uel manipularius.

Centurus centaurus.

Centussis componitur ex centum & assibus masculinum est.

Cenum: acutū.

Cephalea colla uarie destinata.

Cephas hebraice: petrus græce: latine agnoscens syriace caput: quod in capite sit cōstitutus apostolorum.

Cephalalgea keφaλaλγia capitis passio.

Cephalen keφaλnſ enī græce dicunt caput.

Cephalagria inde .i. humor capitis: & cephalia id est uena capitalis.

Cæpa dicta q non aliud sit q caput: inde cæpariū & cæpula quasi diminutiuū. cæpe huius cæpe in plurali hæ cæpæ harū cæparū. antiquitus ēt hæc cæpa pæ inueniť in singulari & cæpicius & cæpiciū.

Cephus signū æthiopū res pater andromadæ p pter ipsam inter sydera locatus dr.

Cœpio quod nō est in usu facit cœpi primus. supinum cœptū. Cœpi pro incipiendo p œ scribitur. similiter cœptus. pro capiendo per e solam. Inceptus per e solam.

Cepostua latine dr ortus sancti ioānis.

Cæra materies fuit litteraꝝ illaꝝ: quæ paruuloꝝ nutrices fuerunt.

Ceraunus figulus græce: nam latine cæra a græco kepoσ ceros: quod est idem.

Cerasa poma dicta a ceraso urbe ponti: quam luculllus deleuit: unde & hoc genus pomi i italiā deuexit: & a cerase ciuitate cerasum appellauit.

Cerasus kepaσoσ arbor ipsa fœmininum: cerasū fructus eius neutrū. cerasus hærba.

Ceras Tokepaσ cornu græce.

Cerata Takepaτa cornua græce.

Cerastes serpens dictus: q in capite cornua habeat primæ declinationis.

Ceras. adis corripit penultimam. neutrum est ꝓprium loci.

Cerates mensura duoꝝ calcūloꝝ uel unius siliq & dimidiæ & sic scribitur quem semibolum dicunt.

Ceraunia urbs græciæ.

Ceraunia mōs maximus sub quo immensæ sūt petræ.

Ceraunia montes epiri uel loca: quibus ionium mare ab hadriatico separatur: ubi fulmina cadunt a crebris dicti fulminibus: græce enim kepaυpooσ diciť fulmen.

Ceraunens lapis flāmeus a calore dictus inueniť ubi fulmina cadunt.

Ceraunos nota: quæ in libris apponiť: quoties multi uersus ꝓprobāť: nec p singulos obelať.

Ceraunize uuæ dictæ: q rubeant.

Cerberus inferorū canis: tria capita habere dr ꝓpter tres ætates i. infantiā iuuentutē senectutē: dictus quasi kpeoboρoσ id est carnē uorans.

Cercophytecus simia est caudata .i. maimon.

Certior comparatiuus a certus.

Cerdoniaci hæretici dicti a cerdone: hi abnegant xp̄m natū passūq; sed simulasse passionem.

Cerdones sutores. cerdo donis.

Chære græce: latine aue dicitur.

Cere propriū ciuitatis: quæ Agellina dicitur.

Cereale papauer dictum: quia longū. hæc cibo ieiuniū quasi cerere continetur.

Cerealia arma instrumenta pistoria.

Cerealius pistor a cerere .i. frumēto: qd' aptat.

Cerebrum medulla capitis: diminutiuum eius cerebellum.

Cerebrosus in cerebro patiens.

Cerefolium genus hærbe.

Cerenum in interpretatum hæres.

Ceres .i. terra quasi creates a creandis frugibus di

ctam asserunt appellantes eã nominibus plurimis. dicunt enĩ eã opem ꝙ ope terra melior fiat dicũt pserpinã frugem uestã ꝙ uariis uestita sit rebus. Eandẽ ignem dicũt quia eundẽ habet uelut ex ethere. & ideo uirginem putãt. quia ignis iuiolabile sit elemẽtũ nihilq; ex eo nasci possit quia cũcta consumit.

Ceres dea a paganis dicit̃ ꝙ usum frugibus iuenisse dicitur: ideoq; accipitur pro frumento.

Cæreus a cæra dictus: ex qua fit: quasi cannella ẽ.

Cerite penultima breuiatur. neutrum.

Cerins proprium est loci: sed ceres tis penultima producta patrium.

Cerethei & pheretei pugnatores doctissimi.

Chæret gaudet græce.

Cerimoniæ apud latinos dicuntur sacra omnia q̃ apud græcos orgya dicuntur. dicta quasi canmonia eo ꝙ his quæ in sacris offerũtur: i quotidiano carent homines.

Cerimonium & cerimoniæ pluraliter dictæ. q̃ tios uitiis carere faciant.

Cerinta uilis hærbæ genus.

Ceritus insanus amens ira cereris percussus.

Chermel hebraice dicitur: qui & carmelus. Reqre ubi de carmelo superius diximus.

Cernere aspicere. considerare lõge.

Cerno creui: quod est a cresco aput antiquos.

Cernida cribellus pollinis.

Cernida cribellum ad pollinẽ.

Cernui: iocci sunt sine sola.

Cernuus acclius: humilis pronus. in capite ruẽs

Chæro gaudeo græce.

Cæroferarius a ferẽdo cæreum dictus acolythus græce.

Cerognothi κέρόγῃοθι: tempus nosce.

Ceroma unguentum athletarum. inde ceromatirus ex eo perunctus.

Cerostata candelabra uasa ecclesiæ a cornibus dicta græce.

Cerota: firma. reparata.

Chersydros masculinum genus serpentis.

Certa: clara. manifesta.

Certitudo: propalatio.

Certare: pugnare. quasi certum se dicens habere.

Certamen pugna agonalis.

Certarim studiose uel cum certamine.

Certamina lusus a frequentia eorum quos græci agonas dicunt.

Ceros κηρος græce masculinum est.

Cæra latine cherubin plenitudo scientiæ dei interpretatur uel sancta mens in excelsis dei.

Cherub in singulari generis masculini. in plurali cherubin & est generis neutri.

Cheruci lineæ in malo nauis.

Cheruces funes nauium.

Ceruisia genus potionis a cerere.

Cerui dicti ἀπὸ τῶν κεράτων apo ton cerató. id est cornibus.

Ceruus æger ramusculos oleæ dum mandit: sanatur. ceruus fugiens spineta, penetrat illæsus oculis caligantibus serpentẽ deuorat & in eo æstu & ueneni ardorẽ ad fontẽ uadit mersusq; in eo caligiem & quæq; superflua exuit. Ad hec cum amoris incẽdio detinetur priore subsequentis caput renes suos sustentante natando uel per deuia syluarũ ad externas regiones deuenit. Fideles cerui significant.

Ceruus significat sanctũ & christũ.

Cerui furcæ sustentacula.

Ceruix dicitur: quod per eam cerebrum ad medullam spinæ derigatur: quasi cerebri uia.

Ceruix in singulari collum in plurali superbiam significat.

Ceruical dicitur: ꝙ sub ceruice ponatur a ceruicis græco.

Ceruicatus superbus.

Cerugium nauigium.

Cherulas colles uel ualles.

Ceruli dicuntur quidam pisces in ægypto.

Cerula nigra uel alta maria a cæræ colore. Nam cerula est uiride cum nigro.

Cerulus dicitur ipse color.

Ceruleus uero: quod ex cerulo constat.

Ceruleus niger cum colore uiridi marinus color est fuscus. C rulus naturæ. ceruleus fingitur.

Ceruleus bestia marina.

Cerusa quædam materies apta ad pingendum q̃ ex plumbo stannoq; conficitur hoc modo. In uase enim aceto acerrimo imposito sarmenta aminea collocabis: super sarmenta tabulas plumbi uel stagni tenuissimas pones deinde uas diligẽtissime claude illiniq; ne quid spiraminis exeat. post autem dies. xxx. uas aperi & ex distillatione tabularum inatam cerusã inuenies: quam eiectam inde & aresactam teres: & iterum aceto admixto in pastillos diuides.

Cæsa incisa occisa a cædor ris destructa.

Cesa sic appellant hastas galli.

Cæsa est græcum pluraliter & comata articulũ id est paruam distinctionem significant.

Cessibundus: instabilis. uacillans.

Cæsaraugusta terra conẽsis hispaniæ oppidum.

Cæsarea una palæstina altera philippi: quam ipse philippus frater herodis in honore cæsaris condidit: & ex utriusq; nomine uocauit: quæ & paneas dicitur. Tertia etiã cappadociæ: quarta mauritaniæ oppidum: quam Iuba rex maurorum condidit.

Cæsariati: comati.

Cæsaries coma a cædendo dicta. uirorum est tñ.

Cæsar interpretatur possessio principalis.

Cæsarum nomen a Iulio cœpit: qui bello ciuili āmoto primus romanum singulariter obtinuit principatum: dictus autem a cæso matris utero: quo eductus est: uel ꝙ cum cæsarie natus sit: a quo sequentes romanorum imperatores dicti sunt: quia comati essent. Quicūq; enim exacto utero nascebantur cæsones uel cæsares dicebantur.

Cæsonia uxor cæsaris.

Chesionomaton: multitudo nominum coniunctorum: diuerso sono una re significātiū ut ī esaia. Ve genti peccatrici: populo graui iniquitate: semini neq̄.

Cesidium: creditum.

Cæsim p cædes. quō uicissim per uices.

Cæsius lentiginosus quasi cæsus facie.

Cæsia: lenticulosa.

Cespes: terra gramine.

Cespito as aui: cadere: offendere.

Cestos κεστος zona ueneris. Ceston betonica uel lacturia dicitur a quibusdam.

Cæstus corium quoddam: quo inuicem pugnātes se cædunt: unde dr̄ cæsti brachialia pancratiorum.

Cæstus lora: quibus mala plumbea ligabantur: unde pugiles ludebant.

Cæstus: picturaq; arma.

Cæsus percussus incisus maculatus a cædo cecidi

Cæsuræ fiunt in uersu: in quibus cæditur. i. diuiditur: ut poola & cōmata.

Cetarii piscatores dñt abusiue. uel qui salsamēta piscium id est liquamen undunt. tractum a cete.

Cetaria uinaria: in quibus cete & alii pisces sunt: uel officina in qua liquamen ex piscibus conficitur.

Cete marinæ belluæ græce dicta ob immanitatē corporis scilicet psi nr̄o hæc cete: sicut tempe gr̄o horum cete: latine uero cetus dr̄.

Cete ingentia in profundo athlantici sūt infinite magnitudinis: quæ si qñ supernatāt fluctibus insulas adnare putes & montes altissimos ad cælum uerticibus eminere: quibus uisis nautæ terrentur.

Cæteri: reliqui ex eodem numero.

Cæterum. nam. sed.

Cetens interpretatur abscissus. Aug.

Cethei quidam sapientes herbarumq; inuentores.

Cethim filius iauan: a quo cethei. i. cyprii.

Cetieum cypri apud quos & urbs citiū uocatur.

Cetra scutū quoddam loreum.

Cetus ille fuit: qui andromadā uolens īterficere a Perseo interfectus est.

Cetus genus belluæ marinæ græce cete dicitur. Cœtus uero id est multitudo per œ scribitur.

Cetura interpretatur thymiama.

Ceu sicut. quasi.

Ceueo es: turpiter agere.

Ceuens. crissans. clunem agitans.

Ch. ph. th. prius scribebant græci. post singulas eas fecerunt. χ. φ. θ.

Cyacea nouem bet mensis.

Ciemus prouocemus. concinnamus.

Cyanea gemma scythiæ.

Cyane dea sicula. Cianeæ locus in mari: ubi saxa uagari dicuntur: quæ simplegades dicūt.

Cyanos gens immysia.

Cyaticus rex optimi imperii.

Cyathus unciam retinet & tres scrupulos pondus. x. drachmas appendit: a quibusdam dicitur casatus.

Cyathi calices maiores & angustiores fialis.

Cybanans: quasi tunica ferrea.

Cibaria: commeatus alimenta.

Cibare. cibum dare.

Cibarius panis qui secuis datur non delicatus.

Cybelus mons phrygiæ troiæ.

Cybele ipsa est terra dicta græce a cibo. i. solido uel απο του κυβισμου id est oratione capitis: quæ in eius sacris fiebat.

Cibele dicta a cibelo primo sacerdote uel a cibelo oppido.

Cibus dicitur quia capitur bucca: unde cibo. bas cibarius a um.

Cybus græcum est. Est autem in geometria figura: quæ longitudine latitudine & altitudie cōtinetur f. tꝫ corpus solidum. hoc etiā dicitur tessera bis bini bis. latine cubus.

Cibotus κιβωτος græce nos arcam dicimus.

Cicadæ ex cuculorum nascuntur sputo quæ æstate rumpuntur.

Cicatrix obductio uulneris liuor dicta ꝙ obcæcet uulnus.

Cicendela scarabeorum species dicta ꝙ uolās cādet. i. lucet: unde dicitur cicendele quia similiter luceat ut cicendelia quæ uitreas lampadas uocamus.

Cicer græcum est genus leguminis.

Cicnus olor. i. cignus.

Cyclades insulæ sunt in ægæo mari dictæ ꝙ in ciclo. i. in orbe sunt positæ: sunt autem. liii. quorū metropolis est rhodie.

Cyclades dictæ quod licet spatiis longioribus a delo in orbem tamen circa delon sunt positæ Nā orbem ciclum græci dicunt quidam autē propter scopulos: qui circa easdem sunt: circūdantur autem a pelago mirtoo tenentes a septētrione: ubi est tenedos in meridie: ubi est. mare carpathiæ Milia. d. Ab oriente ubi est pma rhodus in occasū ubi est cithera. M. ce.

Cyclas dis genus uestis a rotunditate dicta sursū stricta deorsum ampla.

Cyclopes:qui unum in fronte habent oculũ. hi & agiopagitæ dicuntur:quos india gignit.

Cyclopea saxa:in quibus ciclopes habitauerunt i sicilia.

Cyclops pis penultimam producit Virgi.

Cyclus græce orbis dicit᷑ uel gycus κυκλοσ græce circulus latine.

Cyclus ideo dicitur:quod in orbe digestus est:& quasi in circulo dispositũ ordinẽ cõplectat᷑ annorũ sine uarietate & arte uñ factũ ẽ ut q̃q; materia simplici informitate facta ciclica uocaret᷑

Cyclicæ dicuntur artes a græcis:quia origo earũ sicut circuli lateat:& quia indissolubilis sũt materiæ:ut licet desint:qui eas capiant:ipsæ tamẽ non pereunt.

Cygnus quidam iuuenis:qui dicitur mutatus in olorem auẽ quo nomĩe ipse olor noiat᷑.

Ciconiæ aues dictæ a sono:quo crepitãt quasi ciconiæ:quẽ rostro faciunt.

Ciconia pelargos πελαργοσ dicitur. Antipelargosis uero græce latine retributio bonorũ interpretatur:uirtus itaq; retributionis in his attendat᷑ auibus pietatisq; clementia quæ depositos patris artus per longæuũ senectutis plumarũ tegmine alarũq;.nudatos remigio circũstantes soboles ꝓprijs pẽnis fouẽtrac,collato cibo pascũt.hæ etiam quasi tessera militare dicũt᷑:& circa orientẽ a cornicibus dirigi.

Ciconia ab hispanis lignũ longũ uocat᷑ quo in hortis hauriũt aq̃s.idẽ hortulãi telonẽ uocãt.

Ciculi sunt aues a uoce propria nominatæ.hi ueniendi tp̃s habẽt miluorũ scapulis suscepti ꝓp breues & ꝑuos uolatus ne p̄ lõga aeris spacia fatigati deficiãt ipsi cuculi uel tuci dicuntur.

Cicũ granũ mali punici aut umbilicus lupini.

Cicur placidus mãsuetus prudẽs.pluralit᷑ cicures

Cicurus: domesticus sus.

Cicurare:mansuete facere.

Cicunia:fulica.

Cicuta genus hærbæ dictæ q̄ in thyrso geniculato nodos habeat cæcos.i.occultos.ut canna: inde cicurius hærbis uenenatus.

Cicutiens lippiens.

Ciddaris:mitratiara.pileus sacerdotalis.cuphia.

Cidnus fluuius ciliciæ ex tauro monte means.

Cydonia mala ab oppido:quod est in creta dicta ex quo pomo cidonicum conficitur.fit quoq; ex eo uinũ:quo desideria languentiũ fallũtur.nam uinum repræsentat.

Cydon:numerus annorum.

Cydones:puerorũ amatores dicuntur.

Cieo es & cio cis ciui citum eiusdem significationis.Sed a cio cis quartæ declinationis producit penultimam citum.a cieo uero breuiatur.

Cieo es inde cibus cibo as citus citor & cito aduerbium componitur concitus:unde concito dicit᷑.cito as:inde componitur sollicito tas᷑ sollicitus excerito as incito as icitamentũ suscito concito recito:& quæ ab his fiũt.a cieo es fit cõcio excio & accerso is accio: & q̃ ab his fiunt.ciuis ẽt ciuicus ciuil᷑ciuitas cõpoit᷑cõciuis᷑

Cygneus:candidus.

Cygnus mensura retinens.viii.scropulos.

Cygnus auis genus:quæ & olor dicitur q̄ totus᷑ sit albus plumis a canẽdo dictus eo q̄ carmia modulatis uocibus fundat.

Cygnus poeta quidam fuit.

Chiliarchos χιλίαρχοσ tribunus qui mille uiros habet.

Cyllaris:equus pollucis.

Cyllenus mons archadiæ:inde cillenius mercurius a loco dictus.

Cillere mouere.

Cilix:pirata de cilicia.

Cilices quidã populi:quos uicit Pompeius.piratæ erant a tharsis filio iauam orti sunt dicti a cilicia regione:ubi posuit eos Pompeius.

Chilia χιλια græce mille dicuntur.

Chiliaste græce milliarii hæretici sũt q̄ dicũt mille ãnos epulaturos scõs cũ xp̄o corporaliter.

Cilia dicta q̄ celent.i.tegãt oculos uel a cillẽdo id est mouendo.

Coeliaci qui passionem uentris patiuntur græce enim χοιλια uenter dicitur:inde coeliasis.i. assidua uentris solutio.

Cilicia asiæ minoris prouincia iuxta taurũ montem a cilice quodam nomen traxit:quem iouem dicunt fuisse.plurima iacet campis recipiens ab occasu lyciam:a meridie mare scythicũ a tergo tauri iuga.

Cilices pro piratis & piratæ pro cilicibus ponuntur.

Cilicus ca cum de cilicia.

Cilicium dictum quasi caprarũ pilicium:uestimẽtum est.

Cylindrus in geometria figura quadrata hñs superius semicirculum in solido.

Cylindrus lapis uolubilis in modum columnæ quo area coæquatur.

Cilũ:unde argentarii uel sculptores operantur: a quo celata uasa dicimus qui uulgo ciho dr̄.

Cillones homines angusti capitis & longi.

Chiliones uero aspiratiõe breuioribus labijs homines uocantur.

Cylus cithara.

Cyma:cacos.malus.

Cymarsus græce princeps uillæ.

Cima capita olerum græce:uel quasi coma.

Cymbala acitabula:quæ percussa inuicem se tangunt faciuntq; sonum per y.

Cymba:nauicula.

Cymen quo corrupto uocabulo cimbios appel-

lamus.

Cymbia quæ & urceola poculorum genera: uasa dicta ad similitudinem cymbæ.

Cym nomen uici indeclinabile neutrum.

Cymæa græce quæ & cumana latine cognomēto Amalthea una de decem sibyllis: quæ .ix. libros attulit Tarquinio: quibus erant decreta romana.

Cymea ciuitas campaniquæ: æ & cumæ pluralit latine dicitur.

Cymedia gemma: quæ inuenitur in cerebro piscis eiusdem nominis.

Cimeras: uas frumentarium.

Chimæra nomen nauis: nunc alias mōstrum .i. bellua. ore leo. postremo draco. medio capella. capite uomens ignem q̄ bellorofontes interfecit: tiphonis & hectriæ filia fuit.

Chimæra mōs ciliciæ: qui locis quibusdam ut fertur leones & capras nutriens: quibusdam ardēs: quibusdā plenus erat serpētibus. hūc bellorofōtes habitabilē fecit: unū chimærā dr̄ occidisse.

Cymæria una ex sibyllis: quæ italiæ fuit.

Chimerinoro picos quinis circulus cæli: qui a latinis hyemalis dr̄ quia cū huc sol uenerit hyemem facit.

Cimex uermis de similitudine cuiusdam hærbæ dictus: cuius fetorem habet.

Cimækeimai græce iaceo. kimetios keimenos iacens positus. kimisis keimesis dormino: inde kimiterion .i. pausatorium uel dormitoriū.

Cimiterium ubi iacent & dormiunt mortui. unū dr̄ græce cimiteriū quasi cimisterio: uel quasi mortuæ carnis turio aut tutio.

Cimiliarcha .i. thesauri custos.

Cimi hærba: propter similitudinem cimicis dcā.

Cymia uasa modica.

Cynici hæretici dicti ab immundicia. contra humanam enim uerecundiam in propatulo cū uxoribus coibant ut canes.

Cyminum itali dicunt: galli uero cuminum uirtutem habet calidam.

Cyminum græce cuminum latine.

Cyminus mons & lacus est.

Cymothoe una nympharum.

Cinabrium puluis rubri coloris. quidam hoc dicunt esse minimum.

Cinnamomū dictum q̄ in modū cannæ sint rotundæ uirgæ eius tenuissimæ. hoc aroma cum frangitur in modum nebulæ seu pulueris uisibile spiramen mittit.

Cinnamomum breuis arbuscula est sed mirae uirtutis & odoris cuius fructus stacte dicitur quicquid ab eo tangitur illæsum ab omni putredine & uermibus seruatur.

Cinnama unguenta.

Cinnamo neutrum pro unguento.

Cinari ut quidam putant acitabula: quæ percussa in modulos concitantur.

Cynabat syrorum lingua Iulius mensis.

Cincinni capilli dependentes.

Cincinnosus: cui capilli crispi dependent.

Cinctura lata zona: minus lata semicinctiū: minima cingulus.

Cinctutus pro cinctus paratus.

Cinædi dicuntur molles & curati ministri matris deum.

Cinei orti sunt a iethro genero moysi.

Cinæus nomen gentis.

Cineres ossa reliquiæ animæ.

Cinereus dosinus uel dosninus equus

Cynereth mare galilææ uocatur.

Cinericæ oues cineris colorem habentes.

Cinga fluuius.

Cingere: circumire. circundare.

Cingulum quo serui publici cingebantur obliqua purpura.

Cigulum hominis generis neutri. Nam animalium genere fœminino dicimus hæc cingula cingulæ ut equi & asini.

Cynici quidam philosophi parcissimæ uitæ nam cynos canis dicitur qui parcissimū est animal.

Cinis ex incendio dicitur ex eo enim fit: hic cinis uel cineris.

Cynips pis proprium.

Cinyphei hirci maiores a flamine africæ: quod & cinyps dr̄: ubi plurimi sunt.

Cynocephali homines: qui canina capita habēt similes simiis uel genus simiarum.

Cynoglossa hærba: quā latini linguam caninam uocāt eo q̄ ad morsū cānū iuuet trita cū sale.

Cynodontes canum dentes.

Cynomia græce musca canina uenenosa: cynon enim græce canis dicitur.

Cynomolgus arabiæ auis dicta q̄ in fruticibus cinnami nidos ponat.

Cinoth lamentatio hieremiæ. latitudo interpretatur.

Cynthius auctor troiæ quidam fuit ul̄ apollo ul̄ mons apollinis.

Cynthius andromade pater.

Cynthia luna a cyntho monte deli.

Cinnus tortio oris.

Cinus & prinus latine ilex & lentiscus arbores.

Chios insula ubi bonum uinum nascitur quod chium uocatur: in qua fons est hebetes faciēs.

Cio cis, ciui citum. cieo es similiter quartæ declinationis & secundæ .i. uoco clamo accio aicio scis inde ascisco.

Cyone urbs peloponessi.

Chios uuas grandes magis q̄ multas hēt: nomē dictū quod multū uini fluit: χέω eni ē fūdo.

Cyparissus idē & cypressus & cupressus arbor di

cta ꝙ caput eius in rotunditaté surgat: imputribile lignum.

Cypressus uel cyparissus: puer fuit quidam quem siluanus amauit: a quo arbor ipsa est dicta.

Cyprus insula a ciuitate cypro: quæ in ea est nomen accepit. ipsa est paphon i carpathio mari uicina austro famosa quondam diuitiis & maxime ære: quod ibi p nus inuentum est.

Cyprus insula ab oriente mari syrio: quod missicũ sinum uocant: ab occidente pamphilico: a septentrione aulone cylico: a meridie syriæ & phœnicis pelago cingitur.

Cyprius a um de cypro: ubi nobiles uites affluentes sunt. Cypcus cypricus cyprius uero cypriacus facit.

Cyprus interpretatur mixtura.

Cyprium æs.

Cyptus est arbor aromatica: cuius semen simile coriandri album & sublucidũ: quod oleo coctum & expressum cypros uocatur unde regale unguentum paratur. a flore cypro uocatũ: cuius odorem proprie refert.

Cyprius sisipa: quod est tenue.

Ciprus lignum inornatum & magnum.

Chir græce manus dicitur. unde chiraga manum rigiditas.

Ciragrica manuum dolor.

Cyras interpretatur lacerator.

Cirrha & nisa duo capita parnasi montis. I cirrha apollo. in nysa liber colebatur.

Cyrrhatus puer qui cyrrhos. i. capillos adhuc ferebat.

Circa iuxta erga. circa ad inuisibilem materiã uel locum pertinet. erga ad animi effectum. circũ ad tempus. circiter ad numerum.

Circæ insula orientis.

Circæ filia solis: quæ dicta est mutasse socios ulyxis.

Circæus est mons: ubi circæ habitauit.

Cyrcesso castrum imminens eufrati.

Cirolliões dicti. ꝙ agrestes sint: quos scotopitas uocant bonosi hæresim sequẽtes: qui christũ filium dei adoptiuũ nõ propriũ esse dixerũt.

Circinus aput carpentarios dicitur ꝙ uergendo circulum faciat Circinus circulus: ferrum uel lignum duplex unde fiunt circuli.

Circiter plus minus. prope fere ad numerꝫ refert̃

Circius: qui thracius uentus dicitur: eo ꝙ choro sit iunctus. hunc hispani gallicũ dicunt.

Circulus dictus eo ꝙ circunductione currat: inde fit circlus per synæresin.

Circulus est figura plana quæ sub una linea continetur: ad quam ex uno puncto quod itra ipsam est omnes quæ rectæ dicunt̃ lineæ: æquæ sibi sunt.

Circulus armilla uel frænum.

Circumeo. circumiui. circuitum.

Circum præpositio: quæ præponitur & separat̃ ut circunfero circum montem περὶ significat: & aduerbium loci περὶ circum ex hoc circiter fit: qđ significat peri pro iuxta sed tẽpori solummodo adiungitur ut circiter kalendas.

Circa quoqꝫ peri significat: quando pro iuxta ponitur: uel circa forum templum circa. x. annos composita tantum postponitur: ut quo circa loco coniunctionis causalis: & circumcirca ꝙ est aduerbium ꝗs̃ Ti περὶ significat.

Circenses ludi dicti ꝙ in circuneũdo enses positi erant: nam ex una parte aqua: ex altera enses per medium uerba.

Circus rotunditas quælibet. Circus romanus a circuitu equorꝫ eo ꝙ ibi circa metas equi currunt. Aug. Circuitus significat rerum temporalium cupiditatem: quæ in septem dierꝫ spatio quasi rota uoluitur.

Circulator qui famam portat uel circuit.

Circuncelliones genus monachorꝫ uagantium dicti ꝙ circum cellas uagentur: Solent enĩ discurrere hac & illac sedes nusq̃ habentes.

Circuncelliones hæretici insano amore martyrii semetipsos interimentes: ut martyres uocẽtur.

Circunluo is. i. circumfluo.

Circuncisio in carne præputii abscisio: quod solũ iudæis fit concisio exterioris pellis uirgæ.

Circuncisio uulnus: cum aliquid circunducto ferro abscinditur.

Circunforanus: quia aduocationum causa circũ fora & cõuentus uagatur.

Circunluuio locus: quem aqua circunluit.

Circunpedes obsequia seruorum.

Circunquaqꝫ. i. ex omni parte undiqꝫ.

Circunscribere: damnare. bonis propriis priuare concludere. in preiudiciis mittere delere.

Circunscriptonæ: callidæ. subrepticiæ.

Circuntextus uestis species: quæ græce cyclas dicitur dictum: quod sit rotundum palium.

Circunuenire: decipere.

Cyrenæus interpretatur hæres.

Cyrenæa regina fuit Libyæ quæ ex suo nomine ciuitatem condidit: quam cyrenen nominauit.

Cirri non cæsi capilli: quos græci mallones uocant.

Cyrillus quidam poeta fuit a quo dictum est cyrillium metrum quod constat pentametro hypercatalecto: ut regna superna patris laudat chorus angelicus κύριος dominus adonai kyrieleison domine miserere

Cyrintiani hæretici a cyrinto quodam mille annos post resurrectionē in uoluptate carnis futuros prædicant: unde græce chiliastæ latine millliani dicuntur.

Cyriocoralli: ornamentum. corona.

Cyritat populum alloquitur.

Cyrne insula dicta a cyrno herculis filio idest corsica.

Chirocleus quidam liber paruus. dictus q̄ clausa manu possit teneri. Nā chir manus κλειω claudo dicit͛ græce. Prudentius hunc fecit.

Chiron græci dicūt genus auri cuiusdam qd͛ hebræi ophat uocant.

Chirodita græce latine manicata.

Chirogiis: fimbriis.

Chirographium manus inscriptio: id ē cautio iter creditorem & eū qui mutuat͛ ut depositū non possit negari.

Cyrogrillus erinatus spinosus maior eritio.

Chironomōtes pantomimi sunt: qui manibus gesticulant͛. nā chir manus. ioculatores sunt.

Chironomon gesticulator.

Chirotheca uanti idest manus theca.

Chiron quidam græcus fuit qui medicinā iumentorum inuenit. inde pingit͛ media parte hō & media equus: dicitūr chiron qa chirurgus fuit.

Chirorgium ferramentorum incisio sine medicamento.

Chiron centaurus achillis magister.

Cyrurgia manuū operatio latine.

Chitos græce latine chitus o in u chiri facit genitiuum: sic similia.

Cyrus rex persarum primus qui laxauit captiuitatem hebræorum.

Cyrus strango.

Cyrus arbor nucis cyrrus circinus id est reflexio capillorum.

Cyrsum genus uehiculi.

Cyrsum urbs mauritaniæ.

Cis nomen patris saul.

Cisalamel interpretat͛ peritus.

Cisalpina gallia q̄ infra alpes est. sicut transalpina que ultra alpes dicitur.

Cisseus rex thraciæ.

Cis præpositio unde citra: sed cis solet adiungi propriis nominibus fluminum uel montiū. reliquis citra magis. ut cis thenū uel alpes. ictra flumē. A citra uero citer citenor citimus.

Cis componitur & separatur: & magis localem uim habet. ut cisalpes cis rhenū: possumus tamen ea uti per translationem in tpe & in aliis ut os definitū tempus & cis legem naturæ: sicut ultra deriuat͛ ex hoc & citra.

Cismos græce latine diuisio. scissio. corruptella. uitium.

Cisos: hedera.

Cis rhenum de ista parte id est maguncia. intra rhenum.

Cista grandis corbis. inde cistula cistella.

Cistella a costis uel cannis: quibus texitur dicta capsella.

Cisterna locus aquam colligens.

Cita uelox dicit͛ a cieo uel cio: unde cito as: a moco moneo actiuum est.

Citharæ & psalterii repertor tubal fuisse peribet͛: a græcis autē appollo reptor credit͛: quæ pectori humano prius fuit similis: unde dr̄: nam pectus dorica lingua cithara uocat͛: paulatim āt plures extiterūt spēs eius. ut psalteria lyræ. barbiti: foenices & pectides: q̄ dnr̄ idicæ q̄ & feriunt͛ a duobus simul: & aliæ plures.

Citarim cursim.

Cithara inde & citharœdus citharista citharizo.

Citaxus similis taxo.

Cythera insula ueneris: una ex cycladibus.

Cytherea uenus a loco: quia ibi orta est.

Citherius interius: exterius. ulterius uel quasi prius.

Cythæron mons Boetiæ iuxta thebas: pars parnasi.

Cithii cyptii a cythio urbe interpretatur calcabothe.

Cytisus genus arboris a cytiso insula: ubi abundant.

Cytisus genus fructicis. hærba odorifera.

Cithusum frumentum.

Cithocacia hærba dicta q̄ cito uētrē purget quā uulgo ciconiam uocant.

Citorius mons paflagoniæ: buxiferax.

Citor hebraice famula uel fumus dici potest.

Citra huc ad nos: ultra uero a nobis ad aliam partem: citra te absq̧ te: citra ultra extra absq̧. Citra præpositio non componitur & eandē pœne significationem habet quam cis id est localem. nisi q̄ ꝓpriis nominibus fluminum uel montium cis solet præponi: ut cis rhenum: cis alpes. Reliquis uero magis citra: ut citra sanguinem: citra cruorem uel forum: a cis citra: inde citer citerior citimus: utriusq̧ tamen interpretatio apud græcos est aduerbium.

Citreus de citro ligno.

Citrus arbor odorifera.

Citria dicta q̄ eius pomum ac folia cedri odorē referant.

Citrosa uestis dicta: quæ concrispa ad similitudinem citri.

Citus cita tum a cio penultimā producit: a cieo compit: id est uelox.

Ciues uocati q̄ in unum coetum coeant societatis uinculo adunati ad custodiendam legē a cieo es.

Ciues romani dicti quia testamēto liberi effecti.

sub consulibus uel principibus in numero ciuium romanorum erant. Cæteris autẽ libertis ꝓhibebat̃ ne uel in urbe roma uel infra septimũ ab urbe miliarium commanerent.

Ciuitas est hominũ multitudo in quoddã uinculum redacta cõcordiæ.

Ciuitas est collecta hominũ multitudo ad iure uiuendũ. hic & hæc ciuis. nam in is non potest finiri neutrũ inde ciuicus ca cum ciuilis ciuitas

Ciuilitas mansio hominum.

Ciuiles panes. serui ecclesiæ. uel qui expensas recipiunt.

Chium bonum uinũ a loco dictum. nam chius nomen est insulæ.

Chius & encheladus gigantum nomina.

Cizati: fons amorem ueneris tollens.

Clades dicta q̃ cutrẽdo lædat uel q̃ clã data.

Clades: morbus. tabes. calamitas. periculum.

Clam: occulte. absconse.

Clandestinus na num aliquid occultũ uel latens inde clãdestinare occultare. quod quia clã dicitur non habet t corruptam.

Chlamys gẽus uestis militibus & palæstris apta.

Chlamys dis græcum est.

Clamare uocare. insonare.

Clamare significat ualida intentione preces effũdere.

Clamo simplicis oris est. conclamo cũ aliis: acclamo incuso. reclamo post aliquã uel iterũ. inclamo: & succlamo murmurantis est: proclamo laudandi uel deprecãdi exaltatio. declamo rhetorizandi. exclamo eleuo uocem.

Clamosus dicitur quasi clamosus a calamo qui sonat.

Clamor rationabilium: clangor uero irrationabilium & sine anima.

Clam aduerbium per se & præpositio est. iungit̃ ablatiuo & accusatiuo & grauatur. deriuat̃ ex hoc clandestinus. facit diminutiuũ clanculum apud græcos est aduerbium tantum.

Claudire: claudicare.

Clangere: personare.

Clangor sonitus tubæ uel planctus. proprie uox anseris est.

Clanius fluuius campaniæ qui præterfluit̃ acerras ciuitatem.

Clancare: clarere. florere.

Clarius. i. apollo. dictus a claro insula.

Clarius. i. discus uel mensa.

Claritas est splendoris: claritudo uero nobilitatis

Clarus dictus a cælo q̃ splendeat.

Classis dicta ἀπὸ τῶν κάλων. i. a lignis: quod portat ligna: unde calones. i. nauiculæ: quæ ligna militibus portant.

Classes dictæ propter diuisionem exercitus: qui postea manipuli dicti sunt. Seruius. Classem ꝓ una naue ponit Virg.

Classes equites: inde classica. i. tubæ quas equites portant. inde etiam classendix dicit̃ conca: quã ferunt equites.

Classes nauiũ multitudo. nauigia.

Classis dr̃ ἀπὸ τοῦ καλοῦ plura significans & nauiũ multitudinem & hoium collectionem deriuatur inde classicus ca cum. sonitus est tubarum: inde classica nominant̃: quia classes ordines equitũ ut dicta est uocitur: quia maxime utuntur tubis.

Classica sonus tubæ.

Classica cornua: quæ conuocandi causa facta erãt a clamando dicta.

Clam ligna uolubilia in caueis ualidissimi fustes quibus ostia obseruantur ualli.

Claua qualis herculis fuit: dicta q̃ sit clauis ferreis ligata. hæc & cateia dr̃. est. n. genus gallici teli

Clauati socii dicti: q̃ sola caligis minutis clauis uinciatur.

Claudo uel cludo clausi uel clusi. inuenitur etiam claudeo: sed & claudo pro claudico.

Claudia gens est a claudo quodam antiquo uiro dicta.

Claudicaria: nauis sonora.

Claudere: claudicare.

Claudus dictus quasi clausus in eundo uel quasi clauus.

Claudicat claudus incedit uel sonat.

Clauis dicta q̃ claudat & aperiat.

Claui militum calciamenta militum.

Clauus uel fixorium: quo aliquid firmat̃: uel gubernaculum nauis uel temo uel remus.

Claui sunt: quibus ligno aliquid adhæret. dicti quasi chalybæi. ferrei.

Clauus gubernaculum nauis manica temonis. remus aut caput remi. Interdum autem acutus fit ex ferro.

Clauus uestis purpurata.

Clausula est in oratione breuis sententia sicut in epodo.

Calendix cõcha qua signũ tegit̃. fœmininũ est.

Clazomenii ciuitas asiæ pluraliter declinatur.

Clemens pius: sanctus: nobilis misericors: dictus ab eo: q̃ cluat id est ꝓtegat sicut patronus clientem.

Clemens cluentem mentem habens.

Cleophas frater ioseph spõsi uirgis mariæ pater simeõis: q̃ simeõ iacobo episcopo successit.

Cleophe maria mater ioannis & iacobi uxor alphei.

Cleopatra regina & soror ptolemæi rẽgis ægypti.

Cleo cles cleui cletum.

Clepo clericorum faldestorum.

Cleothedrum: in quo pluuiæ sternuntur sessoris.

Cleos κλέος graece gloria latine: inclytus id ē gloriosus.
Clepere: clā rapere. furari. subripere. celare.
Cleptes κλεπτης fur graece uel gippus a clependo uel κλεπτω.
Clepsydra uel cleyndria uas quod de fundo clā aquā emittit: dicit' aūt a clepere.: quod est furari: & hydor id est aqua.
Cleros graece dicit' sors.
Cleronomia graece haereditas.
Cleronomus haeres.
Clericus dictus q de sorte dñi est: uel qa dominus sors & pars clericorū est.
Clei libri noui & ueteris testamenti.
Cleribus peccatis.
Clibanus fornax furnus a cliuo dictus. q in erectione sit collectus. Cliuus eni ascensus dicit' flexuosus.
Clibanus ardens intrinsecus: conscientia impietatis significat.
Clibanicius panis in testa coctus.
Clibanari quasi tunica ferrea.
Clibola inclinata.
Cliba aspera d ffıcilia.
Clide urtica.
Cliens a colēdo patronum dictus id est amicus domesticus.
Clientes discipuli quasi colentes magistrū. q' prius colientes dicebant'.
Clientela: officium domesticum.
Clima mensura pedum sexaginta:
Climax gradatio. cū a quo sensus superior terminat': inferior incipit: ut est illud ex innocentia nascit' dignitas. ex dignitate honor ex honore imperium. hanc figuram nōnulli cathaenā uocant: quod schema est.
Clima assensio.
Climata ptes sunt celi. q̄ quattuor. i. oriētalis occidētalis septērrionalis australis. Alias uero septem dicūt' qa septē lineae ab oriēte in occidētem: sub quibus & moreshominū dispares & animalia specialiter diuersa nascitur: quarum prima est merois. secunda sienes. tertia catacoras id ē africa: q̄rta rhodus. quīta helespontus sexta mesopontus: septima brustenus.
Climata sunt in mēsuris agrorū quae undiq; hñt pedes. lx. sic.
Climateria natura rei icerta perfugia auxilia macula.
Climpia species colorum.
Clinus inclinatus: componitur aclinis.
Clinici sunt qui de lecto non descedunt' quia clinus dicitur lectus.
Cline κλίνη grece dicitur lectus.
Clinicus paraliticus.
Clingo excludo.
Cinxit: decurtauit.
Clio una de nouem musis historias canit: interpratur fama uel luna.
Clipsea ciuitas africae.
Clipeare: contegere. a clypeo.
Clipeola: anulus uel rotula.
Clypeus dictus ab eo: quod clepat id est celet corpus: periculiq; subducat. Clypeus peditum, scutum equitum est. Clypeum uero neutro genere ornamentū uel pictura dicit'.
Clysterizare per foramen manum aliquid immittere.
Clisciscere: disiungere.
Clitellae: sarcinae sellae. somae.
Clyton graece gloriosum.
Clitūnus lacus in umbria fluuius in meuania.
Clitunnus fluuius spoletinus de quo si stati ut conceperit bos biberit albū parit.
Cliuosus inclinatus inaequalis.
Cliuus monticulus siue ascēsus flexuosus.
Cloacae dictae q per eas colunt' aquae. has dicūt primū romae tarquiniū priscum ideo fecisse ut quotiens pluuiarū inundatio existeret: per eas aquae extra ciuitatē emitterent: ne strages aedificia fundamenta subuertet.
Cloantus princeps troianus. unde genus cluentius romanus duxit: ut uirgilius dixit.
Clode: clam. occulte:
Clodus pro claudus: uacillans pedibus.
Clodit fabricat. excutit.
Cloes folles uel pluma.
Cloma graece nos tantulum possumus dicere uel picem.
Cloto una ex tribus parcis conuocatio interpratatur.
Cloto colum baiulat: lachesis trahit: antropos occat.
Clunacia dea paganorū a clunibus dicta.
Cluere: pollere. excellere. uigere. protegere: unde dictus demens dementia.
Clunabulum dictum q liget' ad clunem id est pugio. est eni paruus gladius lateri adherens uel spata.
Clunior nobilior.
Clunes dictae q sint iuxta collum: quod ē lōgio.
Clunis masculini & foemini generis inuenitur.
Clura uel clurium simia dicitur: alias scythiae oppidum.
Clusinae urbs italiae: quae nū est tusciae.
Coaceruare. congregare. coaugumentare. compaginare.
Coagulum a colando uel colligendo dictum.
Coagulatus constrictus.
Coactus tatum constrictus in unum collectus a cogo gis.

Coactor:agitator aselli.
Choa insula una de cycladibus.
Choa uina uel unguenta:disyllabũ ẽ a loco, dcã.
Coalescere:simul crescere.
Coacematio concameratio.i.coniunctio arcuũ.
Coarguere:coercere.coartare.constringere.condensare.
Coaspis fluuius persidis nimiũ dulcis:inde coaspitis gemma uiridis fulgoris aurea.
Choare:inclinare se.uel insidiari.
Choatre populi sunt.
Chobar fluuius in babylonia interpretatur onus uel grauitas.
Chobor interpretatur exuberãs siue primitiuus.
Concaua buccina.
Cocem urbs in asia.
Coccineum sanguineum a cocco deriuatur.
Cocho anlatio.
Cocistrio tabernarius est græcum.
Cocitus:inferni palus:uel fluuius.uel omnia flumina ignea.
Cocytus dictus græce ἀπὸ τοῦ κωκυτοῦ id ẽ a luctu & gemitu:& significat quicquid hoĩes in luctũ lachrymasq; compellit.
Cocitos fuit dea atheniensiũ:quam solæ fœminæ colebant quæ psalterium exercebant.
Coctra infernalia.
Cocleatus lapis cocleis lapillisq; compositus & harena.
Coclear:mensura dimidia pars drachmæ.
Coclear in singulari neutrũ.in plurali masculinũ & neutrum.
Coclearium pondus retinet.i.scopulum & .v.
Coclearium quod pendet.græcum est.
Cocleæ.i.conchæ marinæ.
Cocleæ altæ turres & rotunde dictæ quasi cycleæ ꝙ per circulum conscendantur.
Coclea per circuitũ ascensus græcum est.
Coctum dictum quasi coactum ab igne uel ab aqua dum aptũ fit:a coco coxi deriuatur.
Cocula uasa omnia coquendi causa parata.
Coquus unde coquina deriuatur & culina.i.coquendi artifex.
Coccus græce rubeus uel uermiculus dicit̃ quãquã ipsius & purpuræ una sit materia coloris tñ diuersitas magna est.purpura eni nigra magis ex prio humoris cõchiliorũ.i.ostreorũ colore tigit̃.Coccus uero magis rubeus ex scđo
Codex librorum multorũ est.liber unius uoluminis.dictus a caudicibus arborũ:quod ex se multitudinem librorum quasi ramorũ contieat:unde uites codices appellantur.
Codex ĩs.diminutiuũ coduculus & codicillus.
Codex radix arborum uel ramalia in radice iuncta:ueteres enim codex nos caudex dicimus: sicut illi clodus nos claudus.

Codex lapis codices libri.cõmentarii historiæ.
Codicillus paruus codex uel scriptura nulla indigens solennitate:sed solũmodo testatoris uoluntatẽ significans.loco testamenti habetur.
Codia papauer.
Codrus quidam pastor uel poeta uanus de quo iuuenalis prima satyra. uexatus totiens rauci theseide codri.
Cohelet hebraice græce ecclesiastes:latine cõcionator dicitur.
Cœnomia non canina musca sed omnimoda p oe scribitur non p.y.
Cœnodos una ex linguis græcorũ mixta uel cõmunis qua oẽs utuntur.
Cenodoxus uanæ gloriæ cupidus qui famã captat.
Coeo is neutrum est:nam pro conuenio accipit̃ inuenitur ĩn actiuũ & passiuũ pro colligere.
Cœpi cœpisti defectiuũ tãtum præterita habet: & scribitur p oe:& significat captionem.unde cœptus ta tum.i.inchoatus.
Cohæres coniunctus unius hæreditatis.
Cœssentis.i.socii.
Coætaneus:unius ætatis.
Cœtus conuentus multitudo hominum.uel circulus.
Cœus & encheladus gigantes terre filii.
Cophilos græce follis.
Cophinos græce corbis.
Cophinus uas ex uirgultis aptum aliquid mundare.dictus quasi cauus.
Cogere:compellere.
Cogiarium:donatio imperatoris.
Cogitare a cogo gis:unde cogitatio dicta ꝙ frequenter cogat animum reminisci.
Coguabo ignarium:unde ignis excutitur.
Cognati dicti:quia sunt propinquitatis cognatione coniuncti nec sũt agnati:sed post agnatos habẽt:quia p fœmineũ sexum ueniunt.
Cognitio incognitorum prius notificatio.
Cognitor præsens præsenti datur ad litẽ soluẽdã ꝓcurator uero etiam absens ad omnes res.
Cognitus:notus.
Cognidium genus potionis ad bibendum.
Cognomen dicitur:quod nomini cognationis causam adiciat.uel cum nomine.
Cohibere:retinere.refrænare.uetare.
Cohibilis:conducibilis.
Cohibilius constabilius.
Coitus genus arboris.
Coinquino nas stercorare simul peccare.
Coire:concumbere.uel in unum colligere.
Coitus:concubitus.
Coitio natura genitura.
Cois uestis:quæ fit in insula coo perlucida.
Coinon κοινὸν uel κοινὸς id est cõmune uel

mixtum:in quo poeta & subintroductæ per sonæ loquũtur ut in iob & in æneide.
Colon fit:cum iam sentẽtia sensum præstat sed adhuc de sẽtẽtiæ plẽitudĩe aliqd supest & me diá distinctionẽ uocamus:qa punctũ ad me diá literá ponimus hoc apud oratores:apud poetas uero ubi post duos pedes & dimidiũ de parte oratiõis nihil superest:colon est.
Colon græcũ generis neutri singulariter & plu raliter.
Colon in uersu est:cum diuiditur uersus in partẽ orationis.
Colon est prolongata sententia.
Colon iterp̃tat̃ membrum. Cola dicunt̃ p quæ mustũ fluit:a colando dicta. hoc colum
Cola genus pigmenti:quod græci acida dicunt Cola ceruisia.
Colax κολαξ id est adulator. assentator:
Colaphizare κολαφιζω colum cædere.
Colaphus alapa pugnus.
Callanum castrum est. unde dicitur collina porta romana.
Collatio controuersia symbolũ.
Callanus gẽus lapidis pigmẽtorũ usibus aptus
Colare:liquare. purũ facere. curare.
Colatorũ. liquatorum.
Colacteus ex uno lacte nutritus.
Colatum uinũ purum uel uas proprium in quo deportatur.
Colax quidam pasitus adulator:a quo fabula di cta est.
Colchi gens orientalis iuxta caucasum mõtem. sæui sunt.
Colchos insula unde fuit medea:unde dicit̃ col chica.
Cole fel græce.
Colene ergo fellis morio.
Collecta dicit̃ eo q̃ colligatur populus ĩ unũ ut ostendat christũ in euangelium uẽturũ ppe.
Collectio uel ratiocinatio dicit̃:quando ex eo qd̃ scriptũ est:aliud non scriptum inuenitur.
Collectiuum est cum in unum colliguntur ea q̃ sunt argumentata.
Colega a colligo dicitur generis masculini:offi cium uirorum est.
Collega a colligatione societatis dicitur.
Collegarius:unus ex ipsis sociis.
Collegiati dicũtur q̃ eorum collegio custodiisq̧ deputentur:qui facinus aliquod cõmiserunt. Est enĩ sordidissimum genus hominũ patre incerto progeniti.
Collegium societas collegarum in uno honore positorum.
Collectiria argumenta.
Collegiatus carpentarius.
Cholera fellis effusio. nam græci χολιν bilẽ
& fel dicunt.
Colles significant sanctos uel minoris meriti & in malo.
Colles sunt præssiora iuga montium:q̃si colla.
Colere:honorabili recordatione uel p̃sentia fre quentare.
Colyrida subcinericius panis modicus & trian gulus.
Colyridæ panes quadrati de simila cum oleo in sartagine frixi.
Collibeo collibes collibui:& collibesco. compla ceo.
Collibia sunt apud hebræos:quæ nos uocamus tragemata uel uilia munuscula:ut cicer frixum uua passa poma diuersi generis.
Collibiste uero dicuntur:qui ea uendunt.
Collibus ubi mundantur uestimenta uel aquæ influens locus.
Colici sunt qui dolorẽ in parte dextra sup pecti nem & uentrẽ constrictũ habẽt. uẽtositatẽ pa tiũt̃:sanguinẽ mixtũ cũ stercore egerunt: his dolor ascẽdit ab ũbilicio usq̧ ad splenẽ totum iliũ dextrũ tenens. Descendit quoq̧ plerunq̧ ad unguinem sinistrũ perueniẽs usq̧ ad anũ. ab ilibus usq̧ ad renes infestis doloribus cin guntur:qui hoc morbo laborant ĩ sentiuntq̧ intestini ipsius id est coli grossitudinem.
Colica passio a colon id est itestino dicit̃.
Coli. dolores uentris uel uiscerum.
Colibrum pœne genus uel pecuniæ.
Colyphia dicuntur panes azimi & genus carniũ id est carnes assæ & semicoctæ qui est uictus athletarum.
Collisio est quotiens nouissimæ syllabæ finis in alterius principio est.
Collisiones sunt cum aspere consonantes in cõ structione sibi occurrũt sicsi iuret auriga p lo ra per flagella per fræna.
Collisuria. boues facientes opus.
Collis collinus:sicut follis follinus.
Colina coquina a coquẽdo dicta.
Collina turris est rome in colle sita.
Collyria sonant q̃ uitia occulorum tergant hoc collyrium medicamentum.
Colyria:pustulla curruum.
Colurus arboris genus.
Coluruus uero ex arbore coryli factus.
Coliciani hæretici a quodam colito dicti. qui di cunt deum non facere mala contra illud qd̃ scriptum est. Ego deus creans mala.
Colobium genus uestis dictum: quia longum est & sine manicis:hoc antiqui utebantur:sed quia nuditas brachiorum culpabatur:usus co lobiorum in dalmaticas est mutarus.
Coloni sunt cultores aduenæ dicti a cultura agri Sunt enĩ aliunde uenientes: atq̧ alienũ agrũ

locatum colentes ac debentes conditionem genitali solo propter agri culturá sub dominio possessoris. p eo q discolatus est fundus.

Colonia est quæ defectu idigenarum nouis cultoribus adimpletur. dicta q sit agriculturæ dedita.

Colophotium trimetrú a colephonio inuentore dictú cóstat ex spondeo & dactylo siue trocheo: ut hic Sic te diua potens.

Colocasia genus hærbæ species medicinæ.

Colophóia resina dicta est ex tyrrhena colophonia unde affertur.

Colophó quæ post ephesus dicta ē ubi fuit oraculum apollinis.

Colophium quod græci cronochiú dicunt.

Coloyron græci dicunt curtum.

Colo pro diligo. habito. & aro accipitur.

Colomelli dentes pro longitudine & rotúditate dicti. i. canini inter præcisores & molares.

Colona dicta q infusa coloret unum hærba est.

Colocynta & coloquintida cucurbita agrestis & uæheméter amará: q similiter ut cucurbita per terrá flagella tendit dicta autem coloquitida: q sit fructu rotundo atq; folis ut cucumeris usualis.

Colores dicti q calore solis uel ignis perficiunt siue quia in initio colabantur: ut subtiles essét. Colores aut nascuntur aut fiunt. nascuntur ut synopis rubrica paritonium. melinum. frecia: auripigmentú. cæteri finguntur.

Colores rhetorici sút qlitates uel species dicédi.

Colos color non uerus sed fictus.

Colossus uocatur statua marmorea & alta.

Colustrum lac nouum.

Columitas salus.

Columis a columna dicitur: quod firmus sit & rectus & saluus.

Columis corpore. Incolumis animo dicitur.

Colpus dicitur sinus græce.

Coltax claudicans a coxa.

Coluber colubri dicitur q colat umbras uel qd sit lubricosus: ceruum fuguileonem iterficit.

Coluber colubri cuius fœmininum colubra facit

Colum colatoriú a colando mustú.

Colus instrumentú unde fœmine nent. generis femenini secunde uel quarte declinationis.

Columfastigium templi rotundú.

Colos color.

Colum. i. longio quoddá intestinorum.

Collum significat ceruicé singulariter: colla pluraliter superbiam.

Collum dicitur q sit rotundú & rigidum caput sustentans ut columna.

Collum inde dicitur collarium. componit cola phus: inde colaphizo componit de collo in columis. inde dicit columna.

Collumna sustérans summitatum dicta a columine: nam columen est culmen summa fastigia.

Columbaria in summis lateribus natiuú loca cócaua sunt: per quæ temi immittuntur dicta q sint similia latibulis columbaræ. i. nidis.

Columbar genus uinculi neutrum est.

Collus: colli ornamentú uel pro collum.

Columbæ dictæ: q colla earum ad singulas conuersiones colores mutant: unde columbinus na. num. i. simplex.

Columba septem uirtutes habere notatur: caret felle: nullum lædit: aliéos pullos nutrit gemitum pro cantu emittit: iuxta fluenta moratur: granum eligit quod comedat: in foraminibus petræ nidificat: q oía in significatione conueniunt fideli animæ. significat etiam spiritum sanctum.

Columbinus lapis a colore auis dictus.

Colurnus de corylo: sicut quernus de quercu.

Coluri imperfecti circuli interpretantur. Sunt aút duo diuidétes cælum: unus per mediú cancre & capricorniú alter p medium arieté & librá. nec perueniunt nisi ad australem circulum: unde imperfecti dicuntur.

Colluuium collectio sordiú luxuria immúdicia.

Comma dicitur quando post duos pedes sylla ba remanet: quando uero post tres pedes nihil remanet: colon dr: quæ tamen nomina indifferenter ponút apud oratores quasi íntegrá sententiam periodon: partes eius cola: & commata dicunt ut sustinetis enl si quis uos í seruitutem redigit colon est. Si quis extollitur & cætera usq; ad plená sententiam cola & cómata sunt: plena uero sententia periodos. Interpretatur autem colon membrum: comma incisio: periodus clausura uel circuitus. cóma breuis distinctio.

Comma est prima positura uel distinctio orationis quæ subdistinctio dicitur & ad unam ptē litteræ punctus ponit. Media distinctio sequens nuncupat cú punctú ad mediam litterá ponimus. ipsa est & cola. ultima: quæ totam senténtiam claudit periodus.

Comma est in uersu: cum ipse diuiditur in semiquinaria uel semi semptenaria uel trochaica: ut Arma uirumq; cano. Semiquinaria. Arma uirúq; cano troiæ. Semiseptenaria munera cla ra dedit dat trochaica.

Comma particula sententiæ: inde comaticus & commatice breuiter.

Comaticú: articulatú. disciplinatú. breuiloquú.

Coma crinis non incisus græcú est proprianis ét ponitur arborum.

Comare. crescere. frondere.

Comata dicit concinnata. Coma dicit illud tm.

quod sex toni superuadunt diapason.

Comagena prima puicia firiæ a comagena urbe

Commanipularius: conscius collega uel comanipularius.

Coburere: exurere inde cobustus cobustio.

Combos & teutyca ciuitates uicinæ.

Comere: ornare. coma fieri uidet: actiuu est. inde comptus.

Come græce castellu.

Commeatus. alimenta. uictus. fruges. a comeando anomalo deriuatur.

Comeare eni simul ire meare uel transire.

Comedere: manducare. uorare. glutire.

Comedo uerbu anomalu comesum & comestu

Comedo a comedendo tinea uel uorax.

Comoedi dicti quia prius post comessatione ad eos audiendos uenire solebant hoies. Sed postea aggressi gesta uniuersorum & delicta corripientes in scæna proferebat.

Comoedia est q res priuataru & humiliu personarum comphendit non tam alto stilo ut tragoedia sed mediocri & dulci: quod sæpe etia de historica fide & de grauibus tractat personis.

Comoedia pro κωμῳδία.

Comoedia uillagæ carmen. na come κώμη dicitur uilla.

Comoedia in quattuor ptes diuidit in prologu prothesim epithesim catastrophen: prologus est præfatio fabulæ in qua licet absq argumento aliqd ad populu loq ex comodo poetæ ul rectoris. Prothesis e primus actus & initium dramatis. i. fabulæ cuius prothesis psona postea non apparet in fabula. & semp aperit i pncipio maxima parte. Epitasis est incrementu processusq turbationu. Catastrophe e custodia turbationu ad iocundos exitus. Comoediarum nomina ex quattuor rebus sumuntur a loco ut Andria. a facto ut Eunuchus: ab euentu ut adelphoe: a nomine ut phormio.

Comoedos catus agrestes græce uel castella. κωμος locus immodestus.

κωμάζω procax sum.

Comodipolium: manubium.

Commendare. laudabilem reddere.

Comentari. coponere. adiuenire: a comento. qd quod item fit a cominiscor.

Commento pro commentor inuenitur.

Comentum: mendacium. inuentu. fraus.

Commentabundus id est cogitabundus.

Commenta crimina ficta inuenta uel interpretationes: ut commeta uirgilii: deriuatur uero a comminiscor.

Comentaria quasi cum mente: sunt eni interpretationes ut euangelii.

Commentariu conciniu. i. breuiter ordinateq copositus liber.

Comentu uolumen libri.

Commentus id est cogitatio.

Commercia id est commutatio mercis. na a mercibus dr: quo nomie res uenales appellamus.

Commercia negocia.

Comercor comerens ritus: q aliquid deliquit.

Comessor ris. tio.

Comessatio. luxuriosa couiuia. a comededo dca.

Comesset: comedisset.

Comessatio: qsi mensæ collatio. supflua conuitato

Comessor oris. gulæ ac uentri nimiu deditus.

Comes uocatur ab ecclesiasticis uiris congregatio celestiu lectionum.

Comes socius a comitando dictus. seu a comeado uel a comeo is: quod no est i usu unde cosules romani comites dicti sunt: qa duo erat: Inde etiam ex ea cosuetudine unicuiusq comitatus prouisor adhuc comes uocat: qius in usu nisi unus sit.

Comes cois generis neutru etia coniuctu inuenitur. Lucanus. Imperiuq comes.

Cometes uel cometa. masculinu est.

Cometes stella e dictus: q comas luminis ex se effundat: quod genus syderis pestiletia: fame aut bellu uel regni mutatione significat: que latini crinitem uocant q in modu crinu flamas spargat: quas dicut ee. xxx.

Comici res lætas. tragici argumeta ex rebus luctuosis describunt. Duo sunt genera comicorum. ueteres: q ioculares extiterut: ut terentius. Noui q & satyrici: quibus generaliter uitia carpuntur: ut Persius. Iuuenalis: & nudi pinguntur eo q uitia denudent.

Comicus: qui comoedias describet.

Comilito tonis. militiæ socius.

Cominiscor: comentu comune fuit antiqtus.

Cominisci: quasi cu mente aliqd inuenire: cofingere. inenire. recordari.

Commor ris. deponens.

Cominatores. argentarii.

Cominus iuxta sine intermissione statim fere in præsenti simul prope de proximo: cui contrariu est eminus: cu duabus. m. scribitur.

Cominus a cu & manus dictum.

Comissa. uitia uel peccata.

Comissum: in fide traditu. creditu. coniunctum.

Comissura. coniuctio. ligatura.

Comus hylaris benignus.

Chomys & mnasylus satyrorum nomina.

Comites socii a comitando dicti uel cosules: inde comitatus id est tantum spatii: quatu unus comes tenet.

Comitatus. comitem tenens.

Comitia dicut quæ fiunt romæ ad creandos ma

gistratus kl' ianuarii in campo martio:ad quae ois populus romanus & de italia conueniūt.
Comitū imperii adeptio. uel locus seu tempus: ubi uel quando honores danť comiti.
Comitialis: morbus quo caduo tenenť. cui tāta nis est ut homo ualens cōcidat spumetq; dictus q; cui accidisset qñ comitia erant comitia admittebať haec passio caduca siue epilepsia uocať hr'q ea pariūť lunatici dicunť.
Comitari commune est apud Boetium:id est simul ire sequi
Comitas benignitas humanitas.
Comiter: benigne ornate:a comis deriuatur.
Comito pro credo & pecco:unde commissum id est peccatum.
Comizo κομίζω graece id est uebo.
Como mis id est orno uel pectino. inde dicitur coma & comatus ta tū: & hic & haec comis . & cōpositus. beignus & cōptus ta tum. i. ornatus: & comiter aduerbium: & comitas nomē. & compositur incomptus.
Commodū: emolumentū. merces. Incrū. proficuum: quo dominus inis est cū modo tpis.
Commodare id est praestare. quod sibi reddatur uelut pecuniam cum commodo aliquid dare id est pstare.
Commorari cū aliquo morā facere: uel aliquem retinere & morari facere.
Commoto pro commotor.
Come graece uicus castellum. Comos graece comessatio: unde comedia q̄ i cōuiuiis cantať.
Commolere: dentibus comminuere.
Comopolis municipiū graece.
Compages: iunctura. ingressus.
Compago coniunctio.
Comparare: emere. cum aliquo aequare. assimilare contra praeparare.
Comparo actiuum est: inuenitur tamen comparor deponens.
Comparatio terū cōtractus ex conuenientia.
Compareo uero corā appareo. aliení uideor neutrum est.
Comparatiuus gradus dicit' assimillatiuus: quia alteri comparatus plus significat: ut doctior hic q̄ ille.
Cōparatio dicit' aeqparatio uel assimillatio: f asc in uel defcēdunt doctus doctior idoctus idoctior: ad laudē quoq; uel uituperationē ut iustus et iniustus iniustior: uel ad mediū ut magnus maior sanctus uel latro.
Comparatio dicitur cum nomen alterius cōparatione praefertur.
Cōparatiuū est qď cū positiui intellectu uel cū aliquo participe sensu positiui magis aduerbii uim significat: fortior magis fortis: altenor magis ultra q̄ ille qui ultra est.

Comparatiua deriuanť a noībus adiectiuis sum ptis ex accidētibus substātiae nominis.
Comparatio autem fit in aequalia: i quibus semper notať eadē inaequalitas. aut saequalia. haec qña ut maius aut minus dicunť: q̄ nūq; absq; se sunt. Ois igiť cōparatio: aut i numero consistat aut in specie: ut q̄ innata uel q̄ aduētitia. uť quae pp se expetunť ut salus: uel q̄ pp aliud: medicina: aut in ui ut quod nō indiget: uť qď indiget: aut in aliqua affectione extrinsecus locata: ut quod pficit maioribus uel minoribus.
Companetici: cōsortes uicini quasi unum panetem habentes.
Compascuus ager di'tus: quia communiter ad pascendum nemis relictus sit.
Compater cum aliquo eiusdem filii pater.
Compatriota unius patriae. commune est.
Cōpati simul pati quasi ille qui patitur: unde sit compassio duorum uel plurium passio.
Compescere: pacificare. constringere. cohibere.
Compesco perfectum est: tamen deficit futuro infinito: quia formam habet inchoatiuae.
Compedire impedire: pedes continere. unde cōpedes dictae. qa continent pedes.
Compes compedis foeminium est.
Compello lis ad compullsionem. compello cōpellas ad pnocatione ptinet. illud cōpuli. hoc compellaui facit. ambo actiua sunt.
Compellor inuenitur deponens.
Compellare id est alloqui.
Compendiū: lucū. emolumentū. utilitas. a cōpēdere id est cōpetēter operā dar : uñ deriuať cōpensum & cōpenso sas. id est inuicē reddo.
Compensatio est cū aliqd aliud alterius factū cōtendiť utile uel honestū qď ut fieret illud qď arguitur datur esse commissum.
Comperire: cognoscere. inuenire.
Comperior pro comperio inuenitur prisc. Comperio peri.
Comperendinare differre i die tertia dilatare: excruciare.
Competendinatio: dilatio.
Competo tis: inde compes: & mutatione e in o
Compos id est perfectior uoti factus.
Competere conuenire. simul petere.
Competens proportio.
Competens uocatur quod post institutionem competat gratia christi.
Competenter: bene conuenienter.
Compilare: furari. depopulari. expoliare. depilare
Compilator qui aliena di'tis miscet sicut solent pigmentari in pila diuersa mixta contundere.
Compingo gis con iungo.
Compita dicta: quia plures in eis competūt uiae unde hoc compitum.

Copitalia festa: quæ in cõpitis fiebant: sicut terminalia: quæ in terminis: & quinquatria: quæ in in quinq; & similia: ut saturnalia uulcania floralia semper pluralia gẽn faciunt secundũ declinationem secundam & terti m ut uulcanaliorum & uulcanalium.

Complere: ad summũ implere.

Complecti simul uel totum amplecti ligare.

Complecto pro complector inuenitur: quod cõmune antiquitus fuit.

Complicare simul plicare.

Complices sunt qui uno peccato coniuncti sunt consilii. non in bono dicitur.

Complodere: repercutere. mutuo percutere.

Compluere: pluuia irrigare.

Compluta: irrigata.

Cõpluuiũ dictum: q̃ collectio pluuiæ conuenit.

Componere: coaptare. fingere: inuenire. ornare.

Compositus moribus uel cæteris cõueniens rebus comparatus.

Compositio quattuor fit modis ex duobus integris ut detego: ex duobus corruptis: ut imparo ex integro & corrupto ut perficio: ex corrupto & integro ut irruo.

Compos non possessor cuius completum est desiderium.

Cõpos mentis compositus mente. Compos ita in se fundatus: ut prosperitate uel aduersitate non frangatur.

Copotor uel compotrix simul potans: pro compotator a cõpoto as. s. simul bibere ultra modum.

Comptus cura ornatus. Compositus uero natura a como is.

Compte bene diligenter.

Compungi delictorum suorum reminisci & cõtristari.

Compunctio cordis dicitur de malis penitentiũ: dolor cordis.

Cõmulcare: conculcare.

Comulcere: turbare.

Cõmune imundũ uel inusitatũ uel quod a pluribus habetur.

Cõmune est: quod accidit omnibus tempore fere eodẽ: ut messis calor. publicũ uero ẽ: quod uniuersa ciuitas frequentat aliqua de causa uł ludi: dies festus bellum.

Cõmunis dr̃ qui ad plures pertinet uel lenis placidus omnibus conueniens.

Cõmunis dicit̃ spũalis esca: q̃a in cõe ad uiuificandas animas a cunctis percipit̃ dignis.

Communi diuidundo est inter eos: quibus cõmunis res est: quæ actio iubet postulantibus his arbitrũ dari: cuius arbitratu res: diuidatur.

C mmune est cum in duobus generibus unũ nomen communicat ut hic & hæc homo.

Commune uerbum est: quod una terminatiõe tam actionem q̃ passionem significat. i. in or ut largior: experior: ueneror: moror: osculor: hortor. Criminor: amplector tibi sunt communia lector.

Cõmunicare simul participare de uno pane.

Communicarium participatum communicatõ

Communicipes ciues.

Commutare cum uno aliquid mutare. uendere.

Commutatio cum aliquid datur: pro quo aliud accipitur.

Con loco cum præpositionis accipitur.

Cona poma syluestria uel fructus cyrsii dicti: q̃d conum imitentur.

Cona alta rotunditas.

Conari: attentare. anniti.

Conamen: nisus. tentatio.

Cona dicta quasi concaua.

Concameratio. fornix. transuolatio.

Cocameratum curuũ admodum circuli flexum.

Conchæ & codeæ dictæ: quia deficiente luna cauantur. i. uacuantur.

Concẽtus. i. cãtus mixtus. i. symphõia a cõcino.

Concentus etiam cæli dicitur esse a quibusdam id est consonantia planetarum.

C ncentor dicitur q in cantãdo cõsonat cũ aliis

Concenturiare: instruere. dictum a centuriõibus qui milites ordinant.

Conceptus: susceptus.

Conceptio partus quartæ declinationis.

Conceptus tantum in utero acceptus: aut in mente a concipio pis.

Conceptiones sunt: cum aliquid certum mente concipimus: ut si pares iungantur numeri par quoq; fiet numerus: g ræce hebdomades dr̃.

Concessio est cũ reus nõ id q̃d factũ est defẽdit sed ut ignoscat̃ postulat apud rhetores.

Concedere: permittere. donare.

Conciliabulũ locus in quo multi homines sunt in sua potestate.

Conciliabula dicta a conuentu & societate multorũ in unum ubi plures suis uiris sedent.

Concilio concilias conciliabulum.

Conciliare: amicum facere. ad integritatem reuocare.

Concilium tractũ ex hoc q̃ romani conuenientes communi intentione tractabant. Nam cilia oculorum sunt. quorum similitudine concilium dicitur id est conuentus.

Conchis. i. nomen piscis: unde tingitur purpura quæ sic appellatur.

Conchilia: pro purpura. genus coloris.

Concino nis nui concentum. i. cum alio canere. conuenire: prædicere. conuenienter canere. Concinno uero as aui. i. adaptare: componere consonare: apponere: iudicare.

Concinne composite.

Condimentum breuiter & ornate compositum.
Concitus cantus subtilis.
Concio contendo.
Concio populi multitudo ecclesia. a concieo es: de concionor aris. populum alloqui conuentum facere.
Concionator qui populum cōmonet.
Concionarius qui populum alloquitur.
Concitus festinus incitatus. a concieo es: inde cōcitare frequenter conuocare uel cōmouere.
Concitatio iracundia.
Conclassare: classes iungere.
Conclaue locus iclusus uel munitus siue domus quæ multis clauditur cellis. interior cella.
Concleatius lapis dictus q᷑ concleis lapillisq; & arena sit concretus.
Conclodere: delidere.
Conclusio inductionis est quæ aut concessionē illationis affirmat: aut quod ex ea conficiatur declarat.
Concordare: conuenire. unius cordis fieri.
Concordo & concordor.
Concors a coniunctiōe cordis dicitur. hic & hæc concors dicimus. Antiqui uero hic & hæc cōcordis & cætera a corde composita. prisc. hic & hæc & hoc concors.
Concupiscentia uel cupiditas nisi addatur cuius rei sit non nisi in malo intelligitur. August.
Concrepare: resonare. concinere.
Concretus a concerno. i. cōiunctus. coglobatus.
Concubium: excubiæ.
Conchula mensura tres coclear̄es habens.
Conchulæ maria animalia dicta: q᷑ sint cōcauæ.
Conchus lapis in mari: est enim conchula rotūda in duas partes diuisa: quæ diluculo de profundo maris ascendens ad littus aperit os suū & suscipit itra se rorē cæli & circūfulget eā radius solis. tūc fit speciosa & splēdida margarita.
Condenseo es & cōdenso as. i. fulcire. cōspissar.
Condensa spissa constipata opaca. significat secreta diuinæ scripturæ.
Condo dis didi itum: celare. reponere ædificare.
Condio is. iui itū. componere apparere salire.
Condus scythus patera poculum. i. cantus.
Condicere: constituere. denunciare. decernere.
Cōditio: cōuēctio. potestas. fortuna. casus. exitus.
Conditiones proprie testiū sunt a condicendo: quia non unus testis sed plures iurant dictæ quasi condictiones.
Condili. i. nodi. Inde condilogmatica passio id ē nodositas māuū. & cōdilo as. i. pugnis cædo
Condilomata glandulæ.
Conditura: impensa.
Conditum dictum q᷑ non sit simplex sed commixtione pigmentorꝫ compositum.
Conditaria domus cū curia & cæteris necessariis.

Condonare: concedere. ignoscere.
Conducit impersonale utile est significat.
Conducere: congregare. expedire. mercede constituta aliquid ducere.
Conducibilis utilis. i. in foro conueniens.
Conuentus habilis ad ducendum.
Conductio res in usum accepta constituta mercede.
Cone ciuitas est.
Connectere colligere.
Confecta debilitata imminuta examinata. a conficio.
Conferentia: collatio. confœderatio. sacratum. communicatio.
Confœderare: coniungere. in pace componere. consociare.
Conferta: in unum collecta. plena. comparata cōsociata. a confertio tis fersi tum. i. conspissare. implere.
Confessio duobus modis intelligit᷑: aut enī cōfessio iustitiæ dei in laude fit: ut confitebor tibi dn̄e & collaudabo te in cōfessione: aut dū quis confitet᷑ peccata ob ea indulgenda.
Confestim: statim. continuo. quasi confertim. i. coniunctim.
Conficere: deuorare. deliberare: interficere.
Confidentia in malis: fiducia in bonis eē solet.
Confidere: constanter sperare.
Confieri compleri. perfici.
Confinalis: dicitur genere uel loco affinis.
Confinis: iuxta positus. propinquus.
Confinius: urbanus.
Confiteri: manifestare. aperire. ꝓprii arbitrii est.
Conflagrare. incendere. concremare.
Conflare: in unum colligere. cōmouere. inuoluere. furari. copulare.
Conflatum: inuolutum. contextum. copulatum
Conflatorium: ubi ferrū uel argentū conflatur.
Conflecta: pro conflicta. id est afflicta.
Conflictare. concertare. conuincere.
Confligere: concertare. cōmittere. conflixi. cōflictum: unde conflicto as & cōflictus. i. pugna certamē. disputatio. quartæ declinationis.
Confluere concurrere. undiq; conuenire.
Conforaneus: unius fori.
Confodere: transforare.
Confossus: iaculatus. uulneratus.
Confraga: loca ubi uenti undiq; concurrunt ac se frangunt.
Confragosa: aspera.
Confundere: miscere. turbare.
Confusus. a confusione sceleris.
Confutere: deuincere.
Congelare: frigore indurare.
Congelasco. is. it. coit. miscetur.
Congerere: congregare.

Congeries:congregatio.
Congium genus mensuræ sextarios sex cōtinēs a coniungendo.i.per augmentum crescendo dictū:unde postea pecunia beneficii gr̄a dari cœpta congiariū est appellata:quā populo romano Imperator erogat:unusquisq; enim sui tēporis imperator fauorē populi captans adiiciebat ut largior uideretur in donis.
Congiarium donatiuū:uel mensura liquidorū sicut & congium.
Congredior.i.pugno.luctor concurro.cōfligo.
Conglutinare:coniungere.copulare.miscere.
Conglobare:coaceruare.
Congruus conueniens.
Congruus genus piscis.
Cōniuoli:concordes.coniuncti.
Cōniuere:consentire.
Cōniuens:consentiens.primam & secundam producit.persius.
Cōniuere:oculos claudere.interdum dissimulare parum dormire.
Cōniueo es niui & apud ueteres cōniuo uis conniui & connixi.
Conicere:æstimare.arbitrari.immittere.suspicari.interponere:unde coniector.i.opinor & cōiectio uel coniectura & coniector.
Coniectura:argumentatio.cōpatio.quando illa inueniuntur:per quæ possit aliquid cōprobari
Coniector uocatur aruspex uel interpres:quod coniiciat.i.inueniat uel interponat.
Coniectus:in uinculis missus.
Coniecturalis status est:quādo factum quod ab alio obiicitur ab alio negatur.
Coniferi cyparissi dicuntur:quia fructus eius conus uocatur.
Coniti:simul niti.
Conire:simul ire.consilium accipere.
Coitio:populi multitudo.
Coniuga:connubilis.comparticeps.
Coniugatio eo quod per eam ad unum sonum uel litteram multa uerba iunguntur.docet enim in quam syllabam exeat tempus:ne per imperitiam quis dicat legebo pro legam.
Cōiugium ē legitimarū psonarū īter se coeūdi & copulādi affectō īdissolubil̄.dictū a iugo:quo in nuptiis copulant̄:ne solui & separi possint.
Coniuum hærba lœtalis: quæ cū tritico generat̄ hāc hærbā sturni uescūt̄:nec ē eis fraudi.
Coniūctio est pars orationis indeclinabilis connectens ordināsq; sententiam.Coniunctio dicta quod sensus sententiasq; coniungat. Coniunctiones præpositiuæ grauantur omnibus syllabis:postpositæ uero acuuntur in principio. Coniunctio est pars orationis indeclinabilis coniūctiua aliarū ptiū orationis qbus cōsignificat.huic accidit figura ordo & species:figura simplex ut at:cōposita ut atq;. Spēs sūt copulatiua cōtinuatiua subcontinuatiua.adiectiua.causalis.effectiua.approbatiua.disiunctiua.subdisiunctiua.discretiua.rationalis dubitatiua cōpletiua.ordo.qa ē ppositiua & suppositiua.
Coniūctiuus modus dr̄:qa p eū cōiungit̄ aliqd ut locutio plena sit:ut cū dicam intende.
Conix auis genus.
Cōnixa:partu liberata.enixa.a cōnitor eris.
Conon in geometria est figura:quæ ab amplo in artum finit ut triangulum orthogonium.
Conopeum ræte:quo culices copiosi uel muscæ excluduntur ī modū tentorii.quo magis alexādrini utunt̄:qa ibi ex nilo culices copiosi dicūt̄ nasci:uñ conopeū dr̄ a canopo.i.ægypto.
Conopes:culices.
Conoppi:somnia attendentes.
Conopeum stragulū uel ræte:quod supra lectulos nobilium tendebatur.
Conquassare:confringere.commouere.
Conquinisco.scis.conqueri.i.caput inclino.
Conqueritur:accusat.uel grauiter querelatur.lamentatur.
Conquiro ris siui itum:quod significat acquirere.adipisci.cum alio quærere:unde cōquæstus lucrum:quando uero a conqueror ris deriuat̄ conquestus significat querelam.
Consanguinei dicti:quod ex uno sanguine.i.ex uno patris semine nati sunt.
Consanguinitas:sanguinis propinquitas.
Consarsum plumatum.uel acute textum.
Consistere:coniungere.inferre.irrogare.
Consciuit:intulit.consensit.
Conscius:particeps in conscientia.habens aliqd testis.
Conscientia:cognitio sui ipsius cordis.
Conscripti milites dicuntur:quia in tabulis conferuntur ab eo qui eos ducturus est.Sic quoq; patres conscripti conscribebantur.
Consectari:insequi frequēter.commune fuit antiquitus.
Consectatia pernicialis.
Consecrare:deo dare.
Consentaneus a consentiendo.
Consenuit restricta est.defluit.
Conserere:committere.interponere.
Conserta:innexa conglobata.
Consessus:spectantium turba.
Consequor:persequor.assumo.commune fuit antiquitus.
Considere:uno loco sedere.
Consideo & consido consedi faciunt.
Consisto & consto constiti constitum & constatum facit.
Consiliari:secum uoluere.iudicare.exquirere.
Consilium quod ex animi prouidentia alicui tri

buitur:uoluntas mens.
Consipere:saporem habere.
Consisterium rupis alta.
Consisti:constipasti.
Consiturus:insiturus.
Consitū cōstipatum.umbrosum nemorosum.
Consitus ager arboribus auctus.
Consolator:q soli se applicat & solitudinem allo quio suo leuat:hinc & solaciū.
Cōsolor ris.nunc deponens.antiqtus uero cōe: pro quo consolo apud antiquos inuenitur.
Consularia ipsa centuriata:quādo fiūt milites cō suli: uel ornamenta.
Consonantes litteræ dictæ:quia per se nō sonāt: sed coniunctæ uocalibus.
Cōsors dicitur:quod ad eū ptinet pars bonorū: nā sortē pro parte ueteres ponebant.
Cōspgo spsi:īfūdo.rpleo ex cō & spgo cōspsus.
Conspicari:rimari.itendere.credere deponens.
Conspicillo ita ut conspici possit:quod aiunt lō gis lineis.
Conspicuus:pulcher.altus.præclarus.
Conspirare:coniurare.consentire.
Consponsum:compromissum.
Constans dictus:q undiq; stat:nec in aliquā par tem potest declinari.
Constantinopolis urbs thraciæ primum a pausonia rege spartanorum condita uocata bizātium:quod tantum patet inter atticum mare & propontiden:uel quod receptaculum terræ mariso; habeat:post a cōstantino pricipe ma gis aucta:constātinopolis dicitur:& totius ca put orientis.sicut occidentis roma.
Consternatus:territus.conturbatus.
Consternor aris.terreor.mente cado:deponens.
Consternor eris ad terram cado.
Consternatus ppne mēte:stractus uero corpore
Constellationes latini uocant superstitiones ma thematicorū id est notationes syderū: quō se habeat cum quisq; nascitur.
Constips:particeps.
Constipare:inspissare.
Constitutio uł edictum dicitur:quod rex consti tuit.edicit uel facit.
Constructio a multitudine lapidū uel lignoꝝ di cta & strue quod est compositio.
Consolor ris deponens secunda longa.
Consolari:confirmare.dictū quasi consolidare.
Cōsobrini dicuntur q aut ex sorore aut fre aut ex duabus sororibus sūt nati:dci qsi consorini.
Cōsuere:quādo rupta & apta quæq; texunt.
Consueuerunt: arbitrati sunt.ordinauerunt.iudicauerunt.
Consuetio:consuetudo.
Consuescimus bona.insuescimus mala:assuescimus utrunq.

Consuesco consueui uel consuetus sum.
Consuescere:id est consuetudinem facere.
Cōsuetudo est ius quoddā moribus institutum quod pro lege suscipitur cum lex deficit
Consuetudo plurimoꝝ institutio:ritus uero ad iusticiā pendet:quasi rectum.
Consules dicti a consulendo : quia consulebant rei.p.sicut rex a regendo.Nam per.ccxliiii.annos sub potestate regum multa mala perdurātes:elegerūt binos cōsules per unū quēq; annum unū ciuilē alteꝝ militarē q p.cccclxvii. annos regnauerūt:dicti sunt ergo uel a regendo uel a consulēdo cūcta consilio.Idē quoq; iudices:idem & prætores nominabantur.
Consules generis masculini:unde consularis.cō sule dignus.
Consulo tibi consiliū do.nā consulo te interrogatiuū est:& tunc habet passiuum id est consi lium peto a te.
Consulere consiliū petere.futura exqrere.
Consultus:interrogatus.
Consulturus:interrogaturus.
Consultum prouidentia.
Consilium:placitū.inde consulere deliberare.
Consultus dicitur causidicus.consultus etiam q consilium accipit.
Consumare:ad finem perducere.
Consumere uero deuorare.
Consumptus:desunctus.direptus.
Cōsus κωμσοσ:consiliorū deus:cuius festiuitates consualia dicuntur.
Cōtactus:inquinatus.cōiūctio a cōtingo gis.
Contactio:coinquinatio.miseria.
Contagium morbus dictum:quia quicquid cō tingit polluit.ipsa inguinaria siue pestilētia uł lues dicitur.
Contaminare:corrūpere.deriuat' a tamen.
Contēnere:aspnari.nō curare.contempsi facit & contemptus.id est spretus.repulsus.
Contemplari:aspicere.rimari.Contēplo pro cō templor reperitur.
Contēptibilis:contēptui aptus.
Contendere:disceptare.pugnare. inde contētio disceptatio.pugna.litigiū.
Contentus uero a contineo:id est patiens suffi ciens pauco.
Contētiosus q non rōne aliquid sed sola ptinacia cōtendit:unde dicit' a contendo.
Contestari ad iudices:obtestari uero ad aduersarios pertinet.
Conterminus:iunctus uicinus.
Conterminalis:confinalis.
Conternās uitula tertium agens annum.
Conticeo.ces & conticeor ris.actiuum:inde con ticesco.
Conticere:simul uel statim tacere.nihil proferre

Conticinium noctis tempus dicitur: quādo cūcta silent.
Contiguus: proximus coniunctus. a contingo.
Contignare: comportare. coniungere.
Contignatio: coniunctio tignorum.
Continere: congredi uel coire. tenere simul: unde continentia & continua.
Continentia est post corruptionem sexus abrenūciatio: a contineo es: quod est abstinere. simul tenere.
Continens non solum in castitate post corruptionem sed ab omni uitio.
Continens dr perpetua terra nec ullo mari discreta: quae epiros graece dicitur.
Contingere: attrectare. contaminare.
Contigit facto: obtigit forte. accidit malum. euenit casu.
Continuare: coniungere dilatare. prolongare.
Continuatim: coniunctim. iugiter.
Continuo: confestim. protinus. illico. statim.
Contiquiae: imbrium collectio.
Contra cata κατα & αντι anti significat: & tunc est praepositio: cōpōit & separat ut cōtra adulterū dico: & contradico: quando uero aduerbium est ἐναντίος significat: ut stat contra.
Contrahere: simul trahere. abbreuiare. commutare.
Contractus locatio uenditio & caeterae spēs. conductio.
Contribules consanguinei: dicti quod sint ex una tribu.
Controuersia bipartita iuxta ciceronem: aut simplex est aut iuncta: & si iuncta uidendum est: utrum ex pluribus quaestionibus: an ex aliqua cōparatione. Simplex est: quae absolute cōtinet unam questionem: ut corynthiis bellum indicimus an non? cōiūcta fit ex pluribus quaestionibus hoc pacto utrum carthago diruatur: an eo colonia deducatur. Ex comparatione utrū exercitus contra philippum mittatur: an potius contra hānibalem teneatur.
Controuersor aris deponens. contradico.
Contubernium: cohabitatio ad tempus conuenienda: quod modo hic modo illic perficitur. unde & tabernaculum.
Contubernium quasi contabernium dicitur id ē unius tabernae.
Contudelon haerba quae nascitur in tectis graece.
Contueor eris contuitus deponens & cōmune id est conspitio.
Contuor eris contutus. i. defendo deponens & commune.
Contuet. statim. continuo.
Contum ferrum non habet: sed tm̄ cuspide acuta est: dicitur autem a conto.
Contumax dicitur quod cōtemnat superbus uel a tumendo.
Contumax in superiores.
Contumelia: iniuria. graue conuicium.
Contumeliosus qui audax est: & tumet uerbis superbiae.
Contumeliosus qui contumelias & conuicia iacit.
Contundere: frangere. domare.
Conualles depressa loca: montium interualla.
Conuallis illustris proprium nomen est uallis.
Cōnubium: coniugiū. a nubendo dictum.
Conuenae aduenae de diuersis locis.
Conuenit pro oportet impersonale.
Conuenio: alloquor. inuenio. exigo.
Conuenitur cum passiuum reperitur pro exigit accipitur.
Conuentus: congregatio. coetus.
Conuenustat: adornat.
Conuerto tis actiuū est conuerti preteritum.
Conuertilitas: conuersio.
Conuescitur: pariter comedit.
Conuexa: extrema caeli flexa.
Conuicior aris deponens. i. exprobro. inde conuicium. i. opprobriū. alii conuicium quasi conuocium dictum uolunt.
Conuiuia a multorum uictu epulae: inde conuiuor: conuiuium ago.
Conuiuo pro conuiuor dicitur.
Conuiua communis generis.
Couinnum genus uehiculi: quo beluacenses utebantur.
Conus est curuatura: quae in galea ponitur: super quam christae sunt.
Conus fructus cypressi quod rotunditas eius conum imitetur dicta.
Coph littera hebraea conclusio interpretat' uox.
Copadium particula carnis: quod graeci copium dicunt.
Cooperire. i. contegere: unde coopertorium. id ē amictus.
Cooperio ui. Nam comperio comperi facit.
Copia abundantia multitudo dicta quasi cū opibus: inde copiosus. i. locuples.
Copia a paganis dea fingebatur.
Cops id est copia. inde copsus id est copiosus.
Cophilos graece follis.
Cophinos graece corbis.
Cophinus uas ex uirgultis aptus ad aliquid mūdare.
Copsa ciuitas: inde copsatus.
Coptus ciuitas aegypti.
Copulor pro copulo antiqui dixerunt.
Copulare: sociare. iugare. coniungere. inde copula consocietas. & copulatim. i. contexte.
Copula foemininum singulariter. pluraliter haec copula & hae copulae.

Copulatiua coniūctio est: quæ copulat tam uerba seu substantias q̄ sensum uel sententiam: ut &. q. at. atq. qdem. quoq. ac. ast. sed autē uero.

Coquimella arbor quæ nixus dicit᷑.

Coquo coxi facit & coctus: inde coquina a coquendo dicta.

Coqna ul᷑ culīa a coquo dcā q̄ ē artifex coq̄ndi.

Coraustus dr᷑ superior linea cuiuslibet figuræ.

Choraules princeps chori: uel q cannulis id ē fistulis canit. aulos αυλοσ enī græce cānula dicit᷑: ūde & aulodeus id est tibicen: inde & choraules: q tibiis in choro canit.

Choraula cantator: proprie qui cornu canit: uel mimus.

Cora hebraice: latine corus dicit᷑. q est triginta modiorum.

Coragiū suffragium.

Coragiū urgiale funus.

Coragio pars est in ludis: quando prouerbia dicūtur.

Coralis: regionarius.

Coragros græce latine uilla dicit᷑.

Coraliticus: genus marmoris.

Coralium κωραλίομ urgæ sunt in mari nascētes sed detractæ fiunt lapideæ. de qbus fit medicina.

Coram & palam aduerbia sunt & præpositiões etiam dicūtur: quia præpositiua casualiū possunt esse: hæc significationem contrariam & semp i appositiõe sunt: sed corā magis ad psonas: palam ad omnia accipiūtur.

Coram in præsenti in aperto: palam uero euidēter in conspectu: alatiuo seruiūt.

Caratus propriū militis.

Coranus albus lapis durus.

Corax: coruus uetulus: nomē a sono gutturis accepit.

Corbona gazophilazium: ubi pecūia sacerdotū erat: interpretat᷑ oblatio.

Corbis a curuatis urgis: quibus texit᷑, uel a colādo dicitur.

Corbinus: chorda multiplex.

Corbulo gestator manualis: & latuarius.

Corcyra ciuitas optimi uini ferax: insula græciæ.

Corculum: paruum cor. diminutiuum a corde.

Corculus: id est lebæus a corde dictus: ipse est & taddæus: ipse ē & iudas iacobi: quē ecc̄liastica tradit historia missū edissam ad abagarū regē.

Cordauia: interior cella.

Cor cordis apud latinos dicitur a græco deriuatum: quod cardian καρδίαμ eni dicunt. In eo omnis sollicitudo & scientiæ causa manet quod ideo pulmoni uicinū: ut cum ira accenditur: pulmonis humore mitigetur

Cor cordis: inde deriuatur corculum: componit᷑ excors. uecors: unde uecordia. Socors & concors: unde concordia & socordia: & cōcordo as. cōcordit᷑ discors. discordia. duricors. grauicōrs. Cura etiā. unde curiosus. curiositas. cura curialis. curialiter. curiatim. curo as componitur decuno. icura. securus securitas. custos dis custodia id est cū cura statio. Augustinus.

Cor cogitationes significat.

Cordapsum: id est ileon: quod est dolor intestinorum.

Cordatus: gnarus. conueniens.

Concordatus uel qui canit cum cordis: ul᷑ qui facit illas.

Cordipūgus uersus uel quodlibet corda pūgēs.

Cordum serotinū: quod tarde nascitur.

Chorea sonus ludorum cantus uel carmina: dicitur a choro.

Chore interpretat᷑ caluicium uel caluaria.

Choreph caluaria uel campestria interpretat᷑ lūbaria uel tegumenta.

Corregionales: ex una regione.

Corepiscopi sunt uicarii episcoporum propt᷑ sollicitudinem pauperū in uillis & in uicis cōstitum. gubernāt sibi cōmissas ecclesias habētes licentiam usq ad subdiacones constituere.

Corydalus: genus quoddam uolatile.

Corydalis species auis quasi dulce canens dicit᷑.

Corium pellis byrsa: proprie dicit᷑ cum pellis detracta & subacta est.

Coriambus pes ex longa & duabus breuibus & longa constat: tempoꝝ sex. ut armipotens.

Coriambus dictus: quod ex hoc pede carmen cōpositū, choris aptissimū est.

Coriandrum quod græci corian uocant: cuius semen dulci uino datum promptiores reddit in uenerem: si supra modum dederis amentiam facit. in cibo sumptum calefacit & stringit: & somnū facit.

Coriales: ciuitas uolscoꝝ optima.

Corymbantes dii paganoꝝ: latine ministri matris deū ipsi & demones.

Corymbant uoculator.

Corycus est ciuitas ciliciæ: inde corycius.

Corintū ciuitas fuit pitataꝝ: ubi famosissimū est antrum id est templum.

Concula: uitia infantium.

Conficina: macellum.

Corrigiæ a corio uel a colligando quasi colligiæ dictæ.

Corylus species arboris nux auellana.

Corylus per y scribit᷑ a κορυλου inde colurnus.

Corymbata: nauis.

Corymbus κορύμβοσ cacumen.

Curymbi hederaꝝ baccæ: uuæ uel anuli uitium qui eas ligant ad pallos.

Cotineus unus equoꝝ solis.

Corinis mater æsculapii.

Corytheū commixtio omnium metallorum dictum a corynthio quam dū hannibal cepisset omnes statuas omnium mettallorum in simul conflauit. unde siquid ex ipso uel simile illi fit hoc nomen habet.

Conryntheus genus lapidis.

Corynthus urbs quam corynthus orestis filius nobilissimā græciæ ædificauit in achaia.

Coriti: subito naso. uel simul.

Coriosum: uestitum.

Coriolū spuma corio uestita.

Corion hærba: quam nos cimiciam dicimus syrii marubium.

Corrigibilis: habilis ad corrigendum.

Corripere: repræhendere. simul rapere.

Coris κορισ græce scorsum.

Coris κορυσ. ρευσ. cimex.

Corrigere: emendare.

Coritus ciuitas tusciæ.

Corita: equus masculini generis.

Coriolum ciuitas: unde coriolanus.

Coritus auus dardani.

Coritus mons ethruriæ a corito dardāiæ uitrico

Corium a corrigendo dictum. inde corrigia corrigiarius componitur ex corio as cortex.

Coryza κορυζα mucus nasi cū infusio capitis in os uenerit: & præfocationem narium fecerit cum strenutatione.

Conneus: aceruus lapidum.

Corneliana genus carthæ a cornelio.

Cornus & cornu idem significant. poniť etiam pro extremitate exercitus. i. alis. h cornus huius cornus genus tubæ. antiqui uero hoc cornuum dicebant: unde adhuc cornuorum dicunt & nūc dicimus hoc cornu huius cornu & hic cornus huius cornus: unde cōponitur secūdæ declinationis capricornus ni. Cornus uero fœminini generis genus arboris ēcuius fructus hoc cornum facit. Inde corneus a um: ide cornetum: locus ubi sunt corni: dicta cornus q similes cornibus ramos habeat secūdæ & quartæ declinationis dť esse a prisciano.

Cornix auis species: quæ dť uiuere ad millenanū: unde cornicor ris quasi cornix septe & importune loqui. deponens est.

Cornix plena uoce pluuiam uocat.

Cornicen: qui cornu canit.

Cornificium proprium oppidi.

Cornipes equus sonipes: quia corneum habet pedem.

Cornipeta cornu appetens bos.

Cornua significant sublimitates superborum Aug.

Corona generaliter dr: diadæma uero specialiter: nam est gestamen regi capitis: corona uero quorūcūq. dicta a corrigo uel qsi capitis rota.

Corona circulus capitis græce antyx .i. στεφανοσ dr. inde coronare. i. redimere. uelare.

Corona signum est ariadnes liberi uxor ab eodē inter sydera collocata. dicitur liber hanc coronam ei dedisse.

Corolarium dicitur: unde corona meretur. dictū q coronam ferat. uel. circunlocutiua ostensio ab ambitu coronæ quoddam ornamentum: præmium.

Corolarium quasi coronæ. i. pmii illatiuum: sicut collarium quod est in collo.

Corpulentus dictus: quod sit corpore ualidus & lentis carnibus.

Corpus proprie dicitur quicquid per quinq; sensus corporis capitur uel sentitur.

Corpus a corrumpendo dictum uel quasi cordis pus. i. custodia: uel q corruptum pereat uel coram positum: unde deriuantur corporeus corporalis corpusculum diminutiuum & corporo as actiuum.

Corpus ut dicit macrobius aliud dicitur solidum quod trina dimensione distenditur solummodo. i. longitudine latitudine profunditate. idē altitudine: ut bis bini bis: aliud mathematicū quod geometræ sibi proponunt cogitationi tantum subiicienda non sensui: ut punctū: qd indiuiduum corpus dicunt & linea. i. corpus unius diuisionis. i. tantum per longum. atq; superficies: quæ duabus diuisionibus æstimatur longo latoq; sed alto caret. hæc superficies si duplicetur: ut adiiciatur profunditas: solidum corpus efficitur: quod octo angulis continetur quod uidemus i tessera: quæ cubos dicitur. his geumetricis rationibus applicatur numerorum monas & punctum putatur quia sicut punctum corpus non est: sed ex se facit corpora. ita monas numerus non est: origo numerorum. primus ergo numerus i duobus est: qui similis est lineæ de puncto sub gemina puncti determinatiōe productæ: hic numerus geminatus efficit quattuor ad similitudinem mathematici corporis quod sub quattuor punctis longo latoq; distenditur. quaternarius quoq; geminatus octo efficit: q numerus solidum corpus imitatur quod dicunt bis bini bis: eodem modo fit ex impariter terni ter.

Corpus est quicquid maioribus uel minoribus suis partibus maiora & minora locorum spatia obtinentibus constat.

Corporeum: quod constat corpore ut animal.

Corporatum: quod sine corpore est: nec tamen nisi in corpore ut color.

Cohors qngētorum militū numerus a cohortādo.

Corsica insula a duce suo corso dicta multis promontoriis angulosa. hæc habet ab oriente tyrrhenum: a meridie sardiniam: ab occasu insulas balcares: a circio & septentrione lygusticū sinū

Cortina ab aliis Cortyna ciuitas cretæ.
Cortinæ a coriis quibus prius fiebant dictæ id ē pellibus.
Coorta.simul nata.uel subito.
Cortex cis liber dictus quasi corium tegens.
Corus uētus: qui ab occidente flat inter fauoniū & circiū dictus q ipse uētorum circulū claudat & quasi chorum faciat.hic autem caurus uł argestes dicitur.
Corus dicit & coaceruat nubila.
Corus dicitur circulsus hominum coniūctorū.i. ordo cantantium:dicitur a duo is:inde deriuatur chorea.
Corus mensura xxx.modiorum qui hebraice cora dicitur.
Coruus in tutela apollinis cum ab eo missus eēt cum cratere ad fontem inueniens ficus nōdū maturas expectauit donec maturescerent:unde fit:ut quādiu ficus non coquantur: bibere non possit.uel quia matrem cotoruida æsculapii phoebo prodidit ex quo prius candidus ē factus niger.
Coruus siue corax κορα̃ξ nomen a sono gutturis habet:fertur autem q non prius plene prebeat escam pullis suis:donec uideat similitudinem sui nigri coloris.
Coruinus niger similis coruo.
Coruscus.splendidus:uibrans.ide coruscare splēdere.flagrare.
Corruere:simul ruere.cadere.
Corrumpere:frangere.deuirginare.deuiciare.inficere morbo.uel malis moribus polluere.
Corruptela corruptio a corrumpo.
Cossi uermes in ligno:qui & teredones dicunt.
Cosmetæ dicuntur ornatrices cinium a comando.
Cosmus mundus ab ornatu.Nam cosmos græce ornamentum dicitur.
Cosmopeia:mundi fractura.
Cosmographia:mundi descriptio.
Cosmus fuit unguentarius.
Costæ dictæ:q ab ipsis interiora custodiantur.
Costi græce dīt:qui in extremis partibus exercitus maiores creant:dicti q castra ducant.
Costum:radix hærbæ.species aromatica.
Cossum:rugosum.contractum.curuum.
Cos cotis fœmininum est:proprie uero duri lapides cotes appellantur quasi cautes.
Cotana genus fructuum scilicet nucū.
Cote:incisio græce dicitur.
Cotei κοΤοσ ira & κοΤεω irascor iracundi.
Cotes pro cautes dicimus.
Coticula in qua circunducta collyria resoluuntur erat enim lenis.
Cotila:emina.in ezechiel.
Cotilon cyathus.

Coti lunacit.
Cotio ad comminandum.
Coti dicta q ferrum ad incidendum acuat.
Cotis dignitas corporis.
Cotizon:rex dacorum.
Cotula est hemina hñs cyathos sex. cote.n. græce incisio dī.quia igitur a sextario i duo æqua diuiditur cotula dicitur.
Cotyla κοΤυλη coxa.
Cothurnum altum.uel superbia.fastus.
Cothurni tragica calciamenta:quibus calciabant dicturi in theatro alta uoce similes crepidibus.hi calones dicuntur.
Cothurnus uenaticum & agreste calciamentum utriq pedi conueniens: unde siquis duobus discordantibus fuerit amicus cothurnus κοθορνοσ dicitur.
Cothurnix græcæ dicitur hortyx.
Cothurnices a sono uocis dictæ:quas græci hortygas dicunt eo q ulsæ prius fuerint in ortygia:cibos gratos hñt semina ueneno℞:& hoc animal solum morbū caducū patit ut homo.
Couenum:indigestio.
Couum inane uel uacuum.
Choū uinū uł unguētū de coo insula maris ægæi
Chous ē quod cælum continet uniuersa creatura
Coxæ dictæ quasi coniunctæ axes.in ipsis enim capita femo℞ iunguntur.
Coxa:femur.perna.
Crabro uermis dictus a cabone:ex quo nascitur id est ab equo.
Cragentes:graciles.
Crapula imoderata uoracitas dicta q̄si cruda epula:cuius cruditate cor grauat & stomachus indigestus efficitur.Est autem uini ciboq.
Crapulor aris deponens.
Crapulari.superflue manducare.bibere.inebriari.
Crassa:pinguis.fæcunda.spissa.
Crassus:sagina corporis. pinguis.a creando carnes dictus.
Crassor.ris deponens.deprædari infestari.
Crassari corporis est & saginæ:grassari uero animi & crudelitatis.
Crassator:depredator.latro.
Cras ad tempus futu℞ pertinet:ex quo crastinus na num:& procrastino as.
Crater uas uinariū facit ατο Τοὺ κρατεῖν id est tenere.hic crater græce latine hec cratera declinatur ab accusatiuo græco.
Crater uel cratera fialia uel uas hñs tres urnas.
Crates dicuntur:in quibus lutum pro lateribus crudis portare solēt dictæ ατο Του κρατεῖν quod inuicem se teneant.
Creacræ:tridentes.fuscinulæ.ad carnes de caldana proferendas.
Crealis:uitreis.

Creantes:graciles.
Creas:agrestes capræ.
Creas κρεας græce latine caro.
Creator a cremento:quod sæmen est masculi.
Creare.generare.formare: unde creatura dicitur quicquid a deo creatum est.
Creber:frequens.spissus.assiduus:facit uero crebra crebrum & crebrior creberrimus. & crebro aduerbium id est frequenter.
Crebreo es crebrui:inde crebresco id est innotesco multiplicor spissor.
Credere:confidere.sperare:unde credulitas.
Crecian græci usum dicunt Cresis usio.
Cremare:comburere.
Chremata χρηματα græce pecuniæ.
Chrematius græce pecuniosus.
Crematismos χρηματισμος græce oraculum dicitur.
Crematescentes:deficientes.
Cremera oppidum italiæ ubi trecenti fabii sunt interfecti.
Crementum semen masculi:unde animaliū corpora cōcipiunt᷑. Inde creatores parentes dicūt.
Chremes tos græce latine chremetis & chremis Nam in tos desinentia duplicem habent genitiuum.
Chremes interpretatur diues.
Cremes suspensus.
Cremiū:frixorium.a cremando.uel qđ ē aridū.
Cremona urbs ueneriæ in italia.
Cremunia sacrificia immolatio.
Crenis dis proprium nymphæ.
Crepere:spissare.dubitare.
Creperum asperum.dubium.incertum:unde & crepusculum.
Crepidæ genus calciamenti a pedum crepitu dictæ:clani militum:magni subtulares.
Crepidæ pauimenta uel ut quidam dicunt calciamenta consilentium apollinem. Est autē nominatiuus singularis crepis.
Crepido inde.i.extremitas saxi abrupta dicta ꝙ sit abrupti saxi altitudo.est autem ambitus uł summitas rei cuiuslibet.
Crepido pro ripa.ponitur.
Crepitaculum puerilis sonus minute uocis.a crepitando.
Crepitare:frequenter sonare.a crepitu.
Crepitus strepitus sonitus sonus flammarum a crepando.
Crepitalia in sonitu infantibus fiunt:hinc crepūdia.
Crepo as:diuidi.confringi.uel sonare. crepui & crepitum facit:inde crepor dictus: quod crepet id est sonet.
Crepolus madidus.
Cræpule κραιπαλη græce crapula.

Crepundia puerilia ornamenta indicia:quæ expositis infantibus adhibentur.
Crepundia significant puerorum initia lcunabula.insignia.cunabulum.
Crepulum Imber cum graui sono ruens.
Crepusculum:dubia lux inter diem & noctem, nam creperum dubium dicitur.
Cresco creui & cerno creui:unde cretum.
Cressa decreta.
Cressia prodigia taurus:quem pasiphæ amauit. in creta.
Croesus rex lydiorę:cui de sua felicitate iactanti: solon sapiens interdixit:non debere gloriari crastino nāque cruce suspensus est.
Creta insula græciæ pars quondam centum urbibus plena:hæc ab oriēte finitur carpathio mari:ab occasu & septentrione mari cretico.a meridie Libyco.
Creta gēus terræ albæ ab īsula creta:ubi ē melior
Cretensis:de creta insula.
Creticum mare:quod pamphiliam & ægyptum pertendit.
Ceretici dies iudiciales uel determinatiui apud phisicos.nam κρινω crino est iudico.
Cretio:certus dierum numerus:in quo institutus hæres aut adit hæreditatem aut finito eo excluditur per centum dies.
Cretus participium est procreatus per syncopam quasi natus.
Creusa uxor fuit æneæ.
Crian species est sententiæ:qñ additur persona.
Cribalon græce dicitur acus id est purgamentū frumenti.
Cribrum dictum ꝙ ibi curat frumentatū quasi cumfrugum.
Cribrare.frumentum cernere:purgare.exqrere.
Crimen a carendo nomine dictum ut furtum & cetera quæ non occidunt sed infamant. Inde criminalis.
Crimina capitalia:quæ in transitorio igne purgari non poterunt:quamuis apostolus plura commemoret:nos tamen ne desperationem facere uideamur breuiter dicamus. Sacrilegium.homicidium adulterium.uł fornicatio:falsum testimonium:furtum rapina. Superbia. inuidia. auaritia & logi temporis iracūdia:ebrietas si assidua fuerit & obtrectatio.
Criminor aris pro crimino inuenitur.
Criminor te dicimus:inde criminalia.
Crines proprie sunt mulierum dicti ꝙ uittis discernantur.unde & discriminalia.
Crimlus fluuius siciliæ.
Criones quasi curriones dei ꝙ discurrāt ab utraq parte labii.
Crypta spelunca cuneus uel turba hominum.
Cryphius frans.

Cryphia circuli pars inferior cum puncto: ponit' in his locis: ubi q̄stio dura & obscura dissolui non potuit.

Crissare: ceuere. clunem mouere.

Chryse & argirae insulae dictae indiae auro & argē to ita abundant: ut plaeriq; eas aureā superficiē & argenteam habere. prodiderit: unde & dicū tur.

Chrysanae uasa deaurata graece.

Crisis κρίσισ discussio uel salus percipienda.

Chrysibe in propheta erugo uel rubigo messiū.

Chrysites lapis crocei coloris.

Chrysimon nota quae in libro ex uoluntate uniuscuiusq; ad aliquid notandum ponitur.

Chrysos aurum graece.

Chrysoberillus lapis dictus: q pallida eius uiriditas in aureum colorem splendeat.

Chrysolitus lapis quasi aurum fulget: unde dicit' & uidetur e se emittere quasdam ardentes scintillas. Auri color chrysolitus scintillat: uelut clibanus praetendit mores hominum perfecte sapientum: qui septiformis gratiae sacro splendescunt iubare. omne genus serpentium fugat.

Chrysoclauus aurata purpura uel purpureum.

Chrysocolla dicta q uena eius aurum habere fertur. foditur ex metallis auri uel aeris.

Chrysocula lapis auro similis.

Chrysolauis aurea die nocte ignea: unde & dr̄.

Chrysopis auge tm̄ uidetur esse.

Chrysopassus purpureus auri color ac flammeus cuius splendor in tenebris flāmas euibrat oculis: quae est perfecta charitas: quam nulla sternit feritas.

Chrysoprassus indicus est colore porri succum referens aureis interuenientibus guttis.

Chrysoroas flumen.

Chrysotasius lapis quem: lux celat: prodit obscuritas.

Crispare: uibrare. concutere.

Crispus. clodus. uel curuus.

Crispus capillis retortis & retractis.

Crispido propiciatorii uel. iiii. anguli altaris.

Cristallus glacies graece resplendens & aquosus colore traditur: quod sit nix glacie durata per annos: hic & appositus radiis solis adeo rapit flāmam: ut aridis foliis fulgidum ignem praebeat: nihil aliud patitur q̄ frigidum.

Cristallum genus saxi candidi.

Cristaticum genus humi.

Cristatus: galeatus. id est zabatus.

Cristae sunt pinnae super galeam positae.

Cristutus honestus decens.

Criteis κριθεισ participium iudicatus.

Crisis nomen iudiciū significat graece.

Critici iudices. nam critos graece latine iudex.

Crito iudex moꝝ interpretatur.

Chro flos modicae haerbae miri odoris.

Crocitare coruoꝝ est proprium.

Crocitus uox corui.

Crocia dicta similitudine crucis.

Crocodilus croceo colore dictus animal quadrupes in nilo in terra & in aquis uiuens longitudine plerūq; uiginti cubitoꝝ. hoc solum ex animalibus superiorem maxillam mouere dr̄ similis lacertae: sed maior ita ut homines mā ducet: huic dormienti ore aperto hyarus īgrediens fauces uiscera dilaniat exitq; uiuus: qd' de inferno fecit christus.

Crocomagina confectio exp̄ssis aromatibus crocini unguenti.

Crocus dicitur ab oppido ciliciae quod uocatur coricium q̄q̄ & alibi nascatur: sed non tantum & tale: ut ibi.

Crocus aurei coloris habet florem. unde croceus cea. ceum.

Cromon perinthiorum lingua Iunius mensis.

Cromaticon: genus musicae. medium.

Croma Τοκρωμα graece uel frons atrii uel humor: unde cromaticus dictus: quia non confūditur uel colorem mutat.

Chronius prolixus corporis morbus. Chronos χρονοσ enim graece tempus dicitur.

Cronis nota tm̄: quae in fine libri ponitur.

Chronicon graece latine canon temporalium regnorum.

Chronica temporum series.

Chronici uel breues temporales.

Cronynion cepa canina.

Crotenium oppidū iuxta aretium: īde crotonite

Crotos graece pulsus dr̄. hinc cymbalum crotalum dr̄ a pulsu.

Cruces tormenta a cruciando.

Cruciarius cruce dignus.

Crucior ris uerbum.

Cruciari lacerari uexari.

Crudum dictum: q sit cruentum.

Crudeo es dui crudesco.

Crudelis in inferiores: fastidiosus in pares. contumax in superiores: ingratus in amicum. Impius in parentes.

Crudelis in sanguine dr̄ a crudo quasi cruento.

Cruentarus sanguinolentus a cruore.

Cruor dictus q diffusus currat. effusus uero cruor fit. in corpore uero sanguis. uel a cruditate. Alii dicunt cruorem uictimaꝝ sanguinem hominum esse.

Crumena: sacculus. criminis marsupium.

Crusma sonus musicae.

Cruminare: cuminare.

Crunicula: quae accipiunt illi qui uicem in bello seruant.

Crura sub genua usq ad talos dicta: q his curri-
mus. hoc crus huius cruris tibia.
Crusma quasi chrisma id est pulsus chordarum.
Crusta superficies panis. hoc crustum uel crustu-
lum de fragmento panis: hæc crusta de fragm
tis ligni uel lapidis.
Crustæ uasa crustallina uel tabulæ marmoris.
Crustula: panis oleo conspersus & coctiuus. a
crusta diminutiuum.
Crustula: eduli genus. uel pars pãis: uel placeta.
Crustumiũ oppidũ in græcia. uel fluuius Italiæ.
Crustumia pyra ex parte rubétia a crustumio op-
pido dicta.
Crustumia genus oliuæ: item & uolema: q uo-
lam complet.
Crux q lata est: significat opera charitatis: q lon
ga est usq ad terram: pseuerantiam usq i finẽ:
q sublimis supemũ finẽ quo cuncta referũt:
q profunda & in terram occulta profundita-
tem gratiæ: uel significat carnis mortificatio-
nem cum uitiis.
Cubile dictum q eo cubamus.
Cubilia corda significat. Aug.
Cubicularius custos cubilis. Cubicularis uero le-
ctus cubiculo aptus.
Cubo bas & cumbo bis cubui faciunt: sed cũbo
modo non ẽ in usu: nisi in' compositis: inde
deriuatur cubitus cubiti: inde cõponitur bicu
bitus tricubitus bicubitalis tricubitalis. Inde
etiam cubitus cubitus: a quo concubitus accu
bitus. Compõitur accumbo occumbo de. p.
incumbo suc. trans. recon. unde cõcubia. Recu
bo succubo: fecubo: uñ fuccuba pcubo icubo.
Cubitus dicitur: q ad cibos sumẽdos huic pcũ
bamus: quia in eo est manus.
Cubitus duorum fit palmorum.
Cubitus habet pedem & dimidiũ: significat opa
tionem. Cubitus geometralis sex nostros ha
bet cubitus.
Cubitus dupliciter dicitur: Vnus qui naturaliter
ad digitorum summitatem a cubito usq pro
tenditur: quali Moyses arcam mensurauit. Ali
us cubitus ẽ qui & maior dicitur: qui brachio
extensio toto cubito capiti prælato se esse de-
monstrat: quo arca noe demetita est.
Cubitale mufo.
Cubile lusum dicunt: cum duo pene iunctis cubi
tis pilam feriunt.
Cubia poculorum genera.
Cubio masculus.
Cubus græce latine tessera uel cubus dicitur quæ
octo angulis constat undiq: ut hic æqli
ter quadratum corpus ut bis bina bis.
Cucula per diminutionem dicitur a casula quasi
minor cella.
Cucullus generis masculini uelamen nigrũ uel
uelum capitis est.
Cucullus genus uestis monachalis: quam capi
dicimus: proprium autem pileum.
Cucula auis quæ dicitur curuca a cuculo dicta eo
ius oua fonet: a quibus perimitur.
Cuculus auis abiecta sua obliuiosa oua: aliena
calefacit: pigra ut interdum fame moriatur. di
citur a sono uocis.
Cucuma a sono feruoris dicitur uas æneum i q
do & ore desuper coopertum: in quo calefit.
Cucuma noctua: Cucuma & cacabus a sono fer-
uoris dicuntur uasa sũt. i græcis & latinis hæc
habentur: incertũ ẽ a quibus sint mutuata.
Cucumis uel cucumer nominatiuus huius cume
ris generis masculini dicti q sit amari fructus
eius. i. cucumeres.
Cucurbita quasi cucumeris spẽcie habet. Est aũt
calida & humida.
Cucurbitalaris herba dicta: q odorem ex parte
cucurbitæ referat: idem camipetos græce. Cu-
curbita unde sanguis dicitur. i. trahitur.
Cudere cedendo facere uel proferre aliquid exdu
dere. Incus inde dicitur.
Cudo dis di & cusi dr cusum: cuius frequentati-
uum cuso as facit: ex quo, componuntur incu
so recuso accuso excuso.
Cudere est feriendo incus dicitur: quod ibi ali
quid cudimus. i. ferimus.
Cui & huic pro monosyllabis accipiunt metrici
quia genitiuus in ius desinens una uult supe
re syllaba suum datiuum.
Cuius a cuium denominatiuum est: a quis cuiat
cui. cuiuscunq modi qualiscunq speciei.
Culcitra dicta: q calcentur. id est forcianti plu-
mis.
Culco uestigio.
Culeus saccus qui pice & bitumine liniebatur.
Culeus saccus ab oculendo. i. claudendo dictus.
In ipso enim parricidæ cum simia & gallo &
serpente inclusi in mari præcipitabantur: ut ip
sis contendentibus inter se homo maioribus
pœnis afficeretur.
Culex animal paruum uolatile ab aculeo dictus
quo sanguinem sugit.
Culices non tangunt hominem: si absinthium
cum oleo coctum superungat.
Culices centiales.
Culina latrina.
Culina uel coquina locus coquẽdi a coquo dicta
q artifex est coquendi.
Culit. uehementer percussit.
Culmus est ipse calamus cum spica: quia radid-
bus nascitur dictus culmus quasi calamus.
Culmen uero summitas.
Culmina dicta: quia antiqui tecta culmo tegebãt
unde tecti summitas culmen dr.

Culminare: culmen agere uel accumulare. actiuum est.

Culmites: pro diuites ponitur.

Culpa reatus. offensio. dicta quasi calũnia parta.

Culpare: in culpam ducere. increpare.

Culponei: rustica calciamenta.

Cultelli a cultura dicti: quia ex ipsis putationem ueteres usi sunt.

Cultura ab incolendo dicitur. significat sanctos cultores christi.

Cultus: ornatus. aptatus.

Cultus religio: quã credentes deo exhibemus.

Cululli: calices fictiles.

Culus dictus quasi curtus: ꝙ per eum interiora di curant.

Cum aduerbium potest esse: quando significat: & præpositio quando συν syn. & est copulatiua: ut cũ ducibus pugno: & per solã appositionem inuenitur. cũ loco eius semper in cõpositionẽ cõponitur: ut coniungo. eãdem enim significationem habẽt. nec scriptura multum differt. Antiqui enĩ p cũ conscribebãt & m in n & econuerso: ut cõis eundem. Pronominibus præpostere postposita eucletici uice fungit: ut mecum tecum secũ nobiscũ uobiscũ. Aliis postposita acuit ut quocũ quacũ quibuscũ. Quidam tñ dicunt ideo encliticum eẽ ne si acuetur aduerbium esse putetur.

Cumæ ciuitas in campania dicta απο Των κύματων id ẽ undis: quia iuxta mare sita ẽ uel απο Του κυειν pregnantem esse: quia troiani exeuntes de mari pregnantis mulieris augurium habentes illam ædificauerunt.

Cumæ cumanus: sicut thebæ thebanus.

Cumana nomine amalthea una de decem sibyllis quæ nouẽ libros attulit tarquinio. ipsa est & cumæa græce quæ quattuor sæculorum ordinationes scripsit.

Cumera: uas frumentarium.

Cuminum græce cyminum latine hærba. neutri generis.

Cumi interpretatur surge.

Cumulus aceruus mensuræ augmentum.

Cunabula lectuli: quibus infantes iacent dicta a κυω græce: ꝙ partui adhibeantur. hoc cunabulum idem est & cuna.

Cunabula: rudimenta: nutrimenta. initia. uel panni infantiæ.

Cunctari: dubitare. cogitare. trepidare morari.

Cuncto pro cunctor antiqui.

Cunctus ta tum a nando cunctor aris: & componitur cunctipotens cunctitenens.

Cuncti: omnes: si simul sunt. quasi coniuncti.

Cunctalis generalis.

Cundus: cyphus. datera.

Cuneus crypta. κρυπτω abscondo.

Cuneus collecta multitudo in unum quasi cuneus dictus: ꝙ in unum omnes coeant.

Cuneus quo aliquid funditur dictus a coeundo uel committendo.

Cunina paganorum dea curis infantiũ ꝑposita.

Cuniculi genus animalium agrestum dicti quasi caniculi: ꝙ canum indagine capiuntur.

Cuniculus transitus occultus occulta uia.

Cunnus est foramen.

Cupas uel cupos a capiendo dictum: unde caupo.

Cupes fastidiosus: superbus. cupidus.

Cupere: quelibet mundana inhianter quærere. Abire uero honores petere.

Cupiditas uel concupiscentia nisi cuius rei sit addatur: non nisi in malo accipitur.

Cupiditas est motus animi ad truendum se & proximo & quolibet corpore nõ propter deum.

Cupidus a capiendo multum dictus.

Cupido cupidinis. masculinum. proprium ẽ dei foemininum uero ipsam rem significat.

Cupidinarius: uoluptarius.

Cupio pis inde dicitur cupidus ras. cupido cupidinarius componitur percupio concupio & concupisco.

Cupitum: mulieris desiderium.

Cuplem rectis domorum: ꝙ copulent in se iu-ctantes.

Cupressus dicta eo ꝙ capite sit pressa. nam caput habet rotundum: huius arboris fructus dicuntur coni: eadem dicitur cyparissus.

Cupressus y in u apud latinos uersa. Cypressus dicta a puero eiusdem nominis: quem syluanus amauit.

Cuptare: cupere multum.

Cura est sine moderatione dicta: ꝙ cor urat sollicitudo uero a temporalibus moderata.

Cur interrogatiuum & relatiuũ est: ut causa ẽ cur fiat. cui oẽs species causarum respondent.

Curare: sanare. custodire mederi.

Cura appellatiuũ ꝓprius rei: potest tamẽ & de aliqua re intelligi: ut de ea deriuatur curiosus. curagis curator. curatio curatura. curalis. componitur securus decurio obscurus. tricurium. dicitur cura: ꝙ cor agitat.

Curculias nautæ suo more uocant funes: quibus in tempestatibus utuntur.

Curculio: uermis frumenti. uel fabæ.

Curcilla opillago.

Cures populi iuxta romam. pluraliter curetes populi pugnaces in creta insula ut Diodorus scribit in sexto historiarum: quos ait primos omnium greges coegisse: aliaqꝫ mansuefecisse pecora. mellis insup ac sagittãdi uenãdiqꝫ modũ induxisse. ꝓhibẽt hoium quoqꝫ coetus ad cõem uitæ & legũ disciplinã illas instruxisse: repisse ĩ super ensem galeã: ac cũ armis salt.di

morem: quorum strepitu per magno Saturnus deceptus è. Aiût ꝑterea ionem elá Saturno ab Rhea matre datû ab iis fuisse nutritû. Et multa de curetibus in creta prosequitur.
Curetes populi feroces in dalmatia.
Curia dr: q ibi cura de cũctis administretur.
Curia toga. i. aduocatio iuridica.
Curiales idem & decuriones dicti: q ciuilia iura procurant.
Curibus: paruis sabinis.
Curias. atis. sabinus.
Curitius uetustus.
Curricula dñr: quia non stant sed currunt: hæc & tempora dicuntur.
Curriculus & hoc curriculũ a currũ diminutiua.
Curriculum neutrum: spatiũ: ad currendũ aptum uel ipsum currendi officium.
Curriculo: celeriter.
Curro ris cursus currus: unde curriculus cursor cursio cursito currulus cruor: unde cruentus a quo crux cõponit: occurro inde occursus similiter p. trans. ex. de. præ. pro. in. suc. dis. cõ. re.
Curro is curso as & cursito as frequentatiuũ.
Curro ris curri. in cõpositis uero quibusdam geminat in quibusdam non.
Curio: præco theatri.
Curiosus: facetus. dicax urbanus.
Curii dicuntur philosophi a curio consule & philosopho.
Curis: uirtus. fortitudo. inde curitis. i. potens. regalis. fortis.
Curis hasta dicebatur lingua sabinorum.
Curulis sella magistratus uel triumphantium.
Cursus a uelocitate crurum dicitur.
Curules sellæ erant magistratus: in quibus sedẽtes iura populo dabãt: sic dictæ quia apud ueteres consules & prætores causa longinquitatis uel dignitatis per forum uehebantur curribus sellis insidentes & iura dantes: quæ selle solite erant deferri in curia.
Cursus uel currus quartæ declinationis & curriculus uel curriculum p diminutionẽ faciunt.
Cursor aris deponens est.
Currus uolubilia tempora significat.
Currus a cursu uel curro dicitur: quia rotas habere uidet: unde & carrum quasi currus.
Curruca est auicula: quæ alterius filios educat. hæc dicitur linosa uel cucula eo q cuculus dũ eius oua sorbeat sua relinquit quæ curruca tã diu fouet donec extracti pulli eam comedant
Curtus dicitur quasi carens toto uel cauda unde curto as aui tatus.
Curtina responsum.
Curtatæ: figure dicuntur semel bisue sic.
Chus filius cham a quo æthiopes geniti sunt.
Chus hebraica lingua æthiopia.

Chusi: interpretatur silentium.
Cuspis una pars hastæ: a cespite dicitur.
Cuspis fœmininum est gladius acutus quasi sp-ca.
Cuso as frequentatiuum a cudo: inde compo-tur accuso & incuso & excuso recuso.
Custos: seruator. pastor: procurator. hic & hæc cu-stos a custodio dis & custodia.
Cutis est: quæ in corpore prima est dicta q cor-pori supposita incisionem prima patiatur Cu-tis enim græce incisio dicitur. eadem & pell-
Cuticula diminutiuum quod antepenultimam producit apud Iuuenalem. cum bibat æstiu-contracta cuticula solem: canis canicula dimi-nutiuum cuius antepenultimam similiter p-duxit Persius in secunda satyra. Et quid eg-siccas insana canicula messes Iamdudum co-quit. Idem in tertia. Scire erat in uoto dumos-canicula quantum raderet. Martialis quoque in octauo in craticula produxit antepenultima. Parua tibi curua craticula sudet ofella. A cu-componitur intercus: unde intercutaneus u-subtercutaneus uel subcutaneus. cicatrix u-de cicatricare.
Cuia antique.

d

A. ponige: dom. u prod-
Dabyr oraculũ domini q-
erat factum in media in-
ore parte tẽpli: in quo e-
arca domini. hec appella-
tur sancta sanctorũ.
Dabyr interpretat' loqu-
Dabreiamin quod est uerba dierum. id est par-pomenon.
Dabæ populi indomiti.
Dacæ gothorũ soboles dicti quasi de gothor-stirpe creati.
Dacy populi scythiæ a dacia regione.
Dacycus. i. traianus imperator: quia dacos uic-
Dactylos digitus græce.
Dactyli fructus palmarum dicti q similitudi-digitorum imitentur.
Dactylus pes dictus a digito: q a longiori no-do inchoans in duos definit breues. Nam-nus. oppansa dicitur palma: pendentes digi-dactyli.
Dactylica metra ꝑncipalia sũt. Recipiũt tñ dact-lũ spondeũ locis omnibus in fine trocheum.
Dactylum metrũ heroicũ dr eo q maxia heroi-hoc est uirorum fortium facta canerentur & prælia.
Dactylos genus hærbæ id est pionia a similitu-dine digitorum dicta.

Dacusa ciuitas i cōfinio cappadociæ. & armeniæ haud procul a loco ubi euphrates nascitur.
Dacusata: ornata.
Dadan filius thegma: a quo gens æthiopiæ i occidente.
Dahæ scotiæ.
Daphinon: hoc est oleum laureum.
Dphnis nomen proprium
Dagon Idulum fuit i azoto: ubi arca dei capta ē
Dalida iterptat' paupcula l' situla cōiūx sāpsonis
Dalmannta: quod dicitur magedon:
Dalmatia prima prouincia græciæ a dalmatica eiusdem prouinciæ ciuitate dicta. Adhæret autem ab oriente Macedoniæ: a septētrione mysiæ: ab occasu Istria terminatur a meridie uero hadriatico clauditur.
Dalmatica uestis primū in dalmatia extitit tunica sacerdotalis cādida cū clauis & purpurá.
Dalum minimū ualū ad nauis prorā defixum.
Dalus: ticio græce.
Damascus urbs syriæ condita & nominata a damasco dispēsatore abrahæ perhibetur. hæc antea in oī prouincia syriæ tenuit principatū nō dū enī florebāt antiochia laodicia & apamia.
Damascus interpretatur sanguinem bibens: quia ibi abel sit caim interfectus: absconditusq; in sabulo fluminis.
Damascena arbor a damasco oppido dicitur cuius pomum stomacho mederi probatur. cætera noxia perhibentur.
Dama animal dubii generis.
Damæ animalium genus timidum & imbelle. canes nimium fugiens.
Dama uel damula dicta: q; de manu fugiat capra agrestis. genus feræ. capreoli similis christum significat uel sanctum.
Damen damenis: proprium hystorici græci.
D[illegible]mium sacrificium: quod in operto fit. & mu[illegible]eres faciunt bonæ deæ.
Dam[illegible]re punire. animaduertere.
Damnum insolita & nobis nesciētibus diminutio: iacturam autem scientes & ultro patimur: detrimētum uero leue damnū fit i parte. Varro tamen de lingua latina detrimentum inqt a detritu q; ea quæ trita minoris pretii sunt.
Damon & alphesiboeus propria nomina.
Dāmœtas: proprium [illegible].
Dan interpretatur iudicium aut iudicans: fuit uero filius iacob ex ancilla rachel: de quo rachel domina eius dixit: Iudicauit me dominus & exaudiens dedit mihi filium. De huius genere antichristus est nasciturus.
Dan interpretatur iudicium transiens.
Danai græcia danao rege.
Danatheton gramon figura plana plano pede i geometria.

Daniel interpretatur iudicium dei: quia inter presbyteros iudicium dei exhibuit: seu quia futura prædicebat. hic & desideriorum uir appellatus est: quia panem desiderii non manducauit & uinum concupiscentiæ non bibit.
Danizo Δανείζω fœneor græce.
Danus fœnus lucri græce: quod rustice damna seu fœnerator. uel fœnus dicitur fœneratorum fœneratio.
Danubius germaniæ fluuius dicit' a ui & copia niuiū: quibus augetur. Iste est: q i europa plus omnibus habet famā uel & Ister quia per numeras uadit gentes: mutatq; nomen & maiores uires acquirit. Oritur autē germanicis iugis in occidentalibus partibus barbarorum per gens contra oriente. lx. fluuios in se recipit septem ostiis in pontum fluit.
Dapes dictæ dans opes: prisc. hæc dapis huius dapis sed nominatiuus non est in usu frequenti
Dapes regū: epulæ uero priuatorum sunt.
Daphnis: filius mercurii. formosus puer. primus pastor.
Daphne arbor græce dicta q; nunq̄ deponat uiriditatem. hanc latini dicunt laurum. græciæ nympha quæ in laurum fabulose dicitur esse mutata.
Dapsilis largus græce: uel qui satis erogat dapes.
Dardanus ex Ioue & electra natus a Iano in phrygiam profectus: prius ibi rgnauit. post quē filius eius erichthonius: deinde nepos tros: a quo troiani dicti sunt. hic autem duos habuit filios ilum: qui cōdidit ilium: assaracū: qui capyn genuit: ex quo anchises pater aeneæ. ex illo uero natus Laomedō pater priami.
Dardanius proprium & primitiuū: abutitur tamē pro dardano pris.
Dardanus mons appuliæ.
Dares daretos græce latine daretis & daris facit sicut omnia quæ faciunt in tos. proprium cuiusdam græci.
Darius rex Persarū græce asuerus astyagis filius: qui destruxit imperium chaldæorum cum cyro cognato suo.
Dasia interpretatur aspiratio: ubi h poni debet tali notatur figura uel dasia id est flatilis. psylen uero græci dicunt.
Daticius dediticius p filiis datus: qui uictis hostibus se tradit.
Datiuus casus dictus quia per eum nos alicui aliquid damus: ut do tibi librum: hic & commendatiuus dr: quia per illum cōmēdamus: ut commendo tibi hanc rē: uel amicabil' q; per illum amicos salutamus: ut uenerabili patri salutem.
Datim per manus.
Datusa cappadocū lingua Ianuarius mensis.
Daucos herba foliis feniculi similis.

David interpretatur desiderabilis seu manu fortis uel misericors.
Daunia apulia dicitur a dauno rege socero diomedis.
Dausti: pascinaculi.
Danus interpretatur deuius uel dans uiam.
De græca coniunctio enim significat.
De non solū τοαπο significat: sed etiam Totoπεpi peri memoratiuū: ut de partibus orationis. accipitur etiam pro κα'Τα cata locali in cōpositione: ut deduco. est etiam itentiuum ut dedo: est priuatiuū ut desum. de quoq; nunc aufert memoratur sæpius auget.
Deambulare ire.
Deambulatorium: locus ambulandi.
Deambulacra: ubi deambulari potest.
Debellare: depopulari. expugnare.
Debacchatur peragatur.
Debello as actiū: debellor etiam dicitur.
Debilis dictus q per bilem factus sit fragilis: bilis enim humor est afficiens corpus: unde debilitas & debilitare id est debilem facere.
Debbora interpretatur apis uel loquax. Apis qa fuit ad bellum promptissima dimicans aduersus sysaram: quo perempto cecinit canticum: unde loquax dicitur.
Debris fons apud garamantas inuicē in die æstuans & frigescens.
Deca græce latine decem.
Decachordum: psalterium decem chordarū: qd hebræorum est propter numerum decalogū legis.
Decachinnare: deridere.
Decas decadis decenarius.
Decalogus: decem præcepta legis. Nam deca decem. logos sermo.
Decani dicti: q decem militibus præferuntur uel clericis.
Decalanzare: cantare cum lætitia.
Decalceatum de calce albatum.
Decantatos. i. centum.
Decapolis regio decem ciuitates hñs: quæ post uocata est cæsarea.
Decarpit: decrustat. minuit.
Decedere: per mortem exire.
Decem quod græci deca dicunt numeri a græca etymologia dicti sunt q ligent & coniungāt infra iacentes numeros. Nam desmos ligamen est.
Decempeda deriuatur a græco decapoda. fæmininum pertica mensuralis.
December dicitur quia decimus est a primo mēse & Imbribus quibus abūdare solet. December tñ ut uaroni placet a numero dictus est.
Decens: compositus a numero decem. hinc decorus & deciblis.

Decennale: bellum decem annis gestum.
Decentarius: ingeniosus. promptus exercitatus.
Decenter: pulchre eleganter.
Decernere: cēsere. definire. cōstituer. decreui facit.
Decerpere de maiori parum rumpere auellere.
Decertare pugnare.
Decet impersonale uerbum a decus uel decem deriuatur. i. bene apparet.
Decent cum persona ponit ouidius. Ista decent humeros gestamina uestros.
Decætero: denuo. deinde iterum.
Decempoys Δεκαπους masculinum græce latine hæc decempeda facit.
Decidum quod cito cadit. caducum a decidere. i. de aliquo cadere.
Decii duo fuerunt pater & filius. qui pro ciuibus hostibus sua se spōte dederunt.
Deciosi a deciduo dicuntur mures ob paruitatē corporis: dum nascuntur.
Decipere fallere: inde decipula deceptio tuscipula laqueus pedica.
Desciscere dissentire uel a propositio seiungi.
Declinare: uitare. delinquere. peccare. obtundere declinare. incuruare.
Decliuus: inclinatus locus.
Decluere decorare.
Decolor sine colore. Inde decolare. i. fuscare.
Decolor dictus q desit ei color.
Decor ris masculinū: & est formæ: hoc decus uero ris gloriæ est: & hæc indecor deformis.
Dedecor ris compit penultimam: nam a decor deriuatur. Inuenitur etiam simplex corripiens penultimam apud antiquos. decoris pro decorus ra rum.
Decor formæ pulchritudo a decem uel decenide deriuatur decorus ra rum egregiæ formæ pulcher ide ēt decoro as. decoratus decorosus
Decoro as correpta penultima a decus. id est honorare.
Decoquere. i. ualde coquere. conturbare.
Decoctor: deuorator. prodigus.
De contra uideo usu dr non ratione.
Decrepitus dr senex q morti ppior ad tenebras uergat: sicut crepusculum. alii dicunt q iam crepare desierit. i. loqui.
Decreuit ptm a decerno nis. statuit definiuit. inde decretum: præceptum. constitutum. apud Donatum in andria Ter. decernere ac de magnis rebus certā proferre sententiam. Idem Hecyra decreuerim: statuerim & defixerim.
Decretio: dispositio.
Decreta instituta proprie papæ sunt ad discernēda animi interioris dicta. præcepta uero regū a precipiendo.
Decudes decuriones.
Deculare. decurtare.

Decumanus limes maximus in agris qui ab oriente i occidentem per transitum dirigit quia pro eo q formam decimam facit: sic dicitur: Ager bis diuisus figuram decem numeri facit: ul dicitur a decimo fructu id e maximo.

Decumbere: infirmari.

Decurio: curialis. a curando ciuilia iura.

Decuriones dicti: q sint de ordine curiae uel decani

Decurio: princeps super. x. homines.

Decuria: numerus decem hominum.

Decuriatum quasi honore curiae dignum.

Decursa: finita. confecta. a decurso quod tamen e neutrum.

Decurtare: detrahere. detruncare. diminuere adimere.

Decursare: honorare.

Decus oris neutrum ad gloriam pertinet: inde decoro as.

Decussis. x. asses generis masculini.

Daedalus Cupalami filius genere atheniensis a minerua fabricam prius didicisse fertur hic labyrinthum in creta aedificauit. Inde daedaleus

Daedalus la lum. id e artificiosus. ingeniosus.

Dedan filius rhegma: a quo geus aethiopiae in occidente.

Dedecor ris corripit penultimam: Nam a decus deriuat & est commune id e homo sine decore.

Dedecet: non decet.

Dedecus: uituperatio: quod fit contra decus.

Dedecorare: id est dehonestare.

Dedere: tradere. componitur ex de & do as. inde dicit dedicio: quando uicti hostibus se tradut spontanea traditione.

Dedicare: deo dare consecrare. deputare.

Dedignari: sperare. indignari respuere.

Dediscere: quod didicerat perdere.

Dedititii deditione dicti quodam: dum aduersu populum romanum serui arma sumpsissent comprehensi stigmatibus affecti sunt. ex his post manumissi propter suppliciorum notas ad dignitatem ciuium romanorum no peruenerut

Deducere: diuidere. deportare: tenuado pducere.

Deduco: de amico producendo. diduco uero detraho.

Deductu: gracile. subtile: deportatu.

Deductiua uel pronominia dicutur. quae ab aliis deducta sunt. ut quispiam.

Defamare: detrahere. conuiciari.

Defaecare: decolare a faece purgare: inde defaecatum id est sine faece uel sordibus purum.

Defeciscor: id est deficio. uincor.

Defectus. tenuis. pallidus.

Defectus quartae declinationis solis & lunae uaris labores: solis cum inter nos & ipsum luna obiicitur. quod nuq fit nisi finita luna. Lunae uero defectus cum inter solem & ipsam umbra terrae obiicitur.

Defendere: protegere: inde defensor. patronus. auctor.

Defensores a romanis pontificibus costituti sut episcoporum adiutores: quibus honores iter clericos sicut & regionariis concedimus.

Defessus: lassatus. fatigatus. a defeciscor deriuatur.

Deficere: cessare. inde deficescere defatigari.

Deficio quando pro relinquo uel desisto ponit actiuum est: quando pro defeciscor uel uincor neutrum.

Definitio: pax. foedus. condiciones. leges. conuentio. Definitio est rei alicuius aequa comprehensio ex genere & differentiis proprie: ut homo est animal rationale mortale.

DE DIVISIONE DIFFINITIONVM EX MARII VICTORINI LIBRO ADBREVIATA:

Diuint pro dent inuenitur.

Diuortium:separatio coniugii.repudium.flexus uiarum.

Diurium solutio uentris unius diei.

Diurnus na num adiectiua sūt diurna merces id est unius diei in diem diutina uero dicta ab eo ꝙ diu durauerint diuturna autem dicta a perpetuitate quasi æterna.

Diuus dicitur deus uel imperator:qui post mortem uelut deus habetur.

Diuus:diuinus.

Diusfidius filius iouis.

Diutius:a diu dictum ꝙ sit longo tempore.

Diuulgare publicare:omnibus notum facere.

Do id est dono:trado.concedo.Pris.do græce dr̄ didomi.

Do das dedi:dor non inuenitur quia est absonū sicut similia:sed dari uel date datus sum:datus est:dans daturus dandus dator datrix datio dapsilis datiuus datum componitur dono as cū suis.addo is:edo is.abdo is. dedo is pdo is indo idis.credo dis.subdo dis. condo dis.unde abscōdo dis.recōdo dis.reddo dis. circūdo as.pessundo as.uænūdo as uł uændo nā cū monosyllabis præpositionibus cōpositū do tertiæ fit cōiugatiōis:cū dissyllabis suā seruat coniugationē.Et hoc solū primæ cōiugationis uerbū a penultimā corripit.Do.n.in simplici ubiq; corripit̄ præter monosyllabum da:ut damus datis datur dabam dabo dare datus daturus:& quæ ex his fiunt dabamini datum datu dator.compōitur etiā dos dotis dapes discus seditō:cadauer.rudis ior.dextra oppidum gladius.cōmodo as.dens diuido is.

Docere monstrare instruere:inde doctor doctrix doctio doctrina doctrino as doctrinatus : doctus doctior simus.dogma dogmatizo zas : documentū:docilis docibilis:cōpōitur dedoceo edoceo predoceo indoceo condoceo idoctus:indocens doctiloquus doctiloquium.

Doceo & doceor passiuum actō iungitur:ut doceo grāmaticam.

Docilis qui facile docetur:docibilis uero qui facile discit.

Docilis qui doceri potest:est enim igeniosus ad discendum Tullius in rhetoricis ad herenium Nam docilis est ille qui attente uult audire.

Docticanus :qui docte canit.

Doctrina studiū honestarum rerum.uel artiū institutio præceptio.

Doctrinalis scientia dicitur:quæ abstractā cōsiderat quantitatem:abstracta enim quantitas dicitur ꝙ intellectu a materia sepamus uel ab aliis accidentibus : ut est par uel impar & alia huiusmodi:quæ in sola ratiocinatione tractamus cuius species sunt quattuor:arithmetica. musica.geometria.astronomia.

Documenta exempla similitudo.
Dodanim filius iauan: a quo rhodii.
Dodona oppidum epiri: ubi æs fabre funditur.
Dodona regio epiri. iuxta quam nemus est quer
cubus & glandibus abundans ioui consecra-
tum.
Dodone nes pro quercubus ponitur uel ioue.
Dodrans dodrantis masculinum ē: sicut hic qua
drans antis: quo nomine tres quælibet partes
nuncupantur: quarta remota: ut sunt. ix. ad tres
dicitur etiam dodrans: quasi quadrante dem-
ptus. quiq; sic scribitur. yy.
Dohec: diabolus. uel malum agens interpretat᷑.
Dogma decretum græce: inde dogmatizare.
Dogma a putando philosophi nominauerunt:
ut hoc puto esse bonū: hoc puto esse uerum.
Dogma doctrina.
Dogmatica propria consilii.
Doylos Δουλοσ græce seruus.
Dolabra dicta q̄ habeat duo labra. hæc & bipen-
nis dicitur.
Dolabra: ascia lapidaria. securis.
Doleo les dolitus dolor. doloro as: dolus dolosi
tas: componit᷑ condoleo les. subdolus.
Doleo illam rem & illa re dicimus.
Dolias græce dolose.
Dolor corporis inquietudo.
Dolones uaginæ: inter quas latet pugio sub ba-
culi specie. dolones tela abscōdita græce oxos
dicuntur id est acuta.
Dolo a fallendo dictus. habet enim in se latentē
pugionem.
Dolopes populus thessaliæ. pyrrhi milites fue-
runt.
Dolosus: insidiosus. dictus ab eo q̄ deludat: ut
enim decipiat occultam maliciam blandis ser
monibus ornat.
Dolus: occulta malitia l. blā. lis & sermōibus ador
nata.
Dolus sit animo: fraus circa fidem mutuam. insi
diæ loco uel telo.
Dolus est cum aliud agitur & aliud simulatur.
Doma tectum est uel atrium: quod non tegit᷑ ul᷑
spiraculum. do producitur.
Domata græci dicunt tecta: mœnia uel superio-
res domos.
Domare: mansuefacere. frangere.
Domo domas ui domitus actiuum est.
Domesticus d᷑ qui in una domo conuersatur.
Domesticus amicus: sodalis: familiaris.
Domicilium domus uel habitatio excellens cæ-
teras. turris celsior.
Dominus dictus q̄ domine᷑ creaturæ cunctæ.
Dominus per deriuationem dictus q̄ domui p̄
sit: uel quasi dans minas.
Dominicus dies proinde d᷑: quia in eo resurrecti
onis domini nostri gaudiū celebratur a chri
stianis.
Domix: proprium fluminis.
Dominor aris commune antiquitus.
Domini interpretatur sanguine.
Dominium. ius. tutela. potestas.
Domodos inferos: hospitia.
Domus deriuatur a græco Δομέω Δομῶ quod
est ædificare: in domos masculinū apud græ-
cos. hæc domus latine: inde domiciliū dome-
sticus: & domo as id est sub dominio facio: in
de dominor aris dn̄ator dominus: hinc aduer
bia in loco: domi. ad locum: domum. de loco
uel per locum: domo. diminutiuum domun-
cula.
Domus a domate ἀπὸ τοῦ Δώματοσ græ-
co id est tecto: hæc: domus huius domus uel
domi: & inuenitur per omnes casus secundæ
& quartæ declinationis absq; datiuo & ablati-
uo pluralibus.
Domus unius familiæ habitaculum est: sicut uni
us populi urbs. est autem domus familia ge-
nus seu coniunctio uiri & uxoris: & incipit a
duobus. Est autē græcum: nam græci doma-
ta tecta dicunt.
Dona: munera hominū: sacrificia præmia.
Dono as ui: actiū est: a quo donū donatus dona
tiuū: donatoriū: componit᷑ cōdono redono.
donaria proprie dicta: q̄ ibi dona reponantur
quæ in templis offerre consueuerunt. abusiue
etiam templa dicūr.
Donatio est cuiuslibet transactio: d᷑ autem quasi
doni actio: post quā dicūt dotem quasi do ne
præcedente enī in nuptiis donatione dos seq
tur: nam antiquis nuptiarum ritus erat: quo ma-
ritus & uxor se inuicem emebant: ne uideret᷑
uxor ancilla: inde est q̄ præcedente donatiōe
uiri: sequitur dos uxoris.
Donatistæ hæretici a donato quodam afro dicti
asserebat minorem patre filium & minorem fi
lio spiritum sanctum.
Donec: q̄diu: quoadusq;.
Donicum dicebant antiqui pro donec.
Donysa insula in mari ægæo.
Donum honorarium est munus debitum ut pa
trono. Item donum est dantis. munus accipi-
entis. donum deo: munus homini dat᷑.
Dor urbs fuit quondam potentissima: post ab
herode in honore cæsaris cæsarea dicitur.
Dor græce latine caprea dicitur.
Dorcas græce capreola præscium animal est di-
cta a dorco uerbo græco id est uideo quia acu
te uideat.
Dorcium: pulchra uisu interpretatur.
Dorcones: nudi uoratores.
Dorea siue dorica: una est ex linguis grecorum

quam habent ægyptii & syrii.
Doricon: ciuitas thessaliæ est.
Doris mater nereidum uel mare.
Doris fluuius siciliæ de quo Virg. Doris amara suam nō intermisceat undam. alter eiusdem nominis hipporegiam præterfluit.
Dorus quidam rex fuit: qui mersus in mare cum exercitu: unde mare doris dicitur: & exercitus eius nereides deæ.
Dorus neptuni & clypis filius fuit: unde dorii ps græciæ originem & nomen ducunt.
Dori nomen oppidi.
Dorius grauis sonus. in musica tonus.
Doris ciuitas in promontorio maleo.
Doricæ genus rotundarum columnarum.
Dorsum est a ceruice usq; ad renes dictum q sit i superficie durius & forte ad patiendum.
Dorsenus genus parasitorum.
Dosis græce datio.
Dosinipin græce da mihi bibere.
Dosin equus dictus q sit color eius de asino: ītē & cyreneus: agrestis generis sunt.
Dos dotis fœmininum est dicta quasi do item.
Dothayn defectio interpretatur.
Dotalis i. doti ascriptus.
Doxa græce gloria.
Draco serpens maior cunctis animātibus sine pedibus in speluncis requiescunt: & in aerem sustolli dicuntur.
Dracon dracontos græce declinatur: inde latine deriuatur draco: qui a speluncis tractus fertur in aerem: concitaturq; propter eum aer. est autem cristatus ore paruo & artis fistulis: uim autem non i dentibus sed in cauda habet.
Draco marinus aculeum in brachiis habet ad caudam spectantem.
Draconita uel draconitas gemma est ex capite draconis.
Dracontes gemma est. ex cerebro draconis euitur: quæ nisi uiuenti abscisa fuerit: non igemiscit: unde magi spgentes medicara gramia ut soporem capiant dormientibus dracōibus eā amputant. sunt autem candore trāslucido. usu earū orientales reges præcipue gloriant. Draconeta hærba dicta q sanguine draconis nata fertur: & esse draconi coloris: & flos eius ut lingua draconis. Siquis radicē huius hærbæ sanis confricet manibus: serpentes sine periculo prehendet: est autem terminaticiæ uirtutis si legatur mense Iulii Δαχρυοσ lachryma.
Drachma Δραγμα manipulus rapina.
Drachma Δραχμη octaua pars unciæ scrupulus tribus constat: hæc drachma huius drachmæ.
Drachma denarii genus uel certum pondus argenti. Drama græce latie fabula. hoc dramatis
Dramaticon uel misticō genus primum poematis græce: quod latine dicitur actiuum uel imitatiuum. Est autem genus dicendi: i quo nusq̄ poeta loquit: sed personæ introductæ tātū: drama enim græce latine fabula dr: sicut in prima ægloga bucolici est.
Draquili: manus inuidi.
Drepanum ciuitas non longe a monte eryce trāsi lybeum. dictum propter curuaturam littoris sui portus est.
Drepano græce dr falx: portus est: ubi uirilia cæli patris saturnus dr incidisse.
Dryades syluarū deæ ab arboribus dictæ.
Driogabaptes auis quæ in capite suo in modum galli cristam habet.
Dromedarius genus camelorum minor quidē sed uelocior: unde & nomen habet. Nam dromas græce cursus & uelocitas dicitur. centum & amplius milia uno die pergere solet: quod animal ruminat.
Dromedarius & dromas is idem. est animal minus camelo sed uelocius.
Dromedarii magri dromedariorum dici possunt.
Dromon græci cursum uocant.
Dromos: cursor græce.
Dromones sunt longæ & uelocissime naues.
Droselitus lapis uarius dictus: q si ad ignem applicetur sudorem mittit.
Druseo bellerum lingua mensis iulius.
Drusus patiens aut rigidus aut contumax.
Dualis geminus diuisus. a duo deriuatur. cōe est. Dualitas ide deriuari pōt: sicut qualis qualitas
Dubius quasi duas tenens uias dicitur inde dubietas deriuatur & dubito as uerbum neutrū & dubitabile.
Ducenti tæ ta dicti quasi bis centum.
Duco cis. xi. duc p duce facit impatiuum. ad differentiam. ablatiui dux cis.
Duco cis actiuū est: ide ductus. ductor. trix. ductilis. dux cis: cuius penultima breuiatur: licet duco producat.
Ducatus tus duco cas: ducto etiam ductas & ductito as: frequentatiua uerba. cōponit cōduco adduco: circum. ob. per. trans. uel traduco. ab. de. e. pro. in sub re. di seduco.
Ducere proprie est inter animalia quæ ire & duci possunt: portare uero quæ per se non eunt.
Ductile dictum q malleo producatur.
Ductus aquæ: aquæ decursus.
Dudum. olim. paulo ante: ātiquitus aduerbium temporis.
Dudum præteritum & futurum tempus significat dictum quasi diudum. Nam dum solet expletiua inueniri ut quidum agedum.
Duella dicta quasi duæ sextulæ. nam octo scrupulis constat: quæ sic scribitur. dd.
Duellio: rebellis. perditus. belligerator.

Duellum antea bellum dicebatur: quod duæ sint partes dimicantium: post mutata & d. tracta littera bellum dicitur.

Duere dare uincere.

Duit dedit.

Duent dabunt.

Dulcis: suauis: iocūdus amabilis. mitis misericors

Dulcis diminutiuū dulciculus la lum. hic & hæc dulcis & hoc dulce. dulcis cior simus. iter dulcedo dulceo ces dulcesco. dulcor ratus indulco cas. condulco cas: componitur dulciloquus dulcifluus & secundum quosdam indulgeo.

Dulcia dicuntur genera pistoru operis a sapoř sic nominata.

Dulcoratum: dulcedine repletum.

Duleusis seruitus: quæ & deo quantum oportet reddenda est & hominibus.

Dulia δουλία seruitus communis græce dicič idest deo uel hominibus uel naturæ: unde seruus dulos δουλοσ græce dicitur.

Dulichium insula: in qua regnauit laertes.

Dum: cum quoadusq; donec tantum.

Dum solet explentiua inueniri: ut agedum adesdū quidum. Inuenitur autem aduerbium temporis uel coniunctio causalis est quando ꝑ eina: εἰ μὴ coniunctione græca accipitur. Coniunctio uero subiūctiuo iūgitur cum necdum uel nondum aduerbium temporis est uel ductū.

Dumetum: ubi dumi idest spinæ nascantur.

Dumus spina: in qua nascitur mora syluestris id ē rubus.

Duumuir masculinum est: a uiro componitur.

Duumuir: qui super duos uiros. habet potestatē.

Dumtaxat sine præiudicio: tamen nanq; tantum

Dumtaxat componitur ex dum & taxat: aduerbium est quantitatis.

Duo uel duæ dicimus: quæ singularem non admittunt numerum: ut duæ epistolæ. bina neroquæ singularem numerum non admittunt ut bina castra arma.

Duo & ambo pluraliter secundæ declinationis. sunt in gtō & accusatiuo duorum amborum duos ambos: quāuis neutro dici soleat duum causa differentiæ: accusatiuus quoq; masculinus est. quando nominatiuo similis proferř: quomodo in neutro: ut duo uiros. Datiuos ablatiuos in bus in omni genere terminant.

Duodecim tabulæ dicuntur. quibus leges sunt a decem uiris inclusæ.

Duodeuiginti id est duo minus de. xx.

Duonus bonus.

Duplex duplicis duabus partibus constans generis omnis.

Duparis numerus est: cum minor bis in maiore numeratur: ut quattuor ad duo: ex hoc nascič symphonia diapason.

Duraconem græci dicunt nauim: quæ alio nomine triens dicitur.

Durachium Δυρραχιον est mons epiri: ubi est castrum quoddam petra dictum.

Duricia hærba galli crista.

Duro as actiuum: inde dureo eiusdem significationis. a quo duresco.

Durus rigus patiens difficilis. inde duricia.

Durare: pati. multum sufferre.

Dusios galli nominát dæmonas: qui assidue stu pri peragunt immunditiam. hi græce panitæ latine incubi dicuntur: iidem & pilosi. hos romani famosa ficarios dicunt.

Dusinum: incultum. dumosum.

Dux ducis commune dictus ꝙ sit ductor exercitus non tamen statim rex. in bello uero melius est dux nominari ꝗ rex.

e Præpositio est in compositione uel est priuatiuum: ut eneruis uel est intentiuum: ut enarro: uel pro extra ponitur: ut educo. præponitur b. d. g. l. m. n. r. u. & .i. consonantibus. Reliquis uero sequentibus ex præponitur: licet aliquando x. i f. uertatur. In quibusdam .s. aufertur: ut exequor.

Ea insula circes.

Eacides eaci nepos id est achilles.

Eacus pater pelei patris achillis: qui apud iferos iudex fieri dicitur meruisse.

Eale animal in india mouens cornua

Ean ἐὰν græce si causalem significat.

Ei εἰ uero si continuatiuum.

Eitenus eo usq;. caratione. hucusq;.

Ebdomades conceptiones: in aspiratis ponitur quæ fiunt in mente: quæ partim notæ sunt omnibus: ut si de æqualibus æqualia demas æqualia sunt quæ remanent. partim sapientibus tm̄ ut incorporea loco non esse. Hebdomades. i. conceptiones per b debent scribi. declinač uero hæc hebdomadas dis: & pluraliter hæ hebdomade. Hebdomada uero pro septimana ꝑme declinationis ē: & scribi debet t per p. Nā deriuatur ab hepta græco id est septem latine h in s mutata. Sed quia apud latinos p ante d non reperitur transit p in b secundum quosdam: & dicitur hebdomada. aspiratur hebdomas.

Ebenus arbor in india & æthiopia nascitur: quæ cæsa durescit in lapidem cuius lignum nigrū est: inde ebeninus.

Ebenus gemma speciosa & candida: qua aurum poliunt.

Eber nepos arphaxat:a quo hæbrei : interpretat' trásitus:eo q ab eius stirpe tráſierit deus tráslata gratia in gentes.

Ebestiś gēma speculi naturá habet i recentibus imaginibus:qq rutilet:experimétū eius est si ferméti aq stati addita refrigeret:aut si soli apposita aridá materiá accédat. Nascit' in corio.

Ebiones:pauperes.

Ebionitæ hæretici ab ebione dicti:uel a paupertate:christum enī prophetam solum uirū iustum putant effectum:unde bene a paupertate intelligentiæ dicti sunt.

Ebis:gurdus.

Ebor arbor imputribilis nigri coloris.

Ebur a barro id est elephanto dictum:elephanti dens est.

Eburneus nea neum de ebore.

Eccam:ecce eam.

Eccas ecce eas.uide uel aspice:quæ subaudiūtur: & in similibus pronomina sunt in accusatiuo tantum composita.

Ecatombeon teutorum lingua ianuarius mensis:aspiratur.

Echologus:excessus sermonis græce.

Ecce cum ostendis aduerbium est.

Ecere ecce:uel iurando per cererem.

Echineus patruus:ac semipedalis pisciculus:nomen sumpsit quod nauem adherendo retinet:hunc latini moram dicūt.

Echinus uas quoddam simile pisci.

Echinus a terrestri echino nomen traxit : quem uulgus ericium dicit:quia similiter aculeatus est spinis.

Echinus breuis pisciculus si præsenserit uim uētorum calculū ualidū accipit:a quo uelut ab anchora teneatur:ne a ui fluctuū excutiat' quod est iudiciū nautis futuræ perturbationis:fert' quoq; nauem tenere sicut anchora imobilem aliqdiu:quod tantū uirtutis nisi munere creatoris potuit suppetere.

Echiniaialia sunt parua:q̄ i littoribus gignūt': quorū caro minio similis é & dulcis:duplex testula spinis aculeata in modū castanearum.

Echinus iste terrenus:quem uulgo ericiū uocat: si quid insidiarū præsenserit spinis suis claudit' Idem etiá si quádo boreá flatuū coll'egent septentrionalé spirandi sibi uiam obstruit: quádo uero noti flatū sentit:ad septentrionem se confert:ut flatus declinet obuios.

Echidna serpens quidam uel pro cerebro.

Echinades insulæ dicuntur:quinq; sunt:quas fecit achelous.

Echion pater pentei gener cadmi:qui thebas cōstruxit.

Echidne gēma uipereas maculas exprimit.

Echios hærba dicta q capiti uiperæ semen eius simile sit:eadem é alchibiadia:folia habet longa.aspera.tenuissima.ipsa aspitas spinis puis similis:flores iter folia purpureos:radix pua & nigra:q̄ tr'ta & cū uino potata cōtra serpētiū morsum pdest uel añ uel postea. Est aūt una uis & hærbæ & seminis & radicis.

Echyra fabula q̄dam q̄ interpretat' iocus.

Echis ἔχεισ græce habes.

Echismos græce corruptella.

Ecclesia εκκλησια græce latine conuocatio dr: q omnes ad se uocet catholice:quod est uniuersaliter:nō enī sicut conuenticula hæreticorum aliquibus regionū partibus coartat' : sed per totū orbem dilatata diffunditur.

Ecclesiastes græce hebraice dicit' coeleth : latine concionator dicitur:idest salomon eo q sermo eius non specialiter ad unum sicut in prouerbiis:sed ad uniuersos generalit' dirigatur.

Ecclesiastes proprie concionator dicitur. In concione uero sentētia promitur p quam tumultuosa seditio comprimat'. Et cum multi diuersa sentiant per cōcionantis rōnem ad uná sententia pducunt'. Hic ergo liber idcirco cōcionator dr:quia salomon i eo quasi tumultuantis turbæ suscepit sensum:ut ea per inquisitionem dicat:q̄ fortasse p tētationé iperita mens sentiat. Ná quæ sentētias quasi p inquisitionem monet:quasi tot i se psonas diuersorū suscepit. Sed cōcionalit' uerax uelut extensa manu oīum tumultus sedat.eosq; ad uná sententiam reuocat:cū in eiusdé libri termino ait: finem loquēdi oēs pariter audiamus. Deum time & mandata eius obserua:hoc est ois hō. Si enī in libro eodé per locutioné suam multorū personas nō susceperat:cur audiendi finé secū pariter admonebat. Qui ergo i fine libri dicit omnes pariter audiamus. Ipse sibi testis est:q in se multorū psonas suscipiés quasi solus locutus nō est:unde & alia sunt:q̄ i eodé libro p inqsitionem mouentur:atq; alia quæ p rōnem satisfaciunt:alia q̄ ex tentati profert animo:atq; adhuc huius mūdi delectationibus dediti:alia uero i quibus ea q̄ rōnis sunt differát:atq; animum delectatiōe cōpescant.

Ecclesiasticū librum certissime iesus filius syrach nepos ihū sacerdotis magni hierosolymita cōposuit:qui liber apud latinos propter eloquii similitudiné Salomonis titulo prænotat': dictus aūt ecclesiasticus: quia de de ecclesiæ totius disciplina religiosæ conuersatiōis magna cura sit editus & rōne:hic aūt apud hebræos reperit':sed inter apocryphos habetur.

Ecclesiazo εκκλησιάζω concionor græce.

Eclipsis é defectus neccessaria dictiōis:ut hæc secum deest enī loq̄bat':quære me i Eg.

Echo uox aeris uel sonus in sylua uel in cauernis

resonans.

Echones: sacerdotes rustici.

Ecor sine corde uel consilio: alienus eiectus.

Ecquando. aliquando: ecce aliquando.

Ecquid en aliquid.

Ecquis en aliqui: ecce quis.

Ecthasis extensio syllabæ contra naturam: ut Italiã fato profugus: cum corripi prima debeat.

Ecthetha pibolus.

Ectos ἐκτὸς græce extra pris.

Ectologus excessus sermonis græcum est.

Ecudere: fabricare. excutere.

Equuleus paruus equus uel tormentũ quoddã dictum q extendat.

Eccum. componitur ecce eum.

Eccos: ecce eos.

Exda uorator insatiabilis. ab edendo.

Eda basterna.

Aedes omne ædificium: quidam uero dicunt qđ ad edendum sit factum: unde & dr. unde ædicula id est domuncula: inde ædiles dicuntur q ædibus præsunt.

Edepol per ædem pollucis. aduerbiũ iurandi.

Edentare: dentes excutere.

Edentulus: sine dentibus.

Edi ab edendo dicti: praui. n. pinguissimi sunt & iocundi saporis.

Edi sunt stellæ in sinistro humero aurigæ. quarũ occasus tempestate sequunť.

Edicere: imperare. præcipere. monere. extra dicere publicare: inde edicta: publicata.

Edicomatus eiectus.

Edictum: imperiale præceptum: qđ rex uel imperator edicit.

Edicta magistratuum sunt: quæ prætores urbani uel peregrini uel ædiles curiales scilicet prætores iura dixerunt.

Aedificium dici putatur: q fuerit prius ad edendum factum.

Aedificare: edes facere: i altũ edere. uel cõponere.

Aedificatio: noua constructio.

Aedis singulariter templũ dr. pluraliter ædes domos uel munitiones ciuitatis significat: inde dr ædilis custos templi. idem & æditutus: & illa res ædilitas dicitur.

Aedilicius qui ex ædile scriba est.

Aedilis custos ædificii id est capitolii. pris. dignitatis nomen est ad uiros ptinentis ideoq masculinũ est. ab æde melius per æ scribuntur.

Edissa urbs mesopotamiæ: quã cõdidit Nẽbroth filius chus: quæ ante dicta est areth post uerso nomine a seleuco rege dicta est seleucia.

Edipnia: difficultas anhel[illegible].

Edissero ris: narro expono.

Editicius iudex: quem una pars eligit.

Editio: expositio. ab edo is quasi extra datio.

Editus: ianitor. custos edis. unde & dicitur.

Edo es est inæquale significat comedo & facit pteritum edi.

Edo dis æquale est uerbum: compoňť ex e & do significat parturio uel compono uľ formo. inde editus editio.

Edit: profert. parit. facit orationem. manifestat. inde editum id est sublime elatum altum.

Editus: natus genitus.

Educo: manduco. consumo: inde edax & edulũ & edulus id est comestor. & edacitas id est uoracitas. & esca.

Edo es est cã differentiæ facit. in plurali nũ numero seruat regulã tertiæ cõiugatõis edimus editis edũt: similiter in pťo impfecto edebã bas bat: & plr edebamus batis bãt: & i futuro edã edes edet & edemus tis dẽt: & i oĩbus q solẽt in hac cõiugatione a prima nasci psona: hoc ẽ in tertia psona iperatiui edat: & in futuro optatiui: qđ est subiunctiui præsẽs. edã das dat. In oĩbus uero quæ solẽt a secũda persona nasci. corruptam inuenies regulã: es tñ quã a secunda psona accipiũt: producta ubiq seruať. Es ẽ este esto estote. Edo es est edimus editis edũt edebã bas bat edebamus batis bant. edi edisti edit edimus edistis ederũt uel edere. Ederã ras rat ederamus ratis ederãt. edam edes edet edemus edetis edẽt. Imperatiuo modo ede edit edemus este edãt. futuro esto tu esto ille edamus estote edũto. Optatiuo utinam essem esses esset: essemus essetis essent. præterito utinã edissẽ ses set: edissemus setis sent. Futuro utinã edam edas edat: edamus edatis edãt. Coniunctiuo cũ edã edas edat: edamus edatis edãt. præterito iperfecto cũ essem esses esset: essemus essetis sent pterito pfecto cũ ederim ris rit. ederimus ritis rit: præterito plusq perfecto cũ edissẽ ses set: edissemus setis sent. Futuro cũ edero ris rit ederimus ritis rit. Infininitiuo modo esse edisse edendi do dum. Supina esum uľ estũ usus exigit. Nam adesus ambesus comestus i compositis repitur: uetustissimi tam edo edis dicebant. penultimam corripit.

Edoea neretra græce pľt.

Edom filius esau: a quo idumei. interpretať terrenus uel sanguineus.

Edom seyr Idume esau una gens nominať.

Educare: enutrire. instruere. eligere.

Educere protrahere. eruere. subuertere.

Edulum ab edendo dictum quasi prægustatiua comestio.

Edulia cibi alimenta, apta ad manducandum.

Edurus. satis durus.

Effa interpretatur resolutio uel effundens est aũt regio in prouincia sabba.

Effari: loqui.

Effatus:extra uel aperte locutus.
Effari:uane loqui.alii effundere dicũt.
Efebus adolescens imberbis a febo dictus.id est sine calore imo ꝙ sit ad ηβην heben id ē ad pubertatem.
Effectus:lassatus.fatigatus.fractus sine affectu.languidus.
Effectus:perfectus.ab efficio cis deriuatur.
Effectus tus uel effectio:id est perfectio:uel ꝙ a causa efficitur:ut dies est effectus solis.
Efemera:simplex febris.
Ephemeris græce unius diei gestio.hæc apud nos diurnum uel diariũ uocatur.
Ephemerides libri:quibus quottidiani actus scribi solent.
Effoeminare:emolire.quasi foemiuam facere.
Effoeminatus:quasi foemina factus.
Effera ferinæ mentis.aspera.sterilis.
Efferor aris efferatus.mente ferina effectus.sine ratione immissus.
Effero:profero.lacero.superbio.
Ephesus urbs quã amazones condiderũt ĩ asia:interpretatᷣ uoluntas mea uel consiliũ.
Effecta quod est adaperire.uacuare.
Effoeta:sine foetu sterilis longeua dicta ꝙ sit frequenter foetu excussa.
Effoetus:exhaustus.uacuatus.
Ephexegis:explanatio superioris sermõis.exaggeratio.ut serpens res mortifera.
Ephialtes græce:latine incubus:fit antẽ hoc passio graui & ĩsolito somno suppressis:ita ut ꝑfocari se putẽt:aut aliquẽ sibi irruisseq eis corpus exanimare cõtendat:si aũt dormierit supinus plus suffocatᷣ:unde incubus dicta est amentis atq; sensus icubatiõe.Fit aũt hæc passio uᷝ plenitudine nimia cibi siue potus uel ex inanitate uel ex abundantia sanguinis.
Efficacia:perfectio.agilitas.
Efficax cis componitur effectus rapax qui facile potest implere quod uult.
Efficax effector uel uelox dictus ꝙ nullam difficultatem habeat in qualibet re facienda.
Efficere:perficere.leuiter implere.
Effidatus:perterritus.
Effigies:imago.forma.simulacrum.
Effigiare:formare.
Effine ẽ quotiẽs ĩ eodẽ sensu diutius ĩmoramur:ut cui bono inimicus nõ fuit.Quãdo ãt nõ accusauit aliquẽ aut uerberauit aut prodidit.
Effingere:assimilare:adumbrare.
Ephippia equoꝝ fræni sauine uel pectoralia.
Efflagitare:expostulare.
Efflare:spirare.
Effluere:largiter fluere.
Effnei:hæretici iudæoꝝ:dicũt ipsum esse christũ q docuit illos omnem abstinentiam.

Effodere.e terra aliquid eruere.
Effossus de terra cauatus.terebratus.perforatus.
Effoth uestis sacerdotalis:q̃ superhumerale appellatᷣ.Est aũt in caracallæ modũ sed sine cucullo.Huius uestimẽti duo sunt genera.unũ lineũ & simplex:qđ sacerdos habebat:alterũ diuersis coloribus auro gẽmisq; cõtextũ:quo soli põtifices utebãtᷣ:iterp̃tatᷣ ãt latine palliũ.
Effraim filius ioseph: interpretatur fructificatio uel augmentũ.
Effrata ex hebræo speculũ interpretatur:quod ẽ figura.
Effrata:ciuitas bethleem uel regio.
Effren:interpretatᷣ fructificatio pro duabus tribubus leui & ioseph.
Effrenatus dictus ꝙ præceps & ꝓnus & sine freno rationis sit.
Effrenis:sine freno.
Effugere:uitare.inde effugium id est effectus fugæ;
Effula:urbs est.
Effuncare:radicitus eruere.
Effutire.foras mittere.sicut garruli inepte loq.
Effutio tis:foras aliqd effundere sine effectu.
Egi græce:latine capra:inde ægis ægidis captia pellis.
Egetor ηγητωρ græce hortator & dux.
Egemon ηγημωρ græce dux.
Egemonicos ηγημωρικοσ q cæteris eminet.
Egenus.inops.pauper.sine gente & genere indigens.
Egenus:ualde pauper.
Aegæon:deus quidam marinus.
Aeger:animo tristis.
Aegrotus uero corpore ĩfirmus.
Egerare:spernere.detestari.
Egerate:execrate.
Egerere:euomere.uel p anũ emittere.
Egere:præteritum de ago agis egi.duxere.compullere.tulere.
Aegeria nympha fuit cui consecratus ẽ fons eodem nomine dictus sic etiam nemus
Egromai ἐγείρομαι græce uerbum id est surgo:inde εγερσεωσ liber id est resurrectionũ uel ascensionum.
Egeo illius rei & illa re dicimus.
Egere:ĩdigere.paupertatem pati.necessaria non habere.
Egestuosus:miseriis oppressus.
Aegeum mare inter tenedum & chium saxum ẽ ĩ mari potius q̃ insula:quod uidentibus ꝓcul capræ simile uidetur.
Aegeus pater thesei.quẽ ĩ mare se ꝓiecisse dicũt.
Egiale:una gratiarũ pulchritudo ĩterpretatᷣ.
Egilopiũ uulnus qđ ĩtra oculũ nascitᷣ.
Eγγισ græce:iuxta aduerbium latine:

Aegis ægidis fœmininum scutum palladis de coriis capræ. Nam æga græci latine caprā dicunt aut lorica aut forulus loricæ. Est etiā scutū louis de quo Virgilius ægiola concuteret.

Εκλειψις solis est quotiens luna.xxx.ad eandē lineam: qua sol uehitur pcurrit: quæ se obiiciēs solem obscurat eclipsis lunæ est quotiēs ī umbram terræ luna incurrit nō enim suum lumē habere: sed a sole illuminari putatur. unde & defectū patitur si inter ipsam & solem umbra terræ interueniat. patitur autem hoc.xv. luna eousq quādiu centrum atq umbram obstantis terræ exeat: uideaturq a sole.

Eglysim. id est angustias.

Aeglogæ excepta testimonia.

Aegloga dicitur quasi interlocutio dramatica.

Aegloga dicitur quasi ægaloga. æg. n. græce capram. logon sermonem de capris uel quasi de rusticis & uilioribus rebus dicunt.

Aegophthalmus gemma occulo caprio similis.

Aegones: sacerdotes rustici.

Aegonus collis quirinalis.

Ego εγώ græce: latine.

Egregius: nobilis. electus quasi extra gregē maximus. præcipuus. eximuis.

Egredior ris egressus. id est de loco ad locū exire.

Aegre: difficulter.

Aegreo gres. inde ægresco.

Aegrimonia: tristitia.

Aegritudo in animo. ægrotatio uero in corpore.

Aegrotare: infirmari. neutrum est.

Aegrotatius: qui frequenter infirmatur.

Eguit p̄t̄m de egeo es mendicauit.

Eyele. i. qui est nomen dei apud hebræos.

Ei interiectio dolentis unius syllabæ.

Ei datiuus cum deberet minui syllaba una a g̅to sicut omnia in ius facientia g̅t̄m: per dieresim pfertur causa differentiæ ei interiectionis. Sic igitur ei eidem eisdem per diæresim.

Ei si græce si.

Eia age id est propera.

Eiicere: euellere. educere. prouocare.

Eielios byzantinoꝝ lingua martius mensis.

Eiectus ab eiicio cis. idest expulsus.

Eigenia ευγένεια græce ingenuitas.

Eumenes ευμενης græce beniuolus.

Eiphnh citene. græce pax.

Eisebes ευσεβης græce plus.

Euilath indiæ regio sic dicta ꝙ possessa sit ab euila filio iectan post diluuium.

Eiulatus: ploratus. lamentatio. ab ei interiectione dolentis.

Eiulare: plorare alta uoce.

El deus uel fortis: quod nulla infirmitate opprimat᷑. est autem apud hebræos p̄mū dei nom̄. Secundum eloy. Tertium eloe.

Elabi: decurrere. effugere.

Elactare: a lacte tollere.

Elactuarium dictum ꝙ molle sorbeatur.

Elaphebolion teucrum lingua mensis augustus.

Elaphus græce ceruus.

Elam porticus.

Elamite: persæ. ab elam filio sem.

Elanguere: desluere. cessare. abolitum esse.

Elasis græce agitatio. bene ergo elasius agitator.

Elatus: superbus.

Elatio iactatio: confidentia.

Elatæ palmaꝝ folia: quæ sursum eleuātur. nec pēdent deorsum: sicut aliaꝝ arborum.

Elatæ palmaꝝ sunt productiores rami & excellētiores: interdum aurei coloris crispantes & ad excelsa semper tendentes: nunq̄ uirorem amittunt. quidam elatas abietes dicunt.

Elbidus ab elbo colore dictus: elbum. n. est medius color inter nigrū & albū. ab albo dicitur.

Elbidæ uuæ a colore dictæ: quæ uariæ dr̄.

Eleosis græce stomachi exulceratio.

Elæa græce oliua

Eleacii nomen gentis: nunc dicunt᷑ sequanii.

Eleatici ab elisan filio iuuan. græci dicti sunt: uñ & helisei. post uero eoles dicti sunt.

Eleazar interpretatur dei adiutorium.

Ellebonum circa eleborum fluuium plurimum. nascitur: unde & nomīatur. quod ueratrum dicunt romani. hærbæ genus.

Ellebonis pabulū nocens esteesca tñ coturnicum fit: & plærunq temperat᷑ ad salutem hominis

Electat: ructat.

Electra: genus arborum. succina.

Electrum dictum ꝙ ad radiū solis clarius auro reluceat. Sol enim a poetis electrō dr̄. huius metalli natura est: ut ad lumina clarius cunctis metallis fulgeat & uenenum pdat. Nam si illud īfundas ueneno: stridorem edit: & colores uarios emittit.

Electri tria sunt genera. unum quod fit permixtis tribus partibus auri & una argenti. hoc præciosius. aliud est succinum: quod sudat de arboribus pini: q̄ electrinæ dicuntur: fert᷑ quoq tertium naturale electrū uulgo uero asmaltū dr̄.

Electria gemma dicta quasi electa: in uentriculis enim galli inuenitur.

Electus: splendidus. excelsus. ex aliis electus. ab eligor eris deriuatur: ūde electio dū quidlibet ex multis eligitur.

Elegans: egregius. decens nobilis.

Eleganter: urbane.

Elegantia: excellentia. ab eligo. gis.

Elegi: netsus miserorum.

Elegiacum dictum modulatio eiusdē carminis miseris conueniat quod metrum constat prio uersu heroico: secundo prima pētimemeri he-

roica:secunda dactilica.ut Carmina qui quondam studio florente peregi. Flebilis heu mæstos cogor inire modos.

Elegos:castigatio.

Eleison græce miserere.

Elementum dicitur uniuscuiusq; rei initium. a quo sumit incrementum & in quo resoluitur. dictum quasi eleuamentum.

Eleinos ἐλεεινὸς & ἐλεημων græce misericors inde elemosyna græce misericordia.

Elenchitos: titulus libri cuiusdam Aristotelis Elenchos ἔλεγχος redargutio est. Elenchos etiã uocamus lapides in superficie ornamenti: qa illud illuminant.

Elæon Τὸν ἐλαιῶν græce oliuarum.

Elephantum draco ligat: cuius ruina mors est uictoris: uterq; n. certat: draco ut alliget: pedem quo sibi noceret: elephas ne pes posterior ne pede aut calle capiatur. s. angusto. aut sequẽtis non habeat auxilium Ambro.

Elephas a magnitudie corporis dici a græcis putatur. græce enim elephos mons dicitur. apud indos uero a uoce barrho uocatur. uox eius barrhitus dicitur: & dentes eius ebur: rostrum eius promuscida: quoniam illo pabula ori admonet: hos boues lucas dixerunt antiqui romani: boues quia cunctis animantibus grandiores uidebantur: lucas quia in lucania pyrrhus primo obiecit romanis: intellectu & memoria uigent. ccc. annos uiuunt.

Elephas græce latine hic elephas elephantis & elefantus ti a genitiuo græco elephantos: sed pluraliter tm̃ est secunde declinationis.

Elephas miræ castitatis creditur ita ut si perdiderit coniugẽ nulli copuletur. Inter syluas solus commoratur.

Elephas significat immanem peccatorem.

Elephantia genus serpentis elephãtia lepra. morbus dcã a similitudie elephãtis: qa sicut ille oibus aialibus: ita h̃ oibus passióibus maior sit.

Elessior: falsus laudator.

Elespontia est una de decem sibyllis ĩ agro troiano: quæ scribitur solonis & cyri fuisse tpibus.

Elesmoth hebraice: exodus græce.

Eleterra genus hærbæ.

Eleugata: purificata.

Eleusinum: oppidum atticæ prouinciæ.

Eleusis uel eleusin proprium loci.

Eleuteros græce liber liberi adiectiuum.

Eliaci græce dicuntur gyria conuenienti rigore errantes.

Elia añ dcã ab elio adriáo q̃ nũc hierosolyma dr̃.

Elias interpretat' deus meus: qui dũ in sacrificio altercaret' cũ quadringentis sacerdotibus baal inuocato nomine domini descendit de cælo ignis super holocaustum: quod cũ uidisset omnis populus cecidit in faciem suam & ait: dominus ipse est deus: ex hac igitur causa tale prius sortitus est nomẽ: quia per eum post cognouit populus dominum deũ: ipse & fortis dominus iterpretat': quia eosdem interfecit.

Eliachia iterpretatur dei resurrectio.

Eliceaursa maior.

Elicere: pducere. extrahere. solicitare euocare.

Elices sulci in manbus p quos aquæ eliciuntur

Eliconia ipsa est boetia ab elicone monte musis consecrato.

Elidæ dñr græci ab elide ciuitate græciæ

Elidere: excutere. tentare.

Elifac domini cõrẽptus uel deus meus me dispersit.

Elegere de multis extrahere. præponere.

Eliminare: extra limen eicere. efferre.

Eliuguis: mutus. balbus quasi sine lingua.

Elion. quintum apud hebræos dei nomen dr̃. & interpretatur excelsus.

Elipsis: collisio consonantium cum uocalibus aspere concurrentium: ut multum ille & terris iactatus & alto.

Eliquata: purgata aperta manifesta.

Eliquare declarare.

Elis elidis ciuitas est arcadiæ: in qua agitabatur currule certamen.

Elisa propium nomen didonis tyrium nomen est: latine dr̃ uirago.

Elisa filius iuuan a quo græci elisæi uocantur

Elysæus domini filius interpretatur: quia multas uirtutes fecit & famẽ pellens populũ a morte liberauit.

Elisabeth interpretatur dei mei saturitas

Elisus: repulsus inflictus.

Elisum: oppidum hetruriæ.

Elisii campi apud inferos sunt: ubi piorum animæ post corporis animæq; discretionẽ habitant dicti ἀπὸ τῆς λύσεως idest solutiõe iter aiam & corpus: qd' scd'm poetas in medio ẽ inferoꝝ suis felicitatibus plenũ: scd'm philosophos insulæ fortunatæ scd'm theologos iuxta lunarẽ circulũ ubi iam purior ẽ aer.

Elius: bacchus uocatur.

Elyxum quod i aqua solum decoquitur: lyxa enim aqua dr̃ eo q' sit soluta: unde membra loco mota luxa dicuntur.

Eloga initium exordium.

Elogia: laudes enucleatæ: summatimq; collectæ seu archana uel mysteria dei: uel carmina uel criminalia mala.

Elogium: hereditas in malo ordo criminum: titulus cuius liber rei prouerbium: prosapia eloquium fama ignominia. diuinũ responsum

Elomi interpretatur anetantes.

Eloquens: facundus. disertus. oratoris est

Elocutio unius uerbi uel sententiæ:eloquẽtia uero multorum.
Eloqui.expedite loqui.
Elpis ελπισ græce spes:propriũ cuiusdam sanctæ fœminæ Mediolanẽsis & martyriũ passæ
Eluctabile:expugnabile:quod uinci potest.
Elucubratũ:euigilatũ.elaboratum.
Elucubre:lucidum.
Elucius:aquarius.
Eluere:purgare.lauare.
Eluidius hæreticus:qui dixit matrem domini q̃tuor habuisse filios.q dicti sunt fratres domini & filias.
Elumbis:sine lumbis.debilis.
Eluo:luxuriosus.prodigus.glutto.ambro .uorax
Eluo qui sua superflue dispendit a luo luis.
Eluuies:uorago.liquor lacunæ fossæ:sordes domus.
Eluuio:diluuium.
Emathis uel emathia:quæ & thessalia ab Aemathio rege.
Emacitas:emendi auiditas.uel macritudo.
Eman interpretat̃ accipiẽs uel fortitudo eorũ.
Emanare:ebullire.procedere.
Emancipare iuris proprii dñm cõstituere q̃si extra manũ id est extra potestatẽ suã facere.
Emanuel hebraice interpretat̃ nobiscum deus significat:q͂a per uirginem natus deus homini bus in carne mortalis apparuit.
Emarceo ces emarcui id est lãgueo.
Emathia a noĩe emathionis regis dicta: post uero macedones.
Emathites.lapis sanguineus:unde & dicit̃.
Emaus proprium castelli:quod post nicopolis ẽ dictum.
Emax tenuis.macer:uel q amat aliquid emere.
Embadium area dicit̃ græce quando a circũposita terra segregatur.
Embolismus græce superaugmẽtũ dicit̃:eo ꝙ expleat numerũ annorũ cõmuniũ.q annus.xiii. lunares mẽses habet id est.ccclxxiii.dies.
Embroce:fomentatio græce.
Emblema superabũdantia uel obscuritas: quod celatur.
Emdolandola.
Emembris:sine membris.
Emendare.castigare.& corrigere.
Ememor:oblitus.
Emensus est:perambulauit.ab emetior tiris.
Emẽtior cõe antiquitus.ualde mentior.
Emere.ex alieno meũ facere:id est dare suum & accipere alienum.
Emo emis emptor emptrix emptio. empticius cia cium:componitur redemptor redimo adimo perimo:interimo.
Emergere:extra uenire.exurgere.
Emeritus:ualde meritus.
Emerinos græce circulus brumalis q nobis hyemem facit.
Emerita.arma mẽdicia.
Emerita:ciuitas quã postq̃ cæsar ædificauit: ueteranos ibi constituit.
Emeriti:milites ueterani:qui iam soluti a militia sunt.
Emeteros græce noster.
Emicare:præfulgere.exilire.exultare
Emicadiũ:uas olearium.
Emigrare uel transmigrar̃ de loco ad locũ transire.absolute.uel ad accusatiuũ transiens.
Emigranius:uermis capitis.
Eminet:præcellit.altum est.
Emineo emines nui.
Eminens sculptura naturalis color.
Emina appẽdit libram unam:quæ geminata sextarium facit:habet drachmas centũ.
Eminiscitur:in memoria reducit.
Eminiculæ:eminentes in memoriã.
Emin:horribiles uel terribiles gigantes.
Eminus:procul:ex interuallo:id est longius.
Eminus:proxime.non longe.prope.
Emissarius:flagitiosus.satelles.homicida.
Emissarius equus:qui ad equas mittitur.
Emissus dicitur ceruus quando ceruam sequit̃.
Emistis:species poculi:uno spiritu bibit̃.
Emites:lapis eboris:porus etiam uocatur.
Emonia & emonides gẽus.i.malefica i thessalia.
Emolire:acquirere.
Emolumentũ fructus laboris:acq̃sitio cuiuscũq rei.
Emoptoys effusio sanguinis per ora.
Emoptoyce:qui sanguinem emittũt.
Aemarogus:qui sanguinem per urinam faciũt.
Aemoris:fluxus sanguinis.
Aemorois:aspis nominat̃ ꝙ quicquid ab ea percussum fuerit dissolutis uenis per sanguinem emorit̃:hæc æmorois genus serpentis alia q̃ aspis:cuius cruor a percusso statim fluit.
Emori:ex parte uel pro ual de dicit̃.
Emos græce meus.pris.
Emphasis exaggeratio quæ paulatim uel gradatim crescit.
Empiria:experientia.
Empedocles philosophus quidam fuit q dum inuestigare contenderet loca æthnæ montis cadens in igneam foueam igne consumptus est unde empedocleus casus dicunt
Emphici dr̃r hi quibus collectio facta ĩ pulmõe siue thorace:& crepuerit & fouauerit idẽ sunt saniosi
Empyrũ ĩtellectuale cælũ id est ignis ἐμπυρ ignitus.
Empyria ignea.

Emperici medici: qui solam sectant experientiam.
Emphis: terroribus. conuicis.
Emphythefeos perpetuus cõtractus. cõmutatio
Empos: impatiens. amens.
Emporia græce latine mercatus.
Emporium: locus super mare: ubi negociatores exercentur.
Emporitica genus chartæ: in qua merces inuoluũtur: unde & dr. non scribitur.
Emptio & uænditio rerũ cõmutatio atq contractus ex conuenientia ueniens.
Empticius emptus seruus mollis conducticius.
Aemulari: significat amare. inuidere. sequi. studium habere.
Aemulus: simulator. imitator. inuidus. oblactãs.
Aemulor aris a quo æmulus la lũ æmulator mixtio. cum accipitur pro inuidere cõponit ex e & imolo. cũ uero p psequi quasi extra molere.
Emunctoria sunt forfices ad emungendas lucernas.
Emusilis rex auidus in auspiciis.
En cum ostendis. ecce aduerbium demõstrandi.
En pro an ne.
En ἐν græce pro in uel inter.
Ena coniunctio græca. id est dum.
Enas unitas: quæ secũdũ simplicitatem nominatur. Omne. n. quod simplex est: unum ẽ. Nõ autẽ oẽ quod unũ est: simplex est: qm̃ & unũ collectione dr. & unũ cõpositione: & unum similitudine: quæ omnia quia non totũ quod sũt: unũ sunt. uere unũ non sunt: sed unitatis nomen similitudine tm̃ mutuant: non proprietate. Monas enim unitas est: sed quasi secũdũ discretionem dicitur.
Enachim: stirps enach gigantum.
Enam uel enan interpretatur fontes.
Enagosis signum: hercules dr̃ cum dracone pugnans.
Enna proprium inde ennensis.
Ennagona id est nouem angulorũ. Nam ennea græce nouem: gonia γωνία angulus.
Enare: extra natare.
Enarmonicum: genus musicæ dulce.
Enantion ἐναντίον græce ante & contra significat.
Encheladus quidam gigas: qui sub æthna ignẽ uomere dicitur.
Encenia: initia. uel noui templi dedicationes.
Encenniare: nouum induere aliquid.
Encetegna maciola lignea: qua amphora tenetr
Enchiridion liber dictus q manu astringatur: dũ plurima continet.
Encliticon: inclinatiuum: ut q dixitq.
Encratite continentes.
Endeca syllabi: uersus undecim. syllaborũ.
Endeca græce undecim.

Endees ἐνδεής græce egens.
Endexia græce ad dexteram.
Endia ἔνδεια græce indigentia.
Endelechia secũdũ calcidiũ pfecta ætas. quasi entos lechia id est intima ætas: secũdũ aristotelẽ perfectio absoluta secũdũ platonẽ aĩa mũdi.
Endiadis figura: cum duo diuersa nomia in unã conuenientiam: coniunguntur: ut in partẽ & prædam. pro in partem predæ.
Endon ἔνδον intus.
Endogetum: indegestum.
Endogenia: naturaliter amæna.
Endoplorato: implorato.
Endongyum: initum
Endromys uestis est uillosa fortis hyemalis: qua philosophi utuntur.
Enea græce nouem. hinc eneaphthongon id est nouem soni.
Eneados hellinum lingua nouembris mensis.
Eneas siciliæ montes.
Enences ἐνεγκῆς græce inducas.
Enema: græce relaxatio.
Energia græce agilitas.
Energus: agilis.
Energia: imaginatio. actum rei incorporalis. oculis subministrans.
Energia rerum gestarum aut quasi gestarum sub oculis inductio.
Energumini dæmoniaci.
Energumini sunt qui contempta catholica doctrina operationes diabolicas imitantur.
Eneco cas cui & enecaui: enectus & enecatus id ẽ strangulatus.
Eneruare: debilitare.
Eneruatus: sine fortitudine. exulceratus.
Eneruis sine neruo. i. sine uirtute.
Emphaticos: exaggeratiue.
Enfiteari: negare.
Enfasis exaggeratio latiorẽ præbens intellectum figura est.
Enfireucus: quod ex ficis bonis apparentibus accipitur.
Enphrasis obclusio pori alicuius uel membri necessarii ac uitalis.
Engaddi locus ubi finitur mare mortuũ: interpretatur hebraice fons id ẽ baptismus uel oculus hædi aut uitulorũ.
Engallim uero in principio ẽ eiusdem maris ubi iordanis ingreditur: sed eandem habet interpretationem.
Engriphii azimi panes. i. subcinericii.
Eniautos ἐνιαυτός græce annus.
Enica: adultera.
Enydros coluber bestiola dicta q in aquis uersetr aqua enim græce hydros dicitur.
Enydius gẽma aqui exudans.

Aenygma:obscuriloquiū:obscura intelligentia.
Aenygma:q̄stio obscura:que difficile intelligitur nisi aperiat̄:& est tm̄ sensus obscuritatis: allegoriæ uero uis gemina est sicut Isaac ductus ad sacrificiū:significat humilem christū. Cum uero dicimus de comedēte exiuit cibus significat tm̄ de ore leonis fauum extractū.
Aenygmastita dicit̄ qui figuraliter uel obscure loquutur.
Enygameū:genus masculinū.
Enim cū sit coniūctio causalis γαρ significat:ut cole pudiciciam. Est eni fundamentū uirtutū est cōplectiua:cū δε græcā coniunctionē significat:ut sedeni. Inuenit̄ pro affirmatiua & maxime præpositiua:ut eni non sinam. Eteni uero dauc:similiter nam. Eniuero cōponit̄ ex eni & uero acuitur in penultima.
Eniochus:auriga dicitur.
Enipheus fluuius thessaliæ ab othry monte defluens.
Enipnion græce:insomnium latine.
Enipsistis:in excelsis.
Enitere:splendere.micare.fulgere.
Enitesco:claresco.
Eniti:conari.elaborare.generis deponentis.
Enixa:conata.ad efficiendum aliquid: uel partu liberata.
Enixius:districtius manifestius.
Enimeles canora uox modis & numeris composita.
Enoch interpretat̄ ædificatio:uel dedicatio. Ipius eni nomine ciuitatē ædificauit cain.
Enochilis:piscis stagneus.id est anguilla.
Enodare:de nodo tollere.declarare.planū facere
Enodis:sine nodo.
Enomat:cū dicitur:quod continet cōmunē nononem:ut homo ē qui rationabilitate uiget: & supponitur rationi.
Enoean εννοιας notionem dicūt græci.
Enno fons interpretatur.
Enosigeus cognomen neptuni quasi cōcitans.
Enormis:ingens sine mensura:uel forma cui nihil addi minui ue potest.
Enos iuxta ppriæ linguæ uarietatem homo uel uir dicit̄.p eo q̄ ipse fuit initiū nomen domini inuemendi:plærique arbitrabant̄ q̄ tūc primum in nomine domini & similitudine eius fabricassent idola.
Enos latine dicit̄ locus.
Emoerica experientissima hæresis: quæ inuenta est ab æsculapio.q̄ nō indiciorū signis sed solis constat experimentis.
Empistotama:contrarius nemorū.
Empneumatosis:græce inflatio.
Empus passio dicta ab apostemate i. intrinsecus uel in latere uel in stomacho.

Ensaperda:quoddam unguentum.
Ensis ferrum tm̄ omnis gladius.
Ensis:Inde diminutiuum ensiculus & ensicula
Ensicium a sequando uel ab ense dictum.
Entelechia absoluta perfectio ul' forma corporis
Enteat species maniæ idest lymphatici.
Entelos.mandatum uel præceptum.
Enteca:mens
Enthei furentes.
Entera: intestina
Entenia est interrogatio:cū interrogādo aliquid aceruamus & exaggeramus sinciam figurā
Entica:reposita rei copiosa substancia uocatur;
Enthymema cōceptio animi.
Enthymema q̄si i ania ενθυμοσ eni græce aia dr
Enthymema est imperfectus syllogismus i quo non omnibus constitutis ifertur festinata cōclusio:ut homo est animal: substantia igitur ē prætermisit enim alteram propositionē omne animal substantia est: sed tamen ab uniuersalibus ad particularia : sicut syllogismus tendit:unde a syllogismo duxit exordium
Entos intra græce ptisc.
Enucleare:aperire extra nucleum ponere
Enunciatiua .oratio est uox significatiua de eo quod est aliquid uel non est.
Eodum:aduerbium uocantis
Aeolica uel æolis.quinta ligua græcorum.
Elisa.n.fuit filius iauan:a quibus græci elisæique uocantur æolides.
Aeolus rex uentorū filius hippote in sicilia.
Eolicon tetrametrum : recipit:spondeum siue iambum uel trocheum loco primo. deinde. quos dactylos seu trocheum.
Aeolides.filius æoli.
Aeolidæ:populi thessaliæ.
Eo neutrum.cōposita ab eo actiua adeo adeor subeo subeor: Ineo ineor.abeo abeor. etiam transeo or.circūeo et Ambio or.
Eo is:unde deriuat̄ iter iturus iens eundum cōpōitur semita adeo circūeo.prætereo.ob. per. ex.ab.pro.præ.in.sub.redeo trans.ambio.
Eotatus:fluuius quidam.
Eoos dicitur primus splendor æris græce:quam nos per deriuationem autorā uocamus quasi eurorām
Eousque.in tantum
Eous homo de oriente:iterdū sol uel oriens trisyllabum est primā corripit & pducit syllabā.
Epactas latini uocāt adiectiōes ānuas lunares:q̄ per undenariū numerū usq; ad tricenariū in se reuoluētes:quas ideo adiciūt ut lunaris emēsio rōnem solis sequat̄:luna eni iuxta cursum suū.xxix.dies lucere dignoscit̄:& fiūt i āno lunares dies.cccliiii.remanētq; ad cursū solarē dies .xi.quos abiciūt:absq; his.n.nō iuenies lunā

quota sit ĩ quolibet ãno mẽse uel die. Istæ epactæ semper undecimo kal. aprilis repeniuntur. quo quota fuerit luna: tota erit epacta eodem anno. continet autem epacte circulo decemnouennali.

Epacoyein ἐπακούειν græce exaudire.

Epadiam: dicam: manifestem?

Epaginacus synochus tertius. i. nouissimus.

Epalleotheta græce alternitas: ut pandidus pris.

Epanodos quam nostri regressionem uocãt principum dignitas fuit.

Epanaphora est per principia sensuũ eiusdẽ uerbi in uno uersu repetitio: ut te focinus unda: te liquidi fleuere lacus.

Epanalepsis est sermonis in principio uersus positi eiusdem ĩ fine replicatio: ut crescit amor nũmi: quantum ipsa pecunia crescit.

Epangelia est promissio: qua iudicem attentum facimus pollicentes nos aliqua magna uł minima dicturos.

Epanleum: ascensio tortuosa.

Epar græce iecur est.

Eparcus: perfectus.

Eparchion græce statio uel taberna.

Eparchion: marubium.

Eparius: lapis a loco dictus.

Ephatar: purificatio.

Epithesis græce adiunctio.

Epatula: aqua.

Epheasis: iteratio crebra sermonis.

Ephebia: prima pars adolescentie.

Epectasis porrectio græce.

Epembasis: iteratio enumerationum. studiũ uerba repetentis.

Epenthesis uel parenthesis appositio ĩ medio ut indupator pro imperator.

Epexergasia quando uni causæ duas probatiões opponimus.

Epi græce supra.

Epiarsis: super sanus.

Epicharis ἐπιχαρισ græce. i. supgratiosus.

Epicaricus qui herpicam trahit.

Epicũ: laudabile. epos eni græce uersus p laude.

Ep coenon. promiscuum genus: quia utrunq; sexum sub uno genere nunciat: ut hic piscis.

Epicœnum græce super commune: nam promiscuum quod seqnitˀ: non est uerbum ex uerbo sed sensum expressit: quod est dubiũ uel confusum: quia sub uno articulo marem & fœminam comprehendit.

Epithema: anathema.

Epy: mons quidam.

Epicherema in rhetoricis ẽ latitudine diffãs & pductõe sermonis a dialecticis syllogismis. Cõstat autem tribus modis. i. prio triptito. scũdo quadriptito. tertio quincupartito.

Epicheremata execũtiones uel approbatões dñr

Epicheremata argumentationes græce.

Epichina id est substantia patris & filii & spũs sãcti super omnia preterita & futura.

Epicyclus ἐπικυκλοσ dicitur globus: qui sup aliquem circulum fertur.

Fructuosus. cõpendiosus. uel quod usu solo habet.

Frugalis: utilis a fruge dictus id est a fructu uel parsimonia: siue ut alii uolũt modestia & tẽpãtia.

Frugalitas moderantia largitas. temperantia parcitas liberalitas.

Frugalis temperatæ uitæ homo utilis.

Frugalis interdum largus. iterdum auarus.

Frugi homo utilis parcus temperatus modestus.

Frugi abstinens alieni parũo contentus. seruator cõtemptor diuitiarum. pnt. hic & hæc & hoc frugi indeclinabile. uel obliquus casus figurate omnibus iunctis.

Frugi frugem fruge res obliquos casus habet ueteres tamen & frux & fruges dixerũt noĩatiuũ Nunc autem dicitur frugi id est parcus uel auarus.

Fruges liquidæ sunt. frumenta uero arida & sicca quæ aristas habent.

Fruge prima ceres cœpit uti in græcia: translatis alimde semitubus.

Frumenta sunt ppie omnia: quæ aristas habẽt.

Frugem fecisti pro benefecisti: unde quidam frugificat dixit.

Fruges ãni utilitas: alimonia. uictus. cõmeatus.

Frui est propter se ipsum aliquid amare: ut deum: uti uero si quid in usum uenerit ad aliud quod amamus obtinendum referatur: ut peregrinatione pro patria.

Fruimur quibus nequaq̃ carere possumus: ut æterna. utimur uero quæ aliquãdo nec semper habemus: ut temporalia.

Fruitus: assecutus. adeptus. usus. possidens.

Frumen eminens pars gutturis: qua fruimur cibis

Frumendo: uescendo.

Frumentum aridũ proprie & siccũ. & quæ aristas habent.

Frumentor aris: frumenta colligo.

Frumentaria lex de frumentis dicitur. sicut agraria de agris.

Frunio: digero. perficio.

Frunisco: aris.

Frunissitur: fruitur. intercipit.

Fruor eris fructus: unde componitur usufructus fructifico.

Frux frugis quod non est in usma quo fruges & frugi. unde componitur frugifer a fructu. fructuosus: fructuositas. fructificatio.

Fructum dictum quod capiatur a frumine quod est summa pars gulæ.

Frusta: particulæ cuiuscũque rei. incisuræ. crustulæ.

Frustra: sine cã inaniter. uace.

Frustrari: decipere. eludere. fallere. inanẽ reddere.

Frustror aris commune antiquitus fuit.

Fruscellum: flocculum.

Frutex dicitur quod terram fronde tegat: cuius plurale facit fructeta. hic frutex cis.

Frutecta: arborum contectus. saltus. uepres.

Frusiasis: pediculorum multitudo aliquñ in capillis aliquñ toto corpore non sola quantitate.

Fucus nascitur in ponto foliis oleastro similis.

Fucare: depingere: mendaciis subornare.

Fucata: depicta. tincta adulterio contaminata: ficta non uera diuersi coloris.

Fucus apis genus quod nil operans alueariis se inserit: ut aliena mella consumat.

Fucus dictus quod alienos labores fœdat: depascitur. n. quod non laborat id est mella.

Fucus mendacium: fraus. dolus. astus.

Fucus hærbæ de qua tingitur uestis dicta quia mẽtitur alienũ colorẽ. unde dicitur fucatus.

Fucinus lacus marsiæ in italia.

Futio us: instabilis sum: unde futilis & effutio.

Fudi fudisti a fundo dis dilieci interfeci.

Fuga trãslatũ a græco φυγην in u mutato pns.

Fugax: uelox. a fuga id est uelocitate uel cursu.

Fugare: insequi. expellere: fugere uero trepidando q̃ cito secedere.

Fugo as. actiuum est fugio gis neutrum.

Fuginat: adulando impetit: laudando decipit.

Fugitare frequentatiuum a fugio gis.

Fugio pro φευγωεγευ in u mutato.

Fugio gis uñ dicitur fuga: fugax cior fugacissimus. fugitiuus: fugo as. unde componitur aufugio profigio trans. ob ef. pro. subter. dif. con. re.

Fugitiuus proprie: qui dominum suum fugit.

Fumicæ aquæ quæ fluunt ex riuo publico: quibus furtim quis ac non suo iure utitur.

Fulti sunt uasa aquarum paruissima.

Fulcire: firmare. sustentare. auxiliari.

Fulcio fulcis præteritum fulsi facit.

Fulcior fulciris fultum quartæ coniugationis.

Fulcimen uel fulcimentũ adminiculũ fust ẽtamẽ

Fulcra lecti uel tormẽta seu sedilia.

Fulcra ornamenta lectorum dicta quod in his fulcimur id est sustinemur uel quod thoros fulciant: siue caput q̃ reclinatoria uulgus appellat.

Fulcrum. fundamentum. ornamentum.

Fulcrum: summa pars lecti. uel sustentamentum.

Fulfreal id est liber sed non extraneus.

Fulgere: lucere. micare splendere. eminere ferire

Fulgeo es & fulgo fulgis fulsi eiusdem significationis.

Fulgetra lux quæ apparet ante tonitrũ.

Fulgor dicitur ꝙ splendeat idest appareat Fulgur uero quod conditur si cadat de celo

Fulguris sunt tria tactus afflatus attonitus.

Fulgur & fulmen ictus cælestis iaculi a feriendo dicta fulgurare. n. est ferire. fulmen autẽ collisa nubila faciũt. nam omnium rer: collisio ignẽ creat: fit autem ex uẽto & igne cum nubibus & impulsu uentorum emittit' Ideo autẽ fulminis ignis uim habet maiorem ad penetrãdum qr subtilioribus elementis factus est ꝙ̃ noster. Tria sunt autem eius nomina fulgus qr tangit fulgur qr incendit & urit ideo ternis radiis fingitur.

Fulgura & tonitrua simul exprĩmuntur sed illud celerius uidetur quia clarius. hoc autem. i. tonitrus ad aures tardius uenit ad instar securis procul cædentis cuius quidem ãte cernis ictũ ꝙ̃ audias sonũ. ubicũq; autẽ ceciderit: sulphuris odorẽ emittit.

Fulgurare splẽdere coruscare. ferire.

Fulguratus: fulgure percussus.

Fulgus rufus flauus.

Fulginas tis gentile generis cõmunis pnſe.

Fulica dicta quia caro eius leporinam sapiat lagoos λαγωοσ. u. græce lepus dr & piscis habet nidũ in medio aquæ uel in petris quas aquæ circũdãt: maritimoq; sẽper delectatur profundo. quæ dum præsenserit tempestatẽ fugiẽs i uado ludit: quã græci herodiũ uocãt

Fulica græce phene dr. hæc degenerẽ filiũ aqlæ pro suo dr nutrire.

Fulica species auis græce herodion: non alibi perrat sed i uno loco moratur satis ĩtelligibilis & prudentior omnibus auibus.

Fuligo est latine niger color. fauilla

Fulmen dr a fulgendo. Nam fulgere est ferire.

Fullo: lauandarius decorator.

Fulsit. emicuit a fulgeo est a fulcio uero sustẽtauit

Fultus sustentatus subnixus.

Fulua: flaua: rubea munda.

Fuluum cũ nigro rubeum.

Fumarium domus fumi.

Fumidus: fumosus plenus fumo.

Fumus dictus quod fiat ex igne & humido. ũde & uerbum fumo fumas.

Funa theda minor.

Funalia ꝙ̃ ĩtra cæra sũt dictæ a funibus quos ante usũ papyri cera circũdatos habuere maiores

Funarii equi dicti a genere uinculi. quo prius alligabantur. quos græci strophoros dicunt

Fundat homo prosternit: occidit

Fustorium: transitorium

Funti ab eo ꝙ fũgãt' officii honore aliquo hĩc & defuncti. quum compleuerũt officia uitæ

Funda dicta ꝙ ex ea fundatur lapides: hauius usus primo fuit in insulis quæ baleares dicuntur unde & dicuntur.

Funda genus piscatorii rætis dicta. ꝙ in fundum mittatur. i. iaculum.

Funda una pars maris

Fundo as fundamentum pono. fundo dis immisceo.

Fundare: fundamẽtũ ponere. construere stabilire

Fundamentum dictum ꝙ sit fundus domus

Fundamentum singulariter significat christum. plr patriarchas ꝓphetas apostolos & cæteros prædicatores.

Fundo: is fundi fusum generis actiui.

Fundo is fusor fusilis fũdus: a quo cõponit' ꝓfũdus dadum & fuscina fũdo capiẽs mutãtes

Fundo as fundatũ fundamẽtũ. funda fundabula e. fundabularis fons. cõponit' per. ob. circum. trans. ex pro. in. suf. dif. re. con. ef.

Fundibalus. funda emittens trãsiectorium

Funditus aduerbium loci a fũdo uel fundmaẽto

Fundus dicitur ab eo ꝙ sit omnium rerum fundamentum.

fundus & urbanum ædificium & rusticum intelligendum est dictus idẽ ꝙ eo fundatur stabilitur patrimonium:

Fundi. sunt possessiones agri campi predia uel

Fundum una pars aquæ.

Funebre. luctuosum: funereum uero quod ex funere constat funestum autem quod funere inquinatum est

Funerare sepelire. condere obsequium facere

Funeratus. sepultus. aut locus obscurus.

Funereus rea reum mortem ferens.

Funes dicti ꝙ antea fuerant i usu luminis circumdati cæra unde & funalia dicta hic funis huius funis.

Funestum. sceleratum. funere coinquinatum qd' minus sacra peragere potest flæbile luctuosũ.

Funestare. cruentare.

Funis. inde diminutiuum funiculus.

Funiculus. mensura.

Fungor eris functus.

Fugitur. persoluit. utitur. obsequitur administrat parcit uel deserit.

Fungi est agere defungi peragere. inde functus usus ministerium agens & functorum

Funus est omnis mortuus dum sepelitur dictũ a funibus accensis quos ante feretrum cara circundatos ferebant. funus imaginariũ tumulus sine cadauere funus & ferias prouerbiũ mortẽ dicit quando funere publico feriæ dicebãtur hoc funus funeris inde dr funestus funereus funebris

Fur a furuo idest nigro dictus. Nam noctis tẽporentitur ide furor aris.

Fur furis tertiæ declinationis cõmune & uerbale

sicut augur.

Fur duo significat furātē & furentem id est insanientem.

Fur pro φωρ græco. furúculus eius diminutiuū.

Furca dicta quasi ferens caput: quod patibulū minus pœnæ q̄ crux habet. Nā appensos & strā gulos statim examinat.

Furca furcula diminutiuum.

Furcifer olim dicebat' qui ob leue peccatum cogebatur ignominiæ magis q̄ supplicii causa furcam circa uiam ferre prædicans peccatum suū ceterosq̄ terrendo.

Furceps: ignarus.

Furcelle dictæ: q̄ his frumenta acillentur. id est moueantur.

Furcæ ciuitas in apulia ubi deuicit anibal romanos.

Furens: insaniens. sæuiens. bacchans.

Furfuraculum: trebellum.

Furfur masculinum est. prisc.

Furfures & farina a farre dicta cuius purgamenta sunt. hic furfur.

Furfures sunt etiam in urina.

Furfurio genus auis dictus: q̄ prius farrem i farinam redactum pascitur.

Furiæ dictæ deæ infernales quæ eumenides appellant' a lecto tisiphone & meggæra. hæ tres fœminæ eē fingūt' crinite serpentibus ꝓp eē tres affectus qui i animis hominū multas perturbationes gignūt id est uindictam cupere. opes desiderare. & libidis uoluptates appetere.

Furo is insaniui ab insanio dr̄ & furui: unde & furens & furor.

Furiatus qui furit ex causa: furiosus uero q̄ feraĝ ritu fertur: & ab eo furor non recedit.

Furinus dictus est iupiter uel proprium cuiusdam.

Furit: sæuit. irascitur. discurrit.

Furibundus: ualde iratus.

Furnus per deriuationem a farre dr̄: q̄m panis ex eo factus ibi coquitur.

Furor nunc amor nunc indignatio & ira.

Furo a furuo dictus: unde & fur tenebrosos & occultos cuniculos effodit: & eiicit ꝓdā q̄ iuēit.

Furtim: latenter occulte.

Furtiuum de furto secretum.

Furtum est rei aliene clandestina contrectatio. fuit autem capitale crimen apud maiores ante pœnam quadrupli.

Furtum est earum reꝶ quæ de loco ad locū transferri possunt.

Furtū est fraudulo rei contrectatio affectu lucrandi sibi uel alteri contra dñi uoluntatem.

Furua: fusca. nigra.

Furuū nigrum. inde furens & furni.

Furnū inde dr̄ fur. a quo furor aris furator furtū furti furúculus diminutiuū. furtiuus furca.

Furuaria uiridissima foliis perseuerant.

Furunclū unius quod nascitur: latine furúculus tumor in acutum surgens dictus: unde græce anthrax ἄνθραξ dr̄.

Fusanus & sanguinarius arbores.

Fusa a fundor eris: iacens. libata: infusa. strata.

Fuscina unde pisces pforant'. tridens creacra.

Fuscinulæ tridentes quibus carnes de caldariis ꝓferuntur.

Fuscus: aquilus. niger.

Fusile quod tantum funditur: sicut ductile tantū quod malleo producitur. hic & hæc fusilis & hoc fusile.

Fusi per hærbam iacentes: strati: occisi: fugati.

Fusum: solidatum. stratum.

Fusim: passim.

Fusina ferrariorum dicta quasi fundo capietis mutātes uelut ferrū es & cætera uel a fundendo ea.

Fusitera animal in India. quod fluctus haustos fistulis eructuat ita ut naues mergat.

Fustes sunt quibus iuuenes pro criminibus feriūtur dicti q̄ præfixi in eo fossis stent: quos palos rustici uocant.

Fusum dictum q̄ per id fundatur quod netum ē.

Futire: fluere.

Futilis uas aquarum per paruis oris.

Futile labile. Nam futilis est quoddam uas in facris uestæ superius latum: interius acuminatū ut si i terra poneret': quicquid liquoris haberet funderetur. Non enim licebat sacra illa terram tangere.

Futilis: inanis. uacuus. loquax. dcūs a uasis fictilibus: q̄ cassa & rimosa nō tenent: q̄ immiseris.

Futurum qd' uenturum est. a fio fis. uľa fui fuisti.

g

Littera a. γ tracta. cognationē hēt cū c. & qñ pōit' ante u uocali sequente: amittit uim suā sicut cū q ut āguis: quis.

Gabaon metropolis ciuitas hebræis data in hæreditate: de qua gabaonitæ supplices uenerūt ad Iesum naue. Idem & euei fuit.

Gabbari: inclusi barbari: unde gabbares mortuorum corpora condita.

Gabata patena uas. quasi cauata.

Gabriel hebraice latine fortitudo dei dr̄. ubi enī fortitudo dei uel potentia manifestatur gabriel mictitur.

Gaber: uir interpretatur.

Gad tentatio interpretatur uel accinctus siue latrunculus.

Gades insule sunt hispaniæ in occidente: hinc & gaditanum mare dr̄: ubi primum ab oceano

mati limen magni maris aperit᷑:ubi & hercules colūnas erexit pro fine.

Gadis lapſe dicit᷑ lingua tyriorū:q profecti a rubro mari occupantes eandē gadē.i.ſeptē nominauerūt:pro eo q̄ circūſepta ſit mari: inſula eſt in fine beticæ prouinciæ ideſt hiſpaniæ ſita:q̄ dirimit europam ab africa.

Gadir lingua pœnorū ſepes.

Gadir nomen propriū ciuitatis gadiris q̄d Salustius melius eſſe oſtendit neutrū.

Gaditanus lapis dictus ab inſula gadis.

Gagates lapis primo inuentus eſt in ſicilia:fluore fluminis gagatis iniectus. Eſt aūt niger:planus.leuis.& ardens igni admotus:ex eo ſcripta fictilia non delent᷑:incenſus ſerpentes fugat:demoniacos prodit uirginitatē deprahēdit:aqua accendit᷑:oleo reſtinguit᷑.

Galapes maſculinū.hoc gaulape pis.

Gaius interpretatur chaos.

Gala græce lac:bene ergo galathea lactea q̄dā cæli zona alba hoc nomie dicitur:q̄ uulgo ſtrata nominatur.

Galla genus pigmenti quod græce cecidan dr̄.

Galla fructus quernæ arboris medicaminibus & incauſtis adhibetur.

Galathites lapis dictus q̄ de ſe lacteum ſuccum emittat.

Galathea & gallia.

Galathea roma intelligitur mantua.

Galatæ ideſt galli acandore corporis ſic primum nominati qui i auxilio a rege bithyniæ uoca i parta uictoria regnum cum eo diuiſerunt primum gallogræci quaſi græcis admixti nunc ex antiquo gallorum nomine galatæ dicti quoq; regio galatia nominat᷑.

Galaticæ carnes ſunt a colore lacteo nominatæ confectio.

Galaad ciuitas que eſt in dimidia tribu manaſſe in qua iepte ſepultus eſt.hic.

Galaad tranſmigratio interpretatur.

Galaad interpretatur aceruus teſtimonii.

Galbana genera ueſtiū dicta a galbaneo colore q eſt ſublucidus & ſubalbus cū pallore.

Galbanum genus pigmenti uel ſucus de ferula

Galbanū ſpecies eſt multis apta medicaminibus

Galbaneos genus medicamenti de lacte.

Galea cultus capitis ſed de corio ē.caſſis uero lamina unde galeatus hō magis aptus galeæ.

Galearia pileus ſiue tyara.

Galici a candore dicti ūde & galli reliquis.n.hiſpaniæ populus cādiores ſūt. hi græcā originē ſibi aſſerūt a teucro ūde & naturali īgēio calēt Gallicum uentum hiſpani uocant qi ex parte galliæ eis flat:ipſe eſt circius.

Galenum uas uinarium antiq romāi dixerunt.

Galli a candore corporis dicti gala.n. græce lac ſecundū diuerſitates.n.cæli & facies hominū & colores & corporum quātitates & animorum diuerſitates exiſtunt inde romanos graues:grecos leues afros uerſi pelles.gallos natura feroces atque acriores ingenio peruidemus quod natura climatum facit.

Galienus quidā medicine artis peritiſſimus apud romanos fuit uel imperator romanus.

Giliola uas uini.

Galerus pileus ex pille cæſæ hoſtiæ factus inſtar galeæ uel paſtoralis pileus.

Galgala interpretatur tentamentum ſiue conſtipatio.

Gali dicūtur ſacerdōtes matris deum ob hoc ga mos eis erat caſtrari apud phrygiam:q omnia turpiſſima agunt.

Galos cæſar caſtrauit eis deuictis propter opprobrium eorundem.

Galli ſenones cū duce Brēnone romam captam incendere uelēt reſtitit eis manlius uoce anſeris excitatus.

Galliæ ſūt tres.togata ideſt lungobardia admorē romanorū.comata ideſt burgūdia & francia braccata id eſt teutonica a lōgis bracis.

Gallia belgica & gallia lugdunenſis diuerſæ.

Gallana .negon alieni mercator.

Gallicinium.gallorum cantus dr̄.

Gallicriſta herba ē q̄ naſcit᷑ locis ſolidis circa uias hæc ad morſū trita cū axungia & pāe domeſtico impoſita mox ſanat eadem & duncia dr̄ quia duncias diſcutit.

Gallicula.calciamenta paſtorum ſunt.

Galliruta cortex nucis ul᷑ glādis: corpus humanum ſignificat.

Gallicanus dr̄ a loco ſicut ruſticanus oppidanus capitolinus.

Gallicus ſinus maris magni qui narbonenſem prouinciam alluit.

Gallicū:aliquid ex gallia latum:gallum uero in gallia natum.gallicanus uero qui aliquid ex gallia affert.

Galies inſula africæ in qua āguis uel ſcorpius nō uiuit.

Galilea regio palæſtine dicta quod cādidos populos gignat:duplex eſt:ſuperior & terra opima & ferax.

Galilea iterpretat᷑ tranſmigratio uel reuelatio

Galilei populi de galilea. uolubiles uel rota interpretantur.

Gallinana: ſylua.

Gallit: perit.

Galliuit. periuit.

Gallus uir ſororis.

Gallus inde dr̄ gallina gallinarius: componitur gallicantus gallicinium.

Galunna uelamen candidum a gala ideſt lac.

Gallus a castratione dr̃. Inter cæteras.n.aues huic soli testiculi adimuntur.
Gallus pullus gallinacius dr̃ quasi gallinis aptus dicitur etiam a quibusdam gallus castratus id est capo:qui asportatur.
Gallinacius gallus qui reperto cibo dat signum uocis gallinæ.
Gallina significat christum:sapientiã.animam.
Gallus significat dominum uirum sanctum.
Gamaliel:retributio domini.
Gãma. γ .littera apud græcos:apud nos g significat tres.
Grãmarus:piscis genus paruus & uilis.
Gameon teucrum lingua iulius mensis.
Game græce hotioro.
Gamos γαμος nuptiæ græce.
Gamo γαμεω γαμῶ nubo græce.
Gamasus:fortis.agilis.
Ganea:taberna.popina.meretrix.
Ganeo uel ganeon uel ganeus:tabernarius.gulosus popinator.luxuriosus.comessator.
Ganeæ meretrices quæ morantur in occultis & subterraneis locis απο της γης a terra.
Gangalizæ:titillas.
Gangarida India a rege gangaro dicta.
Gangaridæ populi inter assyrios indosq; habitãtes iuxta gangem fluuium.unde & dr̃ hi gãgarides.
Gangaridus:fluuius armeniæ.
Ganges fluuius p̃hyson exiens de paradiso.pergit ad indiam.
Gangen quidam fontibus incertis nasci & nili more exultare contendunt.quidam uero a scythicis montibus exoriri.
Gangia:occulta loca:& subterranea.græcum est.
Gangrena quasi obmortua caro.gange enim nõ pmortuæ carnes sed adhuc monẽtes. dicunť.
Gannire uulpium est:sicut latrare canum.
Ganninat:cantat.
Gannium taberna.
Gar γαρ significat enim.causalis est.
Garamantes populi africæ proximi æthiopibus a garamante apollinis filio dicti ꝗ ibi ex suo noĩe garama oppidum cõdidit extremi dicti ga sæui & a cõsortio humanitatis remoti sunt
Garetinis idest donum.
Garganus:mons apuliæ.
Gargara mõtes phrygie.uel regio asiæ uberrima
Gargarus singulariter & gargara pluraliter idem significãt.
Garrire:multa uerba dicere.sordide loq̃ sine rõe.
Garrio is inde garrulo as diminutiuũ uerbum.
Garrulus:uerbosus proprie a garrulis auibus.
Garizim:diuisio interpretatur.
Garos:liquamen græce.
Garum liquamen piscium salsum:quod olim cõficiebatur ex pisce garon:&quis nunc ex infinito fiat genere:nomen tñ pristinum retinet.
Gasindius honor sub iudice.
Gas:hastas.
Gasiongaber:interpretatur consilia uiri.
Gaso id est stagno græce.
Gath filius Iacob ab euentu siue procinctu dicit̃ Quando enim peperit eum zelpha:dixit dña eius lya:in fortuna id est in procinctu uel euẽtu.tentatio interpretatur.
Gauata id est cauata g pro chẽt.id est concha.
Gaudium est elatio animi in his quæ digna sunt exultantis.lætitia uero est effrænata animi elatio.quæ modum nesciat:& in his quoq; quæ uitio sunt mixta lætatur.
Gaudium animi lætitia: exultatio uero uerborũ atq; membrorum.
Gaude genus ligni ex quo balsamum sudat.
Gaudeo gauisus sum. Audeo ausus sum . Soleo solitus sum. fido fisus sum. Fio factus sũ:neutro passiua nominant̃:qu orũ tñ p̃terita antiq̃ solebant ꝓferre:gauisi ausi solui fisi fii.
Gaudeo.unde dr̃ gauisus gaudium:a quo cõponitur gauisor aris.gratus gratior gratissimus. gratuitas gratuito.gratiosus.gratanter. gratulor aris:grates componitur ingratus & gratificor aris.
Grauia larus.
Gauina species uestimenti super humeros hũs purpuram.
Gaulus.genus auis qui & merops dr̃.
Gauleon insula ubi serpens non uiuit.
Ganrulus:scapha canale uel locellum.lembus.
Gauro γαυροω γαυρω græce gaudeo.
Gausape mappa quæ in mensis ponitur. uel qua tergitur.
Gausape pis:ablatiuo gausape.pl̃r gausapa.antiqui tamen hic gausapes quia græci gausapes dicunt:& hæc gausapa & hoc gausape. & pl̃r hæc gausapa:quasi a nominatiuo: quod hoc gausapum etiam dicebant.
Gaza ciuitas palæstinæ uel multa enxenia . dicta ꝗ ibi thesaurum suum cambyses rex persarum intulit.
Gazæ:opes.copiæ.thesaurus syriace.
Gazarenus hæbraice:latine aruspex dr̃.
Gazecum:regio.
Gazer interpretatur consolatio.
Gazophylatiũ γαζο φυλαττιο p̃ locus appellari solent:in quo diuitiæ seruantur phylattein φυλαττειp̃ enim seruare dicit̃.gazæ diuitiæ
Gazofilia idem quod exedræ.
Ge γη græce terra.
Geuallis hebraice.
Gennon:proprium uiri.
Ge aliud.

Gebal uallis uana interpretatur ·ge. enim uallis: bal terra.

Gebennæ sunt montana: ubi est posita ciuitas genua in burgundia.

Gebuseus filius chanaã: a quo gebusei: quorum fuit hierusalem: tunc dicta gebus.

Getur dictum quod ibi ignis habeat sedem: qui in cerebro subuolat unde ad oculos cæterosque sensus diffunditur. In iecore cõsistit concupiscencia. sicut. n. in corde sapimus ita iecore amamus. hoc iecur iecoris.

Gecur quod ibi ignis sit conditus: uel quod gerat cor ficatum.

Gectan filius heber a quo indorum gens orta est

Gedeon iudex israel qui occidit oreb zeb zebeæ & salmana. interpretatur autem tentatio iniquitatis eorum.

Gedeon. interpretatur experimentum iniquitatis eorum: frequenti eni præsagio contra hostes informatus est.

Gehenne nomen in ueteribus nõ inuenitur. sed primum a saluatore ponitur huius sermonis occasio fuit Idolũ baal iuxta hierusalem parua cãpi planicies irrigua & nemorosa fuisse legitur & locus in ea idolo cõsecratus. qui appellatur gehennon id est uallis filiorum hennon hoc in loco deserta templi dei uictima hostias immolabant filii israel. & comminatus est deus se locum illum impleturũ cadaueribus mortuorum futura ergo supplicia & poenæ ppetuæ quibus peccatores puniendi sunt huius loci uocabulo denotantur: Duplicẽ autẽ gehẽnam nimii ignis & sulphuris & frigoris plenissime in iob legimus.

Gehenna locus ignis & sulphuris: quẽ dici putãt a ualle gehennon idolis consecrata.

Gehenna: uallis gratuita.

Gehennon: uallis filiorum hennon.

Gelboemontes alienigenarum interpretatur decursus.

Gelela quoloquintida.

Gelgel. relatio.

Gelu frigus glacies timor dictum quod eo terra stringatur. ge. n. terra di. prisc. hoc gelu indeclinabile & hic gelus us & hoc gelum anniq

Gelidus da dum: frigidus.

Gelare: frigescere. constringere glacie.

Geldonia adunatio.

Gelonus: genus arborum.

Geloni populi scythiæ picti membra.

Gelones: gens arabum.

Gelonis. baucalis. uas.

Gelos græce. risus.

Gemmæ uocatæ quod instar gumi transluceant post marmora autem genera gẽmæ sequuntur pretiosi lapides dicitur. quia clari uel a uilibus discreti uel rari sunt.

Gemmare. gemmas emittere. pullulare ut uites

Gemere. dolore flere. proprie ex interiori mouere. Nam de sono uocis tractum est.

Geminis: singultus sonitus: fletus.

Gemini sunt non duo simul nati: sed etiã plures

Gemini idest castor & polus semper pluraliter declinantur naturaliter signum in cælo est.

Geminus: gemellus.

Gemino as geminatio.

Geminare iterare coniungere.

Geminanter: frequenter. crebro. sæpius

Gemini interpretatur dextera.

Gemo is gemui inde gemitus gemisco. gemebundus id est similis gementi.

Gen Ϡιϳι ϝηϳι græce terrã: Nam ten articulus est

Genas ϝηϳασ græce generas.

Genæ ea pars uultus quæ iter malas & auriculas est dictæ quod infans in utero: caput habet inclinatum ad genua.

Gene inferiores oculorum partes unde barba inchoat Nam græce τεϳϳυσ gennis barba hinc & gene quod inde icipiat gigni.

Genæ lachrymarũ locus sed gyne γυϳη græce mulierẽ uel uxorẽ significat ũde gynecciũ γιϳεικιοϳ dicitur locus ubi pluriæ residet mulieres

Genealogia græce generationis ratio uel linea.

Genearcha: generis princeps.

Genethliacum laus natalis.

Genethlici propter natalũ dierũ obseruationes dicuntur geneses. n. hominum per. xii. signa describũt. inde sunt mathematici sed gynecũ textrinum græce dictum quod ibi conuentus fœminarũ ad opus lanifici exercẽdum cõueniat.

Gene græce mulier nũcupatur.

Gener initium.

Gener est qui filiam alicuius duxit dictus quod ad genus augendum susciratur.

Genera dicta quod generent ut masculinum & fœmininũ. Cætera uero nõ proprie sũt genera sed hoc nominũ ratio & auctoritas uoluit

Genera uerborũ dicta: quia gignũt. ut amo amor

Generale: uniuersale.

Generalia nomina dicta: quia uniuersarum uel multarum sunt rerum ut animal.

Generare masculos parturire fœminas dicimus proprie uel concipere genera.

Generatim per singula genera generaliter uero simul omnia.

Generosus: honestus. celebris nobilis.

Generoth interpretatur quasi lucernæ.

Genesar lacus ãplissimus. in iudæa græce dictus quasi generãs sibi aurã de seipso spiratibus. n. auris. per diffusiora spatia agitatur: unde purior haustus eius ad potandum & dulcis

Genesis liber unde dictus quod exordium mundi

uel generatio in eo continetur.

Genesis græce generatio. hæc genesis huius geneseos.

Genesta: genus uirgulti amarissimi.

Genialis: lectus coniugalis. ingeniosus. uel gratus: uoluptuosus. a genio.

Geniales proprie dicuntur lecti qui sternunt nubentibus. dicti a generandis liberis.

Genialis: gratus propinquus affinis.

Geniculū diminutiuū a genu. inde geniculare.

Geniculat: flexis genibus adorat.

Genicularis hærba succenditur ob scorpionum uim repellendum.

Genimē generatio a gigno is: ideoq; corripit penultima. Nam in men desinentia quæcūq; a uerbis secūdæ uel tertiæ declinationis deriuāt corripiunt: ut genimē monimē. Quæ uero a priæ uel quartæ: pducūt ut lætamen: mūimē

Genimina: germina.

Geniolus qui habet ingenium.

Genisidium: generatio.

Genistæ hæretici iudæorū dicti quia de genere abrahe se esse glorantur.

Genitalia corporis partes a gignendo dicta. hæc & pudenda siue pubes pro uerecundia dicuntur. unde & operiuntur: dicūt inhonesta: quia non habent speciem decoris sicut membra q̄ in promptu sunt.

Genitalia unde uir generat: aut mulier parit.

Genitalis: terra in qua natus est.

Genitiuus casus dr̄. quia per eum genus cuiuscū q; quærimus uel ostendimus: ut anchise filius dictus a gigno is genui. genitus genitiuus. Dicitur autem possessiuus: quia possessionē ostēdit: ut cuius equus est iste? euandri. paternus quoq; dicitur quia patrem per illū ostēdimus ut cuius filius est hector? priami.

Genitor naturæ uocabulum est. Nā pater dignitatis est.

Genitrix mater a gignendo genetrix antiquitus dicta.

Genitura sæculi posteritas uel seminis materia: unde genus.

Genitus: natus. generatus. a gigno is.

Genius numen a paganis dicitur: q; quasi uim habeat omnium rerum gignendarum.

Genius deus naturæ. inde gēialis. i. uoluptuosus.

Genium: honor. aut dignitas. uigor. ordinatio.

Genomenon: factū participiū: grepton uero nomen.

Genios γεμειοσ græce barba.

Gens multitudo ab uno pricipio orta: ut iudæorum: siue ab alienatiōe secundū ppriā collectionē distincta: ut græciæ asiæ. hinc & gentilitas dr̄. gens aūt appellata propter generatiōes familiaꝶ id est a gignēdo: sicut natio a nascēdo gentes uero a quibus diuisa est terra: quīdecim sunt de iaphet. xxxi. de cham. xxvi. de sem: q̄ fiunt. lxxiii. uel potius: ut rō declarat. lxxii. totidemq; linguæ: quæ per terras esse cœperunt quæq; crescendo prouincias & insulas impleuerunt. filii sem quinq; gentes singulas pcreauerunt quoꝶ primus elam: a quo elamite pricipes persidis. Secundus assur a quo assyrioꝶ pullulauit imperiū. Tertius arfaxar: a quo gēs chaldæoꝶ exorta ē. Quartus Indi: a quo lydii Quintus aram. a quo syri. quoꝶ metropoli fuit damascus. filii arā nepotes sem quattuor hus & hul & geter & mes. hus tracōitidis cōditor. qui inter palæstinā & celesyriam tenuit principatū. unde Iob scdm quod scriptū ē. uir erat in terra hus. secundus hul a quo armenii. Tertius geter: a quo carmeni siue carie. Quartus mes: a quo sunt hi qui uocantur meones. Cætera require in hisidoro etymologiarum.

Gens: natio familiæ est.

Genus ad qualitatem refertur ut pomi

lingua gothorum antichristus uocatur: quod interpretatur dissipator gentium & seductor.

Gentiles sunt qui inter se eodem sunt nomīe ab ingenuis oriundi: quoꝶ maiorum nemo seruus fuit & ubi gentilitatem nulla capitis diminutio destruxit.

Gentiles sunt qui sine lege sunt: & necdū crediderunt. dicti quia sunt ut geniti fuerunt id ē sub peccato idolis seruientes. qui græce ethnici dicuntur.

Gentilitas est societas cōis nominis liberorū ut scipionum brutorum.

Gentiāna hærba nomen sumpsit ab Inuentore radicibus aristologie similis.

Genubius: intimus. iterior. domesticus. naturał.

Genua cōmissiones femoꝶ & crurum dicta q; in utero sint genis opposita.

Genu sicut cætera in u neutra sunt & aptota i singulari: & hoc genus antiqui & hoc genū dicebant. genu deriuat̄ a γονυ o i e murato. p̀lu.

Genuinus. id est dens.

Genuini dentes molares præcisores. i. canini.

Genius: amicus sodalis.

Genuinum naturale de genere tractum initium.

Genus: origo. propago. domus. uultus initium floris. a gignendo dictum uel a terra deriuatū ex qua oīa gignunt̄. ge γη. n. terra est græce. a genere uero genero as.

Genus dr̄ exploratio sexus per uocē carētē genere. nam illa uox non est genus: sed quod p eā intelligitur.

Genus quoq; dr̄: quod finali determinatione discernitur.

Genera a generando u'l a greco ge idest terra ūd e

cuncta procreantur: quæ quattuor modis dinoscunt᷑. Natura articulis. auctoritate & clausulis. Nā masculinū & fœmeninum naturalia sunt: reliqua artificialia.

Genus cognoscitur tam ab ipsa natura eius quā significat rei q̃ a terminatione uel declinatione ut uir. Genera igitur nominum duo principalia sunt quæ sola nouit ratio naturæ masculinum & fœmeninum. Genus in uerbo dicitur quia unum generatur ex altero: passiuum ab actiuo & actiuum a passiuo.

Genus est q̄d᷑ de pluribus specie differentibus i eo ꝙ quid sit prædicat᷑: hæc descriptio q̄dē est. quia genus proprie supra se genus nō habeat hæc igitur tria in genere requiruntur ut de pluribus prædicet᷑: ut de specie differētibus ut in eo quod sit. Nam cæteris interrogationibus nisi quid sit homo iterroganti animal non respondebitur.

Genus dicit᷑ tripliciter: dicit᷑. n. principiū uniuscuiusq; generationis uel ab eo q genuit; uel a loco i quo qs genitus est: ut horestes a tātalo dicit genus: & plato atheniensis est genere etenim patria principium est uniuscuiusq; generationis: sicut & pater Rursus genus dicit᷑ aliquotū collectio ad unū aliquid quodāmodo se habentiū & ad se inuicem ut romanorū genus ad romulum scilicet & ad suam inuicē cognationem ab aliis generibus se diuidentē Tertio modo dicitur genus: cui supponitur species.

Generis triplex est significatio idest patria parētes. origo. sanguis. Est item genus sub quo speciæ similes continentur: ut animal sub quo homo equus piscis & cetera. Est etiam tertiū illud genus quotiens rei qualitas indicat᷑: ut cuius generis sit uestis: qualis & quanta sit cuius numeri.

Genesus fluuius prouinciæ palestinæ.

Geomantia ex terra diuinatio. ge. n. terra uel geomantia diuinatio dr̄.

Geomema terræ mensura quæ longius acumine sapientū producta: maris & cæli spatia metit᷑ hæc in se continet liniamenta interualla magnitudines & figuras & i figuris dimensiōes & numeros. ge. terra: metron græce mensura

Geometer uel geometra: terræ mensor.

Geon fluuius de padiso surgēs uniuersam æthiopiam cingit dictus ꝙ incremēto suæ exundationis terrā ægypti irrigat. ge. n. græce terra hic apud ægyptios nilus uocatur.

Georgia terræ opera uel cultura. Inde & georgicum carmen de terræ cultura factum.

Georgius: rusticus: operarius terræ rusticatus

Gepte aperiens uel apertus interpretatur.

Gepton græce factum.

Gera dicta quasi diuina confectio medicinalis ā

Gerabotane græce dictum ꝙ remediis atq; ligamētis hoiū & purificatiōibus sacerdotū apta pbaret᷑ ūde pōtifices eā sagimē appelabāt quasi sancimē. hæc & berbena quasi pura dicta

Gerānoses sacerdotalis morbus. is & comitialis dicitur.

Gerare prouincia ubi bersabee oppidum cōdidit

Gerræ nugæ. inneptiæ.

Gerere a gero. portare.

Gerimus nostra uelut in natura aliqua quæ i nobis sunt: ferimus uero imposita nobis.

Gergeseus: filius chanaam. a quo gergesei.

Gergos agilis gergomus agilimus: græcum est.

Gercontinum: murum mundi ambitum.

Geryonen quem hercules iterficit. fingunt poetæ hispaniæ regem triplici forma prædictum: fuerunt. n. fratres tres tātæ cōcordiæ ut in tribus quasi una anima esset.

Geritis amnis a quo gerere oppidum.

Germani qui ex eadem matre ac patre nascuntur dictus germanus quasi ex eadem genimee uel eodem genere manans.

Germanus ex utroque parente: frater uero ex altero uel soror.

Germanicus frater claudii neronis. q germaniā deuicit: unde & dictus.

Germaniæ gentes dictæ ꝙ sint immanium corporum quasi immanes.

Germania post scythiam iferiorē a danubio iter rhenum oceanumq; conclusa Cingitur a septētriōe & occasu oceano ab ortu uero danubio a meridie rheno fluuio dirimitur. Terra diues popul᷑ innumerosis & imanibus: unde ꝑpter fœcunditatē gignēdi germania dicta ē

Germaniæ duæ sunt: inferior & superior.

Germania promontorium distans ab arabia. l. millia passuum: cui persis antecedit᷑.

Germen: surculus prægnās a generando dicitur generationis principium.

Geræos гнрæloσ græce senex.

Gerothocontium in quo paupes & propter senectutem solam infirmi homines curantur

Gero nugator dictus a gerris.

Gero gerens nugas. uel a garrio ris.

Gerus: uir fortis.

Gerneus baiulus portator.

Gerula: nutrix. portatrix:

Gero ris gessi gestū: inde frequentatiuum: gesto as inde gestio is motum corporis significat idest gaudium: inde gerulus componit᷑ nugigerulus. inde etiam gesticulor aris ipsa res gesticulatio. Inde etiā gestus tus gerondiuus cōponitur digero: egero de. in. sub. cō: agger. a quo aggero as exaggero as. belliger: armiger terriger niger flagro as.

nominata: q loco infinitiui iuncta cum articulo apud græcos accipiuntur.

Gerundiuus modus dictus q sub una litteratura actiui & passiui sensum gerat: ut cantandi do dum pro cantari & cantare. prisc. m dicit eē nomina qa separatim præpositionem recipiunt: quod uerbū non habetat: ut in conuertendo: duo uero membra gerundiui modi locū signi ficatur ut quo pergis lectum id est ad lectionē unde uenis lectu. i. de lectione: ponit & p ipsa te: ut mirabilis uisu. pro uisione.

Gerusia: renatus.

Gessa interpretatur insulæ sacrificiū uel incensū.

Gesa gladius.

Gessaris: lanceis.

Gessum hastæ iaculum.

Gessemani interpretatur uilla pinguissima.

Gessen locus ægypti in quo habitauit iacob.

Gestatorium: ferculum. uel feretrum.

Gestamen quicquid portatur sceptrum uel uirga a gesto as.

Gestamina id est arma a gestando.

Gestiuncula: minuta res.

Gesto as frequentatiuū a gero is. id est porto.

Gestator: portator: unde gestato iū portatorium

Gestio is a gesto as. i. exulto. desidero. gaudeo.

Gestit: luxuriat. lasciuit. desluit.

Gestire pprie malorū est: gaudere uero bonorū.

Gestus tus: motus corporis. uel nutus.

Geth ciuitas fuit allophylorum. Interpretatur autem torcular. hæc modo dicitur zaph.

Geth. interpretatur chaos: est autem ager unde Ioannes prophetauit.

Gatha uel gethes id est gothus.

Getha g unt gothice loquitur.

Gethæ nihil aliud nisi gothi: post getuli dicti.

Geter filius arā nepos sem a quo armēu siue cari

Gethia maleficiorum doctrina.

Gethicus: thracus. a getha.

Getulia mauritania.

Getula. maura. africana. mauritania.

Getuli gethæ fuisse dicuntur: qui a locis suis naues conscendētes loca syrtiū i libya occupauerunt. Africam autem libyes initio habuerūt. i. de afri: post getuli: postremo mauri & nūdæ.

Getuli ab euilath filio chus sunt exorti.

Gezabel fluxus sanguinis uel fluens sanguinem interpretatur: sed melius ubi est sterquilinium. Carnes. n. eius canes comederunt sicut helias prædixit: quem multum persecuta est.

Gezeb: reuelatio.

Gyas quidam princeps troianorū fuit.

Gyarus & mycone insulæ execrabiles & steriles: i quibus exulabant.

Gibbus: tumor in dorso. struma in pectore.

Gigantes dicti iuxta græcam etymologiam ge-genis id ē terrigenæ. ge. n. terra genys γένος genus dicunt eo q fabulose eos terra genuerit non uere. hic gigas antis.

Gigantomachia: gigantum pugna.

Gyges nomen gigantis græce.

Gigno is genui genitum: pro quo geno antiq.

Gigno. inde dr̄ genitus genitiuus genitalis germen germino as germinatio genus: a quo generosus ior simus generositas componit degener. a quo degenero as. generaliter genero as ator atio: genitalis generalitas ingens uel a genu secundū quosdā: uñ genus gingiua. cōponitur bēignus malignus: malignor ari malignitas genitor genitrix genus a quo cōpōit ingeniū ingeniolū. ingeniosus: cōponit igenuus ingenuitas: cōpōit igenitus primogenitus unigenitus dicitur geuer: componitur progenies. progenitus.

Gilbus color in quo medius iter rufum & albū color mellinus.

Gimel consolatio interpretatur.

Gimnos γυμνος græce nudus: hinc gymnasium locus exercitii schola uel domus balneorū

Gymnasiū γυμνασιον locus quo nudi exercētur græce exercitium dicitur.

Gymnasiū generali exercitationū locus: tñ apud athenas locus erat ubi sapientiæ studium exercebatur.

Gymnasia uel gymnastica γυμναστική fœmininum: exercitatio uel unctio.

Gymnales habitacula ubi philosophi exercentur

Gymnologisis rationaris a græco γυμνολογ, i ζω id est exerceo.

Gymnicus: ludus est uelocitatis ac uirium gloria. cuius locus gymnasiū dr̄: cuius genera sūt quinq;: saltus: cursus. iactus. uirtus. luctatio.

Gymnosophistæ dicti: quia nudi per opacas indiæ solitudines perhibent philosophari adhibentes genitalibus tm̄ tegmina.

Gyne γυνή mulier. hic gynæceū locus ubi hītāt gyneces: græce mulieres uel uxores significat.

Gyniciume: textrinum.

Gingiuæ a gignendis dentibus dictæ. caro est q̄ dentes gignit.

Gion luctus siue luctari interpretatur.

Gipides pedestri prælio magis q̄ equestri sunt usi.

Gypsum græcū est: est antē cognatū calci signis ædificiorum & coronis gratissimum.

Gyrgillus dictus: q in gyrum uersatur: est enim mobile lignum. ex quo situla cum fune i puteum dimittitur ad hauriēdā aquā & iō sic dr̄.

Gyris græce pollinis.

Girsit mare.

Gyrus: circulus. corona. circuitus. congregatio.

Gilād id est testes.

Gisina græce angulus.
Gissus diffinitio.
Gisus labium uel terminus.
Gyth melaneyon: quod uulgo dicitur terfolium
Gith nigrum semen pni. hoc gith indeclinabile.
Gith memphis & taphnis ciuitates ægypti sunt
Glaber: tasus. mollis. lenis. caluus sine pilis
Glabella est nuditas frontis inter duo supercilia glabrion nanq; græce dicitur. qualiscunq; ps corporis pilis carens.
Glabri barbas non habentes & leues dicuntur
Glabrio. caluus.
Glaties dicta a gelu & aqua quasi gelacies. i. gelata aqua.
Gladiatores qui in spectaculis se mutua cæde trucidant.
Gladii ancipites q duo habent capita.
Gladiolus hærba dicta q sit foliis gladii similibus & thyrso cubitali floribusq; purpureis.
Gladius generalis est. sed proprie dicitur q gulã diuidat id est ceruicem. ad hoc. n. primo fcũs est.
Gladius: pugio. ensis mucro.
Gladius piscis genus dictus: q rostro mucronato sit. ob hoc naues perfossas demergit.
Glandum & hæc glandula diminutiuum pars ē intestinorum.
Glandes fructus quercus: quibus homines prius utebantur. hic glans glandis.
Glarea stricta glutinosa.
Glarea minutissimi lapides quos aqua fluuialis trahit.
Glatos. nomen insulæ.
Glaucus γλαυκοσ color interdũ pro uiridi ponitur: quia admixtum habet uiror i albũ. Item glauci oculi pro psendidi & maris glaucus color dr. sed tunc quando canescit.
Glaucus equus ueluti pictos oculos habens & quodam splendore fusos.
Glaucus piscis a colore dictus: q albus sit: glaucon. n. græci album dicunt.
Glaucuma caligo oculorum: primæ & tertiæ declinatõis glaucuma glaucumæ & glaucumatis
Glaucus quidam deus marinus.
Gleba cespes terræ dicta q; sit quasi globus.
Glebo: rusticus. arator.
Glesides genus hærbe dicta q dulcis saporis sit ipa est & pæonia. nascit in siluis.
Glibatis. ignis.
Glyphes γλυφὴ græce sculptura
Glycerium nomen fœminæ dulcicula interpretatur γλυκυ græce dulce.
Glyginza genus hærbæ dicta q dulcem radicem habeat. eadem sadipsos. quia sicientibus sitim sedat.
Glypha. sculptura græce.

Glio mollities.
Glis animal. glis terra tenax. glis lippa uocatur.
Gliris animal in arboribus nutritũ latine dictus quia pingues eos efficit somnus. nam gliscere crescere est. hyeme enim tota dormiũt. psc. hic glis gliris prisc. fœm. glis gliris aial: inde fit inchoatiuũ glisco is.
Glis glissis incrementũ. glis glitis carduus. glis glitis terra tenax. glis glitis hærba.
Glirium: torpens. stupidum. ignobile.
Glisco is it: crescit. ardescit. argumẽtat. desiderat.
Globa: iunctura.
Globellum a globo instrumentum.
Globare: aceruare: in unum congregare. adunare
Globus: augmẽtũ. spissitudo. collectio: aceruus: uolumen: conuolutum. rotunditas lumen uł ignis hic globus utrũq; compit. Virg.
Globus lunaris generis masculini.
Globosus: rotundus spissitus.
Glomus glomeris filorum aggregatio generis neutri.
Glomerare: condensare. congregare. i unum colligere.
Gloria frequens fama de aliquo cum laude.
Gloria gloriosus glorior aris tor. cõponitur. inglorius glorifico.
Gloriat: præfert se. iactat. pris. deponẽs absolutũ
Glos gloris cognata fœminuum.
Gloriosus: clarus laudabilis.
Glossa græce lingua.
Glossa græce latine aduerbiũ quia quicquid ē illud uno uerbo declarat: ũde glossarium dictũ q oium fere partiũ glossas contineat.
Glossa: petra lapis similis est linguæ hũanæ. fertur autem deficiente luna solo cadere cui magi tribuunt potestatem.
Glossema græce interpretatio sermonum. uel cõgregatio.
Glunit: exoritur.
Gluten tinis generis neutri & hoc glutinum cõiunctio: confectio quædam quia glutinat aliquid. uulgo blitens.
Glutire: haurire. uorare. absorbere.
Gluto a gula dictus ganeo pdigus luxuriosus.
Gluo is gluere cutem detrahere uel excoriare.
Gnarus: peritus. doctus. sciens. strenuus.
Gnari qui peritiam primæ ueritatis insinuant.
Gnarificationes sermones.
Gnati filii dicti quia generantur.
Gnauus id est strenuus: sollers. fortis. sapiens.
Gnens. p. proprium hominis.
Gnidus insula ex illa parte saxi.
Gnesius γνησιοσ græce legitimus filius.
Gnoitæ & tritõæ hæretici a theodosiãis exorti sũt ex qbus gnoitæ ab ignorãtia dicti: qa puersitati a qua exorti sunt id adiciunt: quia christi

diuinitas ignoret futura de die & hora.
Gnomono γνομονω est stilus hemisperii mõstrantis horas.
Gnomon dr̃ tres qlibet quadrati de aliquo quadrato ĩ quattuor æquis partito partibus fic.
Gnotum: cognitum. siue coopertum est.
Gnoscit: ẽntit. expertur.
Gnosia cretẽsia a gnosco oppido uel ciuitate magna. quæ est cretæ.
Gnosia stelle nomen.
Gnosis græce scientia.
Gnostici hæretici qui propter excellentiã sciẽtiæ se ita appellare uoluerunt animam naturã dei esse fingunt. deum aũt bonũ & malum.
Gnoti scita græce. gnoeda irriguũ græce.
Gobius piscis.
Gog & magog interpretatur tectum & detectũ gentes ubiq; significantur. in quibus diabolus nunc in abysso inclusus tegitur quia non quantũ uult nocere pmittit̃ post uero ad nocendum in aperto ueniet.
Gog & magog filios iaphet gothos quidã putant.
Gog & magog quidam gethas & massigethas suspicant̃ ppter litteras hoꝝ p̃mas uĩ aliquos barbaros: sed toto orbe significantur esse: nã gog tectũ magog detectũ tanq̃ domus & ipse q pcedit. de domo id est gẽtes & diabolus uĩ ipsæ gentes mõ tectæ. qa in eis regit̃ diabolus: & post in apertũ de operto erupture.
Golgotha hebraice latine caluariæ locus interpretatur. dictus sic quia in eo loco damnati capite truncabantur. quidam tamen dicunt eo φ caluaria adæ ibi fuerit sepulta: cũ arbea legatur sepultus.
Gamos græce γομοσ onus.
Gomer mensura.
Gomer filius iaphet: a quo galatæ id est galli.
Gomi græce nos. inde gumen.
Gomor mensura antiqua habens ut quidam putant choenices. iii. id est sextarios. xii. Alii dicũt φ sit paulominus sextariis quinq; eo: φ sit decima pars oephi.
Gongros græce latine gongrus uel gonger genus piscis.
Gonoria passio uesicæ: cum quis ueretro seminis lapsu uexatur: non enim possunt cõtinere substantiam seminis pro debilitatiõe quã nisi diligentiam habuerint: mors sequitur.
Gony γoſυ græce latine genu.
Gordien frygiæ ciuitas: quæ nunc sardis dr̃.
Gorgades insulæ oceani: quas incoluerunt gorgonas fœminea alti pernicitate hirsuto & aspero corpore: & ex his insulæ cognominatæ. distãt aũt a cõtinẽti fra bidui nauigatione.
Gorgon monstrum humanæ formæ: quod sigs uidisset in saxum mutabatur.
Gorgon interpretatur terror.
Gorgones quas fingunt poetæ meretrices fuisse crinitas serpentibus: quæ se aspicienes conuertebant ĩ lapides habẽtes unũ oculũ: quo inuicẽ utebãt̃. fuerũt uero tres sorores. id est sthẽnio curyale & medusa nnus pulchritudis forcynis filiæ quasi unius oculi: quæ ita spectatores stupe faciebãt: ut uertere eos putarẽt̃ ĩ lapides
Gorgones dictæ quasi george id est terræ cultrices γη terra εργοſ opus.
Gorgeo γεώργεω græce colo terram.
Gorgo aduerbialis interpositio: ut porro prorsus nimirum.
Gorgos græce agilis bene ergo gorgorius per agilimus.
Gorgoteron græce celerius.
Gorgoros græce celeres.
Gorrida: terribilia: metuenda.
Gorriones cum horrore sonantes.
Gorpeios nouember mensis.
Gompphoma γομφωσιε græce inflatio
Gothi a magog filio Iaphet. noiati putãt̃ de silitudie ultimæ syllabæ: quos ueteres magis gethas appellarunt q̃ gothos gens fortis.
Gothi qui & gethæ prius circa scythica regna habitauerũt. q a sedibus impetu hunnorum depulsi: transgressiq; danubio romanis se dederũt: sed dũ iniurias eoꝝ nõ sustinerẽt indignati sibi regẽ eligũt, thraciã irruunt. Italiã uastãt obsessã urbẽ id ẽ romã capiũt. post gallias aggrediunt̃: patefactisq; pyrenæis montibus hispaniã usq; pueniũt ibiq; sedẽ locauerunt.
Gothi uuãdali heruli turgilingi. q & lõgobardi e germania pdiderunt italiã inuadentes.
Gothoniel interpretatur responsio dei.
Grabarũ reclinati capitis susceptio. Nam græce kapa caput.
Gracile: subtile. tenue. fragile. macrum. strictum breue: hic & hæc gracilis & hoc gracile. or. gracillimus. gracilitas.
Gradatim per gradus: caute ordinatim. tarde.
Gradior eris gressus dicitur gradus gradatim gradiuus. Cõponit̃ trans. cõ. pro. in. ag. re. di. e.
Gradipes apd̃ græcos uocat̃ auis: quæ apud nos tarda. eo φ graui uolatu retenta nequaq̃ ut cæteræ aues attollitur.
Gradiuus mars dicitur quod gradatim incedat̃ ad bellum.
Gradus: incessus uel fastigiũ quo ascendit̃.
Gradus gradus. a gressu uel gradior.
Grafia γραφη græce scriptura γραφειν græce scribere.
Gramma littera. grafium uero scriptorum dr̃.
Grafium γραφειον stilus uel bacculus studentis.

Graculus auis a garrulitate dictus. loquacissimus enim est.
Grai: graeci.
Graica: graeca.
Graius ia ium. i. idem graecus ca cum.
Graiugena pro graiigena i. in u mutato propter geminationem.
Graiugena nae commune est a graio natus.
Gramma γραμμα graece littera uel scriptio.
Gramma graece linea: unde gramma littera dicitur quia ex lineis constat.
Grammaticus litteratus.
Gramma graece qui latine scrupulus dicitur retinet sex tomos.
Grammaticos graece grammaticus latine.
Grāmatica a litteris nomē accepit. grāma. n. graece littera dicitur. teca. reconditio. est aūt scīa recte loquendi & origo & fundamentū liberaliū litterarū. Diuisiões aūt grāmaticae artis. xxvii. a quibusdā numerant' id est partes oratōis octo. uox articulata. littera. syllaba. pedes. accentus. positurae orthographia: etymologia. anologia. glossae differentiae. barbarismi. soloecismi uitia metaplasmi schemata tropi: prosa metra fabulae historiae.
Gramen graminis genus herbae dictum: quod germinetur: hinc omnis haerba gramen uocatur.
Graminor aris graminatur gramen mittit.
Granis pituita oculorum.
Grande ad corpus pertinet magnū uero ad aīam hic & haec grandis & hoc grande ior simus.
Grādis uel grandi natu nobili natu maior natu.
Grandaeuus: senex. grandis. aeui maior. antiquus
Grandiloquus maximus locutioris modus & sensus quasi grandia loquens.
Grandis: magnificus. excelsus. grandior grādissimus. tas ter. Componitur grandaeuus. grādiloquus: grandiloquium grandisonus.
Granditer: uehaementer.
Grando significat obiurgationes.
Grando dicta quod forma eius granorum habeat similitudinem: haec sicut nix uentorum rigore in nube duratur. ruptoque aere soluitur haec grādo dinis.
Granomastix: arboris lentisci gutta est dicta quod in modum granorum fit.
Grapho γραφω graece scribo uel sculpo.
Grassari: latrocinari uexare. animi crudelitas est.
Grata: decens. festiua. amabilis. quasi gratiae data
Gratari: gratulari. gratum futurum sperare.
Grator deponens.
Gratio: crudelitatis uoluptas.
Grates: supplicationes. gratiarum actiōnes pl'r: in s'o actō grates non plus.
Grates deo: grāe hominibus aguntur.
Gratis aduerbium id est sine merito ex dono.
Gratia dr' gratis data: quae sine praecedenti merito nobis a christo donatur.
Grae tres dicuntur. Euphrosyne quae interpretatur diuitiae. Euryale quod pulchritudo. Agalie quae sapientia.
Gratificus ca cum. gratū faciens bonum dr' aptus acceptus.
Gratificari: largiri. impartiri.
Gratificatus: gratiam largitus.
Gratiosus dr': qui plus unicuique quam meretur tribuit multorum amicorum amicus.
Gratus ta tum: acceptus. iocundus. pbatus amabilis.
Gratus ior simus.
Gratissimus anima & corpore dr'.
Gratuitum: gratis datum.
Gratulari: laetari.
Gratulor pariter cum alio & gratias ago significat.
Graticula: in qua assantur homines.
Grates que cōtexit' ex uiminibus.
Grauare: onerare. premere.
Grauis primitiuū dr': inde grauior grauissimus tas ter. grauida. hic & haec grauis & hoc graue hic & haec grandis & hoc grande: & grando. & uerbum grauo.
Grauis: honestus. honore dignus. plenus. ponderosus. seuerus.
Grauesco scis inchoatiuum.
Grauis pro constantia & consilio dictus: quia non leui motu dissilit sed fixa constantia & grauitate consistit cui contrarius est leuis.
Grauitas ex pondere animi & sententia constat grauitudo autem corporis est.
Graue natura. grandum uero ex accidenti dicit'. id est ponderosum.
Grauida est: quae proxima partui est. pregnans uero est quae concepit.
Grauiter: uehementer. dolenter. aegre. moleste.
Iactura dánũ: sed tñ hoc differũt q ia. turá scientes & ultro patimur: danũ uero i solito & ex i prouiso.
Iactura p̃prie dánũ quod i mari fit dũ periclitantes oia iaciunt. unde & iactura dicit̃.
Iactuarius est q iactura frequẽter patit̃.
Iaculũ a iacio missile telũ: ut lancea uel sagitta. i. de iaculo as at.
Iaculũ iactus uel gladius uel tessera.
Iaculũ genus piscatorii retis a iactãdo dictum.
Iaculare: mittere. sagittare.
Iaculus serpens uolans. exiliũt enĩ i arboribus & dũ animal uiderit iactant se super eum: & perimunt unde & dicunt̃.
Iachus idem & bachus.
Iader fluuius qui fluit a græcia in hadriaticũ trisyllabum facit Lucanus.
Iaphet iterpretat̃ latitudo. ex eo enĩ populus gẽtiliũ nascit̃ & qa lata est ex gentibus multitudo credentium.
Ialis id est uniuersalis.
Iair interpretatur illuminans.
Iam aduerbiũ temporis graué hẽt accentũ i uersu ut oia fere monosyllaba p̃positiua: p se aũt acutũ nisi écliticũ ei adiũgat̃. nã tũc accent̃: iã aduerbiũ tp̃is post hæc modo traíactũ est.
Iambus pes dictus a græco ιαμβιζειν quod é detrahere: huiusmodi enĩ carmine omnes inuectiones uel detractiones soliti sunt dicere. Cóstat uero hic pes ex duabus syllabis breui & longa ut pareus.
Iambica metra a iambo pede dicta: quẽ recipiũt paribus & iparibus locis. nã paribus locis tñ suscipiũt iambũ & tribrachũ p̃ter nouissimã & apud comicos anapæstũ: uitãdo tñ multarum breuium iuncturam: imparibus uero recipiunt & heroicos pedes id est nõ solũ iãbũ & tribrachum sed etiam dactylũ spodeum &

anapæstũ. Quod metrũ non solũ senariũ sed et a tetrametrũ inuenitur. Sic tetrametrũ reci pit oibus locis iambũ spondeũ iparibus locis tũ. ultima uero syllaba indifferenter est: ut senex fidelis. prima credendi uia est abraã A solis ortus cardine. Deus creator omnium.

Iambelegum idem pentametrum.

Iamdudum iamdiu. paulo ante. respondentis ẽ aduerbium: q̃diu interrogantis.

Iannes interpretatur marinus: siue ubi est signũ defecit. n. signum eius corã signis moyse: unde magi dicunt hic est digitus dei.

Iamq; etiam. adeo. etiam forte.

Iam: ex eo tempore.

Ianiculus mons in urbe roma trans thyberim. uel oppidum italiæ.

Ianitor: ianuæ custos.

Ianitrices duorum inter se fratrum uxores uocantur: quasi eandem ianuam terẽtes.

Ientaculum græce agratissima. primus cibus de quo ieiunium soluitur. unde & dicitur: nam iã e reprandere: dicitur.

Ientato: gusto ante prandium.

Ianua a Iano quodam dicta: cui gentiles omnẽ introitũ uel exitum consecrauerunt. Est autem primus ingressus domus uel uillæ.

Ianus a paganis deus dr: quasi mundi uel cæli uł mensium ianua. Duas facies iano faciunt: propter orientẽ & occidentem. Cum uero faciũt quadrifontem: ad quattuor mũdi partes: siue quattuor tempora uel elementa refertur.

Ianuarius mẽsis a ião dictus uel q̧ limes & ianua sit ãni. ipse enĩ principiũ & finis est ãni.

Ianuariũ & februarium. Numa pompilius addidit; duodecim mensibus annum complens.

Ianuarius græce seddoneos. hebraice thebet.

Iapix iapigis: uentus ab occidente.

Iapigis itali filia fuit.

Iapix: uelox.

Iapis iapidis nomen fuit etoli: qui ad uenetiæ partes uenit: a quo uenetia iapidia est dicta.

Iapides: spolia.

Iacynthus est cerulens uirore mixtus: cuius decora facies mutatur ut tempestes. uitam signat angelicam discretione præditam.

Iair mensis secundus. id est aprilis.

Iatus animal quod perforat crocodilum.

Idas uocatur apud hebræos mensis secundus.

Iaspis gemmæ species uiridis fulua.

Iatheos byzantinorum lingua iulius mensis.

Iath hebraice manus dicitur.

Ibyx ibicis gẽus quadrupedis. ibyces dicti quasi auices: eo q̧ instar auis ardua teneant & ĩ sublimi habitent ita ut uix hũanis obtutibus cerni possint: qui si quãdo aduersitatem aĩaliũ uel hoium pẽsenserit de culminibus saxoꝝ sese p̃cipitantes suis se cornibus illæsã suscipiunt.

Ibidem: in eodem loco.

Ibis ægyptiaca lingua ciconia.

Ibis auis ægyptia immunda ẽ præ omnibus uolantibus quoniam morticinis cadaueribus sẽper uescitur iuxta littora maris uel fluminum.

Ibis auis nili se meipsam purgat rostro aquam ĩ anum infundẽs. hæc ouis serpentium uescit᷑.

Ibiscus hærba mollis uel genus frondis qui ĩ arboribus nascit᷑: & hyeme aialibus cibus dat᷑.

Ibiscus genus uirgulti.

Ibrida dicit᷑ natus ex ignobili p̃re & nobili m̃re.

Ibidem uocant qui ex apris & porcis nascitur.

Ibus antiqui dicebant pro his illis.

Icarus Dædali filius cretensis ut fabulæ ferũt alta petẽs pẽnis calore solis solutus mari ĩ quo cecidit nomen imposuit icareum.

Icarea insula de cycladibus una quæ icareo mari nomen dedit. hæc inter samũ & myconium procurrentibus saxis inhabitabilis est & nullis finibus portuosa. dicitur autẽ icarum naufragio ibi interemptum nomen imposuisse loco.

Icinus marinum animal. a terestri icino nomen traxit: quem uulgus ericium uocat.

Icio icis & ico iois penultimam' præsentis corripit. ici ictus.

Icit: ferit.

Ichthyophagi gens orientis dicti quod uenãdo in mari piscibus tm̃ alantur. hi post indos mõtanas regiones tenent: quos subactos. Alexander piscibus uesci prohibuit.

Icius græce piscis.

Icon græce imago.

Icones: imagines.

Iconia: imago.

Icon saxum quod sonum captãs etiam uerba loquentium imaginatur.

Icneumon serpens est græce dictus: q̧ odore suo & salubria ciboꝝ & uenenosa prodat.

Icon ẽ imago cũ figurã ex simili generẽ conamur exprimere.

Icon ẽ psonaꝝ inter se uel eoꝝ q̃ p̃sonis accidũt cõparatio ut apud Virg. Nõ aliter q̃ si immissis ruat hostibus omnis carthago.

Icosædru in aqua humiditas.

Icosina: figura.

Ictericos græci noiant a cuiusdam aialis noie qd᷑ fertur coloris fellei. hũc morbũ latini arcuatũ dicũt: Varro uero ait a colorẽ auri appellari. idẽ est & regius.

Ictericus hydropicus.

Ictus ictus: percussio.

Ictus cta ctum ab icio iois.

Ictus p̃p̃e sũt flagelloꝝ ab agitando dicti.

Ictusia græce elementa.

Ida sylua uel mons in frygia iuxta troiam.

Idalius mons ueneri cōsecratus uel lucus ī cypro

Idan græci uocant inflationem uentris.

Idcirco propterea.

Idæa exēplar sicut plato asseruit cō discipulis. Nā tria principia cōstituerūt omnium .i. deū: idæam .i. exēplar, & materiā: quā græci uocant hyle.

Idæas dixerūt ipsas exēplares species quæ fuerūt in mente diuina cū istas natiuas spēs faceret. Nam illas idæas in mēte diuina aut ī archetypo mūdo semper esse dixerunt.

Idæa dicitur mater deorum quia in ida primum sit uenerata a romanis.

Idæa græce exemplar. proprietas. consuetudo. forma.

Ideæ dicunť originales species rerum.

Ideas plato quasdam esse dicebat id est species ī corporeas: substantiasq; constantes per se. ab aliis substantiæ ratione separatas ut hoc ipsū homo uel aīal quibus ideis participantes cæteræ res animalia uel hoīes fierēt. at uero aristoteles nullas putat esse substantias extra sed intellectū similitudinē plurimorū inter se differentiū substantialē genus putat eē uel spēm uel hominis uel eq uel platonis uel ciceronis.

Ideī species ē cū futura āte oculos reducimus.

Idem componitur ex id & demum: est autē masculinū & neutrum: sed masculinum producit penultimam. neutrum uero corripit & est relatiuū: quod iterpretať apud græcos αὐτὸς idem ipse uel hoc ipsum.

Identidem idem ipsum uel iterū uel ipse ille iterū atq; iterum crebro.

Identitas unitas. identidem neutrū geminatū ē .i. idem & idem: cuius obliqui deficiunt.

Ideon ἴδιον græce proprium. inde idioma .i. proprietas.

Idæum id est phrygium ab ida.

Idia ἰδία græce propria.

Idida dictus: quod dilectus deo & amabilis: quo nomine dicitur Salomon.

Idylion opus paucorū uersuū: sicut apud theocritum syracusanum.

Idin ἰδεῖν græce uidere.

Idna græce tubera.

Idiopathia græce dicitur passio ex se in se reciproca ut petrus diligit se uel itrinsecus ut feruco caleo & cætera.

Idioma proprietas uel consuetudo: nā ideon .i. proprium græce uel prouerbium.

Idiota ἰδιώτης imperitus græcum & inscius stolidus.

Idiota propria uel rustica lingua contentus.

Idiota rusticus. indoctus. ignarus sine litteris.

Idirum interpretatur transiliens u l saliens eos. Quosdam enim inhærentes humo & ima cogitantes transiliunt canendo. proprium est.

Idolatria græce idolorū cultura: siue seruitus. Nā latria latine seruitus dr: quæ quantum ad ueram religionem pertinet: non nisi uni & soli deo debetur.

Idolatra dicitur qui idola colit. cōmune ē.

Idolum ex dolo nomen accepit: q; diabolus cul tū diuini amoris uł honoris creaturæ iuexit.

Idolum est simulacrum quod humana effigie factum & consecratum est iuxta uocabuli interpretationem. idos enim græce formā sonat: ab eo est per diminutionem idolum deductū quod apud nos formulam facit. Omnis igiť forma uel formula idolū se dici exposcit. alias dicitur qui ignorant græcum.

Idolotitum: idolo datum uł immolatum.

Idoneum: perpetuum. interemptibile. acceptum.

Idris aīal qđ ī nilo flumie gignit. hoc ferť crocodilo dormiēti p os aptū isilire cuius ide uiscera dilanians eo tandē mortuo uiuus exit.

Idros: diabolus. seruus.

Idrus fluuius formosus iuxta hadriaticum mare.

Idume ciuitas. Idumæa regio ī q̄ palme abūdāt Virg. p̄mus idumæas īferā tibi māntua palmas

Idumææ ciuitas fœnicum. ubi palme abundant.

Idumæa ciuitas palmifera interpretatur terrena.

Idumeæ palmæ ab idumeorum regione: ubi plurimæ sunt.

Idumæi ab edom filio esau exorti sunt.

Idumæus interpretať sanguineus uel terrenus.

Idus ab edendo pleriq; latinorum dici putant: q; hi dies epularum apud ueteres essent.

Idus a diebus ductæ ut nonas a nundinis.

Idus græce latine cor uel medietas mensium uł dř diuisio nostra lingua ab edendo.

Idus dř diuisio scilicet mensis. iduare enim diuidere dř: uñ uidua dř a uiro diuisa: ubi enī sequens mēsis nonari icipit. hæ idus p̄r sēp decliať uñ idui sicut & oīa nomina pene festorū d erum

Iebus ipsa est hierusalē ipsa & salem: a iebuseis iebus postq̄ eam cœperūt dicta.

Iebuseus filius chanaā: a quo iebusei.

Iechonia præparatio dñi interptetatur.

Iecur ficatum.

Iecur iecoris uel iecocineris quod uenire uidetur a nominatiuo iecocinus quod nō est in usu & robur roboris & ebur eboris & femur femoris generis neutri: pro u o habent in obliqs.

Iephone interpretatur conuersio.

Ieiunia: ieiunia intestinorū dicunť .uñ & ieiuniū.

Ieiunus ua num: sterilis infructuosus.

Ieiunū parsimonia uictus: abstinentiaq; ciborū dictum ex quadam parte uiscerum tenui semper & uacua quæ uulgo ieiunū dicitur.

Ieiunū & statio dř: differt tamen. Nam ieiuniū est cuiuslibet diei abstinentia non secundum legem sed secundum propriam uoluntatem

Statio autem est obseruatio statutorum dierũ his tertiũ ieiunii genus qdã adiciũt: quod xerophagiã ξηρος siccus φαγῶ comedo dicũt id est abstinentiam ciborum humentium.

Ieiunioꝝ tempora quattuor sunt secundũ sacras scripturas id est primum quadragesimale ex ieiunio moysi & heliæ atq; christi. Secũdum iuxta canones post pẽtecosten alio die ichoatur iuxta quod moyses ait: initio mensis ordinam facietis uob s hebdomadas septẽ. Tertiũ quod a iudæis agebat̃ post tabernaculorũ solẽnitatem: quod ecclesia decimo die septẽbris mensis celebrat: sicut in lege scriptũ est. Decimo die mensis septimi humiliabitis animas uestras in ieiunio. Quartũ calendaꝝ nouembrium ẽ quod diuina auctoritate & Hieremie testimonio declaratur dicente domino. Tolle uolumen libri: usq; ad illud: Factum est in mẽse nono prædicauerunt ieiunium oĩ populo.

Iemini: dexter interpretatur.

Iepte: aperiens uel apertura interpretatur. iudex ĩ israel fuit.

Iepaticæ sacerdotales littere apud ægyptios.

Ier & erana hebraice iunius mensis.

Ieremias interpretat̃ excelsus domini: pro eo q; dictum est: constitui te sup gentes & regna.

Ierico ciuitas a iebuseis condita traditur: inde & nomen traxisse dicitur. hæc subuersa ẽ a romanis cum hierusalem obsideretur.

Iericho interpretatur luna.

Ierecontinus murus mundi ambitus.

Ieroboam interpretatur diiudicans populum uł diiudicans super nos. ieroboã iudicatio: siue cã ppłi: uel ut quidã aiũt diuisio ĩterpretat̃. qa ĩ regno eius diuisus fit populus isrł a dauid.

Iessai interpretatur insulæ holocaustum uel sacrificium.

Iesus hebraice. græce σωτὴρ soter latine salutaris siue saluator interpretatur pro eo q; cunctis gentibus salutifer uenit.

Ieu interpretatur ipse uel est.

Iphigenia soror orestis est.

Igitur collectio coniunctiua uel rõnalis sicut ergo itaq; quin: alioqn. imo. utiq;. atqn. hæc .n. p relationẽ colligũt sensum supradictum.

Ignarus: inscius. rudis.

Ignarium: unde ignis excitatur.

Ignauus: ignarus uiæ. idest rationis & uitæ. uł sine naribus: olfecisse eni ueteres fecisse dicebãt.

Ignauia: cum ignorantur artes corporis.

Igneus est qui ex igne constat naturaliter ut sol. Ignitum uero quod ex accidenti & tẽporaliẽ ut ferrum.

Igneus: spiritualis.

Ignescunt ardescunt.

Ignearius: ignem continens.

Ignigena: ex igne genitus.

Ignis sacer. ulcera pessima: quæ & carbunculi.

Ignis est inuiolabile elementum assumens cũcta q̃ rapit q græce φλοξ ἢ φῶς flox uel phos dr. Nã ignis ipsa est flãma. Qineqd ante ignem fouet focus est. Iuxta quoldã ex igne creat̃ cũcta: cum sine calore nihil nascat̃. sup aerem purus ignis dr cælum eẽ. iste uero ignis. qui sua natura sursum nitendo incedat: appetitum tñ in cæleste habens in superiorem tranqllitatẽ nõ potest euadere: quia multo aere superatur & in eum conuersus extinguitur.

Ignis calidus & siccus: calore aeri siccitate terræ sociatur. Est autem acutus mobilis leuis.

Ignis dictus q; nihil gigni possit ex eo.

Ignis significat spiritum sancte ardentẽ uel charitatem uel tribulationem.

Ignitus: igneus. ignem habens.

Ignitus ardentior uel acutus.

Ignipotens uulcanus dictus: quod potentiã habeat ignis.

Ignobilis: non nobilis. obscurus. contemptus.

Ignominiosus q dãnat̃ & de exilio reuocatur.

Ignominia potestate alicuius imponitur. infamia autem multorum consentiente sermone.

Ignominia a nomen nominis. addita a fit ignominia.

Ignominium dictum q; desinat habere nomen is qui in aliquo crimine deprehenditur: quasi sine nomine.

Ignorare: nescire.

Ignotus: infinitus.

Ignota pecunia infinita.

Ignotus obscurus. nulli notus.

Ignobilis. inertus.

Ignosco scis scit.

Ignouit mitigauit. concessit. pepercit.

Ignoscere: parcere: quasi non noscere.

Ii pro iui sicut ierat pro iuerat ab eo is. cuius imperatiuum i eat facit.

Ilis fluuius græciæ.

Ileia syriace september mensis dicitur.

Ille pronomen potest & in loco aliquo lõge posito esse demonstratiuũ & relatiuũ: nĩ idem eẽ & cũ significantia aliqua pferi tur sic iupiter ille mouebat. ille græce dicitur ἐκεῖνος.

Illecebrosus: fallax. insidiosus.

Illecebræ suasiones. uoluptates. blanditiæ.

Illecebra etiam singulariter inuenitur.

Illectio: oblectatio.

Illectat: illicita persuadet. illigat.

Illectus: seductus: inductus: omĩa enim ista sũt ab illicio illicis. illexi illectus illecto tas. illecebra illecebrosus. illectio.

Illepidum:insuaue.
Illætale:immortale.
Illætabilis semper tristis.
Ilex genus arboris ab electo dicta. huius enim arbons fructum homines primũ ad uictum sibi elegerunt idest glandem.
Ilex ilicis. unde iligna glans.
Ilex incitator. prouocator. ab illicio cis. communis uel omnis generis.
Ilia exilia laterum.
Ilium a græco ιλιοσαο ιλιαι idest uoluere quia ibi obuoluimus nos.
Ilia mater fuit romuli: quæ rhea uocitata est.
Ilian fœminini generis.
Iliaci: troiani.
Iliades troianæ matres.
Ilias: forsitan.
Ilithia lucina a loco.
Ilium troia græce ilion: unde hæc ilias iliadis & pluraliter hæ iliades.
Ilione priami filia.
Iliostrophon græce malua syluatica dicitur. eadẽ & alcea.
Illibata: incontaminata. intacta.
Illi similis ad uultũ refert᷑. illius similis ad mores
Illicet. actum est. sine dubio. continuo. scilicet.
Illico: continuo. confestim. subito. statim. aduerbium temporis.
Illicere. attrahere. decipere. puocare. in fraudem. seducere.
Illicio cis illexi illectum.
Illiginum proprium loci.
Illinc inde. de loco significat. sicut illic in loco.
Illuc ad locum. illac per locum.
Illinguis: mutus.
Illiccine ex ille & hiccine componitur pro illicie.
Illimus sine limo clarus.
Illino. nis. illiui. illitũ: unctum. perfusũ. actiuũ ẽ.
Illyria regio uicina italiæ iuxta hadriaticũ mare.
Illicus sinus illyriæ portus.
Illido dis illisi illisum: impulsum. fractum.
Illyricum regio hadriatici maris.
Illyricum generaliter omnis græcia est.
Ilium urbẽ ilus apollinis filius i phrygia cõdidit
Ilus assaraci frater qui ilion condidit: unde nomẽ accepit.
Ilua syrorum lingua september mensis.
Illudetanum hebraice september mensis.
Illustris nomen noticiæ ẽ. dictus quod clareat multis splẽdore generis uel sapiæ uel uirtutis.
Illustris clarus, conspicuus. manifestus.
Illustrare nobilitare. clarificare. illuminare.
Illuuies e: squalor. immundicia: morbus sordes.
Illuuies sordium est. a diluendo idest lauãdo in: gluuies uero uentris.
Illutus: sordidus.

Illuminat: lumen præstat. clarificat.
Imago: ubra ostensio. figura similitudo personæ
Imago dei est imaguncula similitudo modica.
Imber pluuia. nunc aqua marina alias fluuialis.
Imber lẽta & dẽsa pluuia ομβροσ græce dictus quod terram. inebriet. hic imber imbris: unde cõponitur september & cætera.
Imber ad nubes & ad pluuias ptinet.
Imberbis non dũ barbatus. imberbus antiquus.
Imbecillis quasi sine baculo languidus. & fragilis.
Imbellis: infirmus nõ. fortis: quasi nõ bello aptus
Imbrices tegulæ dicti quod capiant imbres hic imbrex cis.
Imbrumari dicuntur quibus fastidium est ciborum. broma βρωμα. edacitas est.
Imbrutus. sine intelligentia. imprudens.
Imbuere: instruere. imniare. incipere. iniciare.
Imbuit dicitur ab ara noua primo sacrificio desiccata.
Imbulli dicti uel quia sub uolumine sunt uel quia sub his ambulamus. sunt enim plateaũ porticus hinc inde.
Imbumentum: documentum.
Imbutus: doctus.
Immagistratus: in honore positus.
Immanis: non bonus. Nam mane ponum est uel non manu assuetus idest i mansuetus crudelis. igens. informis.
Immane asperum: nam manum bonum antiq dicebant.
Immane hispidum. horridum. ingens plus a mensura.
Immanior crudelior.
Immature: acerbum. inconsideratum. festinatũ
Imerios græce dies atq; nox æquinoctialis circulus.
Imerobaptistæ: hæretici ideo dicti quod die uestimẽta & corpora lauant.
Immemor qui oblitus est. ignarus uero q iscius
Immendat: deprauat.
Immensus dicitur q omnem modum metiẽdi transcendit.
Immensus dicitur deus: quia concludit cuncta ipse a nullo concluditur.
Imminet: altior est. instat. desupfundit.
Immittit interponit. incitat. inflãmat.
Imitari: simulare aut sequi.
Imitor penultimã & antepenultimam compit.
Immobile stabile. ratum firmum.
Immobilis qui penitus moueri non potest immotus uero qui nondum mouetur & tamẽ moueri potest.
Immune: improbum. culpandum uel munere liberandum.
Immodicus inanis. uentosus. uanus.
Immodestus. impudens improbus. petulans.
Immolare ueteres dicebant: qñ uictimas i mole

altaris ponẽtes ignẽ sacrificii subiiciebãt. Nũc autem immolatio panis & uini conuenit.

Immolator: sacrificator mulierum stuprator.

Immo potius aduerbiũ eligendi.

Immo uero. hoc iam uero.

Immo coniunctio collectiua uel ratiõalis sic: aut est sanus aut æger: sed non est sanus. imo est æger.

Immortalis dicitur deus sicut de eo scriptum est qui solus habet immortalitatẽ. quia in eius natura nulla est cõmutatio. Nam oĩs mutabilis nõ inconueniẽter mortalis dr̃: secundũ quod anima dicit᷑ mori: nõ quia mutet᷑ ĩ corpus uł in aliquá alterá substantiá sed in ipsa sua substantia: quicquid alio modo nunc ẽ aut fuit: secundũ id quod desinit eẽ qđ erat: mortale utiq; depræhenditur. ac p̃ hoc solus deus imortalis dicitur: q̃a solus incõmutabilis.

Immortalitas: incõmutabilitas.

Immundus est qui cum uxore sua dormierit: uel mortuũ tetigerit. nõ m̃ ideo peccator est.

Immunditia uocatur omnis incontinentia genitalium membrorum.

Immunis sine munere.

Immunis: minime munificus uel qui non facit munia id est officia: quia uacuus dicitur.

Immunis: intactus. illibatus.

Imon græce ceruix.

Impacta: impulsa. ab impinguo gis.

Impalasti: impugnasti.

Impandũ nota esse aduerbium: ut donatus dicit

Impãs. i. mãu regis seruus dimissus. extraneus ẽ.

Impar: inæqualis. ĩfimus. uel sine pare. ĩparilitas.

Impaneus: ubi nihil nascitur.

Impassibilis dicitur deus: quia perturbationibus nullis afficit᷑: quibus fragilitas hũana succumbit. uidelicet iracũdia ĩuidia & reliq̃s sed cũ irasci aut tale aliquid di: nostro usu dicitur.

Impatibile: quod quis pati non potest.

Impatiens: sine fræno.

Impedire: detinere. frustrari: quasi in pede dare.

Impegi: deueni. ab impingo gis.

Impendens: imminens.

Impendium: impensum. erogatio.

Impens: græce profugus.

Impensum: erogatum. largitum uel magnum.

Impenetrabile: inaccessibile. nõ transibile.

Imperare: iubere.

Imperatiuus modus dictus: q̃a ipso ĩperamus aliis ut faciãt aliquid uel patiant᷑ & cætera.

Imperatores apud ueteres dicebant᷑: qui in nũero præerant: postea uero ille tm̃ apud quẽ summa rei militaris consisteret. sed dũ diu duces titulis imperatoris fungerentur: senatus censuit Iulii cæsaris hoc tm̃ nomẽ esse: quod & sequẽtes cæsares habuere: ut hoc nomine distinguetur a cæteris regibus.

Imperium: potestas. iussio. perpetuum regnum.

Impero as. unde imperator imperiũ. ĩperialis imperiosus imperiosior & ĩperito frequentatiuum componitur ex in & paro.

Imperitat: frequenter imperat.

Impellicatus: concubinatus. a pellice.

Impersonalia quæ ex se nascuntur deficiunt futuro infinito: ut pudet.

Impersonale uerbum dictum quia persona sola deficiat quæ si addatur perfecti uice fungitur: ut legitur a me pro ego lego.

Impersonalia uerba cum per se infinita sint: personarum & numeroꝶ adiectõne pronominũ finiunt᷑ & loco perfectorum p̃ oẽs modos accipiuntur ut currit᷑ a me ꝓ ego curro. frequenter tñ sine ꝓnomine ꝓferunt᷑ & ipsũ actum significãt: ut currit᷑ ad uocẽ id est cursus fit: sed habentia passiuã uocẽ ablatiuo uel datiuo more passiuoꝶ iungunt᷑ & intransitiue intelligũtur: ut currit᷑ a me uel mihi: Actiuã uero hñtia si sint a pfectis uerbis eoꝶ constructionẽ seruãt: ut iuuat me q̃a iuuo te. placet mihi q̃a placeo tibi: cætera uero datiuo copulant᷑: & ĩtransitiua sũt. ut licet uacat libet mihi. Quæ uero nõ habent primas uel secundas psonas: q̃ pauca sũt uel datiuo iungũt᷑ ut modo dictũ ẽ. uel accusatiuo: ut oportet i lñ scire sicut decet illũ Ná deceo illum dicimus. Debet quoq; impsonale accipit᷑ cũ fieri iunctũ & tũc maxime subiunctiuũ sequitur. Debet fieri a me ut auctores legunt᷑: licet tñ p̃ ecclipsim datiui ea dicere ut placet me libet uacat: uel etiã ipsius accusatiui: ut placet dicer: uacat audire miseret pudet exceptis his quæ accusatiuũ & genitiuum sil᷑ assumũt: pœnitet pudet piget miseret me illius. Duo uero cum genitiuis aliorum applicãtur: quinq; tamen pronominum ablatiuis cõstruuntur: interest refert martini: mea tua sua nostra uestra.

Impartit: donat. imbuit. largitur. & partes dat.

Impartio & impartior dicitur. a partior componit᷑ impartio tis tiui.

Impetrare: obtinere. accipere. mereri.

Impes is id est impetus. ab impeto.

Impetigo: sicca scabies. prominens cum aspitate rotũditate formæ. & mẽbrorum decorem fœdat.

Impetus: animi feruor. incursus: impressio.

Impetere: incurrere. insilire.

Impiger: uelox. alacer. expeditus. industrius. agilis.

Impilasti conuicio. pro cædisti uel castigasti: impugnasti.

Impingo is it: offendit. incurrit. cadit. expellit. impellit.

Impingo gis impactum.
Impinguo uas:pinguẽ facio.significat lætificare.
Impius pro infideli ponitur:dictus q̄ sit a pietate religionis alienus.
Impius quisquis a firmitate fidei recedit:peccator uero qui praua actione fœdatur.Est igitur omnis impius peccator.non omnis peccator ipius.inde impietas.
Impius in parentes.Tul.
Impius in deum:peccator in se:pestilens in proximum.
Implacata.intuta isidiosa inquieta.suspecta isida
Implastrum dictum eo q̄ inducatur
Implere:saturare.
Implexa : innexa.
Implicare.illig. re.irretire.ipedicare.
Implico as cui implicitus
Implicascere:implicare.
Implorat:cum fletu inuocat:uel rogat.inquirit.
Impluuium solarium irruens pluuia tectum unde ruit pluuia.
Impolio is impoliui protraxi
Impolitus.imperitus asper incompositus inconditus. detentus.
Imponere est rem aliquam corporalem uel icorporalem alteri rei supponere.& per fraudem facere dicitur uel simulationem decipere unde impostor uocatur:cum aurum & argentũ uiliori metallo adulteratur.
Impopularis.inusitata.
Impopulabile uero illæsum
Importitor quidam deus a paganis agricolis habitus est
Importunus:inquietus:qui non habet portum idest quietẽ sine opportuno
Importunum dicimus in quo nullum refugiũ nauium quasi nullus portus
Impostura fraus:quasi superimpositura
Impostor:stropharius.strophosus.
Impos:non potens pusillanimus.
Impotens . sine potentia:interdum prepotens
Imprecari:maledicere .deprecari .expugnare.
Imprecatur:optat.intente rogat maledicit.
Impræceps in depressum in profundum in præcipitium .
Improbare:obiicere criminari.uituperare.
Improbus:importunus. impudens.inimicus.
Improbus dictus:q̄ etiam instet prohibenti.
Improuisus ĩ anteuisus:sed subito.improuidus uero non sibi prouidens.
Imprudens:incautus.segnis. secors non prudẽs
Imprudenter inconsiderate.insolenter .ipottune
Impubes bis:puer imberbis.ephebus.cõmune.
Impudẽs dictus q̄ ab eo pudicitia & pudor procul abest:contumeliosus inuerecũdus irreuerẽs.
Impudicus a podice uocatus:pudorem enim & fetorem dicit:qui turpitudinem refert.
Impudicus qui turpitudinem flagitio ifert impunis uero qui patitur
Impudicus.spurcus.corruptor adulter.libidinosus obscœnus.
Impulator concitator
Impulit:coegit.percussit.impegit.
Impello is impuli impulsum actiũ impultum p impulsum.
Impurus: coinquinatus.pollutus turpis.fœdus qui patitur turpitudinem.
Impune:sine poena.sine uindicta.aduerbium.
Impunitus qui poenam euasit.impunitor idẽ cõparatiuum.persius.
Impuritas:nenia.
Impuratus:impurus semper.
Imus ma mum:nouissimus.infimus. extremus. minimus.
Imus uero uerbum plurale ab eo is.uadimus.
In præpositio quando εἰσ uel κατα idest ad locũ uel contra significat accusatiuo iungitur:ut in urbem uado.in adulterium ducor. inuenit etiã p ad cũ hoc casu:cũ dĩ impulit in latus p ad latus:quando uero pro ἐν grꝛca præpositione ablatiuo seruit:ut in italia sum:in tempore ẽ.i loco ẽ.i illo ẽ.& ẽ localis tẽporalis psonalis:in compositione modo est priuatiua: ut indoctus infirmo:modo intentiua ut ipimo. Quidã dicũt pro pp ut in hoc ueni: & p cũ:ut in baculo meo transiui.p per:ut in urbẽ curro.In cõtra retiet:nec nõ ad priuat & auget In ꝑpositio modo significat ualde:ut icrepuit modo non ut inualidus:modo inter:ut bñdicta in mulieribus:modo aduersus ut tres in duo diuiduntur:modo p spatio temporali.& significat usq;ut a mane in noctem .
Ina ei ꝑtẽ grꝛce ut.
Innare:natare.transmeare.inde innabilis non habilis ad natandum.
Inaccessus sus:quo non acceditur.
Inaccessus a um participium sine origie uerbi.Nã accedor non dicitur.
Inachus achaiæ amnis a thessalia exit argolicos irrigãs campos:quẽ inachus rex a se nomiauit.
Inhalare redolere.flagrare .
Inanis uanus:nim nullam habens.sine causa.cõponitur ex in & anus.inde fit inanio inanis & inanitas:componitur exinanio .
Inarime insula regionis eiusdem:quam alueriam uocant.
Innatum:intus natum:quod non leuiter separatur .
Inaures ab aurium foraminibus dictæ:quibus ꝑciosa lapidum grana dependent.
Inauspicatus qui non est initiatus.
Inauspicato:sine requisitione.ex improuiso.

Incalere:ualde feruere.

Incana:ualde cana.iuuenalis.

Incanigenia:primigenia.

Incantare uerbis magicis constringere.

Incantator:qui artem incantandi uerbis peragit.

Incapitatum:sine capite.

Incautus:improuidus.

Incastraturæ.tabularum compaginationes.

Incassũ:irritũ frustra.infructuosũ sine causa.

Incelebris:desertus.

Incendere:exurere.excitare.

Incenctis:in gyro.

Incensum dictum quia igne consumitur dum offertur.

Incentiua:desideria carnis.stimuli luxuriæ.ab incitando dicta.

Incentiuum:irritamentum.aculeus carnis.cupiditas uinorum.

Incentor:suasor.stimulator.ab eo q incendat.

Incentiua.incitamenta.inflãmationes.

Incertus:dubius.obscurus.

Incessere:inquietare.redarguere.accusare.

Incesso is sit inuasit ingruit.

Incedo is incessi.

Incestare:coinquinare.polluere.

Incestus.tus in uirgines:in uiduas sacratas uel ꝓpinquas sanguine constitutum est. dictum ẽ autẽ quasi incastum uel απο του κεστου zona pellicia ueneris quæ legitimas nuptias ligat:si quis igitur legitimi matrimõii iura uiolauerit incestus dicitur.

Incestus a um qui facit incestum:incestus tus uero uitium.

Inciere:parere.initi.a ciendo & inuocando proximos.

Incipare:inuoluere.

Incipit:inchoat.initium sumit:componitur ex in & capit:quasi in capit:id est initium capit. nõ a cœpit.

Incincta sine cinctu:quia precingi fortiter uterus non permittitur.

Incircumscriptus termino carens:qui circumclaudi nequit.

Incitare:cõmouere.ꝓuocare.cõponit̃ ex i & cito

Incitamentum:inflãmatio.prouocamentum.

Inciti dicuntur egentes homines:quibus spes ultra progrediendi id est proficiscendi nulla restat:unde calculi qui in lusu tabulæ moueri ñ possunt inciti dicuntur.

Incinibiles:nocibiles.uel discordes.

Inclamitare conuitium agere:interdum corripe.

Inclytus:clarus.gloriosus.inuictus illustris.

Inclytus græcum est.Nam clyton græce gloriosum.

Includere:interius claudere.

Inclusibilis ad locum.iclaudibilis ad pedẽ refert̃.

Inclusores:qui gẽmas auro includunt.

Inclæmens:inexorabilis.imisericors.crudelis.

Inclæmentia:sæuitia.inexorabilitas.feritas.asperitas.

Inclæmentia cæli:intemperies cæli.

Inchoare:incipere.quasi contra chaos facere.

Inchoo deriuatur a græco noie quod est chaos.i. primordialis confusio quattuor elementorũ.

Inchoatiua a uerbis secundæ declinationis magis postulant ex regula e penultimam habere ut horreo horresco.Nam quidam etiã conticisco dicunt.Fiunt & ab aliis coniugationibus sed raro:ut amasco.hisco labasco.scisco.

Inchoatiua & meditatiua præteritis deficiunt & quæ a ꝑteritis fiũt & supinis:& q̃ a supinis deriuãtur participiis & futuro infinito ut tepesco esurio.inde dicta ichoatiua:qa initiũ actõis uł passiõis significant & cætera.Et deriuant̃ pleruq̧ a neutris absolutã uel intrinsecus natam significantibus passioné:quoq̧ pleraq̧ secundæ cõiugationis sunt:ut rubeo et rubesco.pleraq̧ dicimus ideo:quia ueniũt ẽt ex aliis uerbis sed raro:ut cupio cupisco.scio scisco. dormio dormisco.sentio sentisco.labo labasco.integro integrasco:qđ ĩ passiua significatõe ponit̃ cũ primitiuũ eius sit actiuũ.amo amasco. misereo miseresco.uiuo uiuisco unde reuiuisco.uesperasco quasi a uespero as. Omnia fiũt a secũda persona primitiui addita co: excepto hio as quod hisco facit non hiasco.

Incola:aduena.

Inquilinus signum perditæ patriæ.

Inquilinus dicit̃ q̃diu peregrinatur.incola uero dum inuenerit sedem.

Incolæ ab incolendo dicti:quia iam sunt habitatores & permanentes sed tñ aduenticii.

Incolatus tus:peregrinationis.habitatio.

Incolumis.a columna dictus.quasi erectus.fortis.stabilis.unde incolumitas.

Incolumitas est tuta atq̧ integra salutis conseruatio.

Incomitata:sine comite.

Incõmodum:damnum.dispendium.

Incompos:impotens.

Incomptus:incultus.incompositus.horridus.

Incõmutabilis deus dicitur:quia semper idem ꝑmanet.

Inconcessus:uetitus.non concessus.

Inconditus:incompositus.inordinatus.impolitus.rudis.

Incongruum:inconueniens.

Incompræhensibilis.qui non potest compræhendi.

Inconsequenter:incongrue.irrationabiliter.

Inconstans qui non est stabilis:sed quod placet ei rursus displicet.

Inconsultus dictus ab eo q non accipiat consilium.

Incontentione: mox de repente.

Incorporeus uel incorporalis ideo dr deus: ut spiritus credat uel intelligat esse non corpus.

Incorporalia nomina dicta quia carēt corpore unde nec uideri nec tangi possunt: ut pietas.

Incontinens: luxuriosus. uanus gulosus.

Increbruit: incrementum sumpsit.

Increbrescit: frequentat. innotescit.

Increbreo es increbrui. unde in crebresco.

Incrementum: nutrimentum. augmentum. ab incresco.

Increpare: obiurgare.

Increpitans: inclamans. data uoce appellans. insultans.

Increpo pis increpui increpitus: reprehensus. inclamatus.

Incubi ab icubando passim cum animalibus dicti: qui græce panitæ dicunt. iprobi sæpe exstitūt mulieribus & earū peragunt concubitū: quos dæmonas gallidusios uocant: quem autē incubone uulgo uocāt hunc romani faunū ficariū dicūt.

Incubi qui in esaia pilosi a græcis uero panas uocant. horū forma ab humana effigie icipit sed in bestiali terminatur: unde pagani dixerunt eum barbarum: rubicunda facie: caprinis pedibus: quem uolunt esse rerū & totius naturæ deum. unde pan quasi omnia appellat.

Incudes dicuntur quibus fabri ferrum domāt.

Incus dictus q ibi aliquid cudamus idest feriendo producamus. cudere enim cædere & ferire est. ueteres enim non incudem. sed intudem dicebāt: q in eo metallum tundatur id est tēdatur: unde & tudes id est malleus dict a tundendo.

Incus incudis cu prodiotur ubiq. Nam cudo unde deriuatur pduotur. fœmininum est.

Inculcare. insultare. iactare. infundere. iterare.

Inculcare quasi ualde calcare

Incumbere: urgere. instare

Incunabula: infantis primordia.

Incunctanter: indubitanter.

Incuriosus: sine cura & solliciutdine.

Incuria negligentia ab eo. q cure non sit.

Incursor aris incursatur in aliquem incurrit.

Incusamus potiores: pares accusamus incusamus uerbis. accusamus crimine uel facto

Incutere: ingerere. imittere. inicere. instruere. cōmouere. ualde quatere

Incucio tis incussi cōponit ex in & quatio quatis

Indagare inuestigare. inquirere.

Indago indaginis. inquisitio. inuestigatio. ferarū agitatio. ordo.

Inde de loco significat. uel exinde

Indecenter. incomposite

Indeclinatus. studiosior uigilans laboriosus.

Indecorum: inhonestum.

Indecor & dedecor indecoris penultima corripitur quia a decus decoris deriuatur. quis simplex decor is apud antiquos inuenatur correpta penultima pro decorus rarum

Indefesse. indeficienter.

Indefessus: infatigabilis indeficiens.

Indemnis q sine damno uiuat: dicit innocuus

Indens inserēs uel demonstrans.

Indepisci est aliquid incipere & perficere.

Indepsit. inuasit.

Indeptus: adeptus.

Index os ab indicando dictus. commune est

India dicta ab indo flumine quo ex parte occidētali clauditur. hæc a meridiano mari usq ad ortum solis porrecta & a septentrione usq ad montem caucasum peruenit hīs gentes multas & oppida isulamq taprobanem elephantis refertam. crysan & argyren auro & argento fæcūdas. tylen quoq arborum fructibus numquam carentem: in āno bis metit fruges. his hyemem & æstatem patitur. gignit autem homines tincti coloris. cynamomum & piper & calamū aromaticū mittit & ebur. Ibi ut diuus hieronymus scribit sunt montes aurei: quos adire propter dracones & gryphes & immensorum monstra hominum impossibile est.

India ab occidēte habet flumen indum: quod rubro mari excipitur a septentriōe montem caucasum. reliqua uero eoo & indico oceano terminantur. hæc habet gentes. xliiii. absq insula taprobane decem ciuitates habente & absq reliquis insulis habitabilibus plurimis

Indicus ca cū de india: indi uero a iectan filio heber orti putantur

Indicare: demōstrare. promere.

Indicatiuus modus est: quo indicamus uel diffinimus quid agatur: qui ideo primus ponitur quia pfectus ē tā psonis q̄ tēporibus & cæteris

Indicatiuus modus dictus quia significationem habet indicantis: ut lego legere me indico.

Indicere: fieri iubere: præcipere.

Indicium documentum ab indicādo dictum. signum. argumentum.

Indictio dicta quasi ualde dicto. Octauiānus enim augustus: postq̄ omnem subiungauit orbem in tres partes diuidens præcepit ut omnis homo censum daret a septem annis usque ad senem. hæc indictio prima facta est i esia ex quique annis & ut omne tributum ducebatur romam: tunc urbs illustrabatur lampadibus: qui annus lustrum dicebatur Sexto anno exigebatur census de africa per quinque annos & tūc item ānus ille quo tributum romæ reddebat

lustrū nōīabatur. Vndecimo anno ibat edictio per europā: & explens quoq; ānis quītodecimo anno effundebat census ī arca capitolii: & tūc dicebat una indicio. Completis enī .xv. alia indicio icipit: de qua Macrobius dicit īdicio deī ē rei publice exactio .i. cēsus totius orbis ī urbe roma completis: & tunc completis .xv. annis sex diebus illustrabatur.

Indicio quindecim annorū ē. p quinquēniū reddebant aureū denariū p quinquenniū argenteū p quinquenniū æreū unusquisq; pro se & pro tota familia sua: & habebat denarius ille decē nūmos in se: unde & dicitur.

Indiciones romani inuenerunt: quæ p singulos annos usq; quindecim uenientes rursus ad primi anni principium reuoluuntur.

Indicum in indicis inuenit calamis spuma adhærente limo: est autē colore cyanei mixtura purpuræ ceruleiq; mirabilem reddens. Est & alterum genus.

Indo indis indit imposuit īmisit insenuit.

Indico is it. indixi indictus: quod est præcipere. iubere. quasi ualde iubere.

Indo uero indis indidi inditus. quod est impōere quasi in aliquem dare id est alicui.

Indico uero as quod est aperte quasi interius dicare .i. ostendere.

Indifferens: sine dilatione. sine differentia.

Indigena dictus quod inde sit genitus.

Indigens: pauper egens.

Indiges pauper ab indigeo.

Indiges dicitur ille deus: q ex hominibus ad cōsecrationē uenit. ut æneas ita dictus quia cum homo fuerit indiguerit: quidam dicunt a contrario: q nullis indiguerit pnī. hic indiges indigetis ab egeo.

Indigetes proprie sunt dii ex hominibus facti qsi in deos agentes: abusiue omnes quasi non indigentes.

Indigestus: incompostus. inordinatus. non confectus cibus.

Indigestio quando cibus non digeritur id est nō conficitur.

Indigere: aliquando egere.

Idignari: stomachari.

Indignatus erectus erigens se.

Indignor illam rem & illa re dicimus.

Indignus a um: indigens: pauper egenus.

Indiscreta: non separata. indistincta.

Indisertus: ineloquens. infans.

Inditus: impositus. immissus.

Indiuiduum: quod solui non potest.

Indiuiduum dicitur: quod ex proprietatibus cōsistit quarum collectio non eadem est in alio ut plato hic. & hoc albū. sophronici filius si ei sit solus. Boetius de trinitate.

Indiuidua non modo subsistunt sicut genera & species: uerum etiam substant. Nam neq; ipsa indigent accidentibus: ut sint: informata enim sunt iam propriis & specificis differentiis. & accidētibus: ut esse poss. ut subministrant dū scilicet subiecta sunt: q genera & species non habent: quia eis accidentia non contingunt.

Indocilis: qui nihil discere potest. indoctus uero qui nōdū didicit & tñ discere potest.

Indoles proprie ē qdā imago futuræ uirtutis.

Indoles: origo nobilitas. generis incrementum. soboles uirtus uel bona spes.

Indoles indolis iuuentutis incrementum: ætas iuuenilis quæ dolos nescit sine dolo.

Indole: ingeniose aut bona spe.

Indolentia: ingeniositas.

Indomitus: inuincibilis. effrænatus. impudens.

Indubitanter: non dubie.

Inductio est quæ rebus non dubiis captat assēsionem eius rei quæ īstituta est. huius tria sūt mēbra: primū præpositio: quæ similitudis ostēdendæ rei necessario unius inducit aut plurimarum: secūda illatio quæ & assumptio dicit quæ cuius causa similitudines habitæ sunt introducit. Tertia cōclusio quæ aut cōsensiōis illationē cōfirmat. aut qd ex ea cōficiat declarat

Inductio ē oro per quā fit a particularibus ad uniuersalia pgressio hoc modo. si in regēdis nauibus nō sorte sed arte gubernator eligit: sic quoq; in regēdis equis auriga: nō dissimiliter in re publica princeps & similia: tunc & in oī quoq; re grauiter administranda ñ sorte sed arte eligi debet rector. sæpe quoq; multorū collecta particlaritas aliud qdam pticulare demōstrat. sic si neq; nauibus neq; curribus neq; agris sorte pponunt nec rebus qdē publicis rectores sorte ducendi sunt. Differt igit a syllogismo q ab uniuersalibus ad pticularia decurrit. estq; in eo si ueris pposinonibus contexit firma & imutabilis ueritas. At inductio habet quidem interdū maxima probabilitaē. sed interdū ueritate deficit ut in hac. Qui scit canere cantor est: & q luctari luctator: & q scribere scriptor: qbus & similis simul collectis inferri potest. Qui scit igitur malum: malus ē: quod non procedit. huic inductioni exemplum supponitur sicut syllogismo entymema.

Induco cis induxi inductus: intromissus. ad aliqd impulsus.

Induo uero induis indui indutus id est: uestitus coopertus.

Induo actiuū induor autem dicimus. & passiuū est.

Indulgere: dare opā. pstare uel ignoscere. parcere.

Indulgere. inde algere. id est parcere uel dulcescere.

Indulgeo indulges indulsi indultū: condonatū.

Indumentū dictum q intus ad corpus induat.

Indumina:indumenta.
Induperator pro imperator interposita du.
Induuiæ:spolia.uestitus.
Indupedit:impedit.
Industria doctria.studium.uigilantia.ab indulgere id est operam dare studio.
Industria assiduitas.cura.labor.ptinacia.instãtia.
Industrius:studiosus.laboriosus.efficax.faber.agilis.
Industriare:docere.
Industria frequens exercitium circa honestam rẽ.
Indusior.i.induor uestibus uel ornor.
Indus fluuius orientis qui rubro mari excipitur. unde india dicitur.
Indusiariu id est uestiarius.
Induciæ sunt foedens pattes:dictæ quasi in dies ora.dilationes.
Inedia:fames uel ieiunium.tenuitas.fastidium. stupor dentium.
Inedia dicta quod fit sine esu.
Ineffabilis dicitur deus:non quia non possit dici quod est fari:sed quia finiri sensu & intellectu humano nullatenus possit:& quia de eo nihil digne dici potest:ineffabilis est.
Inefficax:ignauus.iners.piger.
Inegargatongi.i.secundum qualitatem.
Innectere ligare.inuoluere.fingere.opponere.
Inhibeo es inhibui inhibitus:phibitus.
Inhibere:uetare.
Ineluctabile:quod uinci non potest.
Inexplicabile tempus:quod uitari uel finiri non potest.
Inenodabile:quod solui non potest.
Ineptia:stultitia.res uana.non apta.
Ineptus:apto contrarius est.quasi non aptus.id est stultus.
Inhærere:permanere.perseuerare.fixus stare.
Inergia effectus.
Inermis arrogans.
Inergumina:dæmoniaca.dæmonia.
Inerguminus:uexaticus qui a dæmonio arguit.
Ineritus nomen insulæ.
Inermis uel inermus:sine armis.uel uiribus.
Inertia:hebitudo:sine animi uiribus.
Iners sine arte:& ob hoc quidem nullius operis: segnis uero quasi sine igne id est frigidus per quod inutilem accipimus.
Inerticulus:remissus.pessimus.
Inertiosus:piger.segnis.tardus.
Inerticula uua nigra quã græci ωετ&υλῆμ.ευ pes uocant bonu uini & lenis:unde quasi iers dicitur quasi gustui non sit habilis.
Inetuum:incathæratum.
Inesco inescas cani.allicio.
Ineo is inui initum actũ.
Inite:intrare.

Inexorabilis qui nullis precibus flectitur.
Inexorabilis:inflexibilis.implacabilis.immisericors.
Inexpectatum:non prouisum.
Inexpertum:non probatum.ab experior.
Inexpiabile dictum quod non purgetur.
Inexplebilis:insanabilis.
Inexplorato inexperto.
Inextricabilis:insolubilis.
Infamia dicta quasi non bona fama.hic & hæc ĩfamis sine nomine.
Infamo as.
Infandum:nec dicendum.sceleste.uel nimium.
Infans homo primæ ætatis dictus ꝙ adhuc fari nesciat.nondum enim bene ordinatis dentibus non exprimit sermonem.hic & hæc ĩfãs græce ꞵιηωιοꞵ nepion dicunt pns.
Infantia prima ætas quæ porrigitur in septem annos.
Infatuus:non fatuus.
Infaustum:infelix.execrabile.
Infecunda:sterilis.
Infecta:non facta.uncta.colorata.infusa.
Infelicare:infelicem facere.affligere.
Infelix:sine felicitate.miser.
Infelicitas:miseria.
Infensus:iratus & offensus.
Infestus:molestus.
Infercit:replet.cumulat.
Inferre:importare.contraferre.inire.
Inferiæ:sacrificium mortuorũ sæpulturæ.debitæ.
Inferiæ dictæ ꝙ inferis fiant: nam pro mortuis fiunt.
Infermentaria id est tacita.dissimulata.
Infernum nonnulli in quadam terrarũ parte alii uero super terram existimant:sed tñ hoc aium pulsat:quia si infernum idcirco dicimus: quia inferius iacet quod terra ad cælum est hic ĩfertius ad terrã esse debet:unde fortasse per psalmistam dicitur:liberasti animam meã ex ĩferno inferiori.ut infernus superior terra.infernus uero inferior sub terra esse uideatur.Et quia in apocalypsi legitur:neq; sub terra esse inuentũ qui dignus aperire librum:qd obster.non uideo:ut sub terra infernus esse credatur.
Infernus cæcitas animi uel præiudicium.
Infernus est pars superior inferi in quo quieuerũt animæ iustorum ante aduentum christi. pars uero inferior infernus ĩ quo impiorum animæ quæ plurimũ peccauerunt traduntur. de quo propheta.liberasti animam meam & inferno inferiori.
Inferus appellatur eo ꝙ infra sit.sicut autem cor animalis in medio est:ita infernus ĩ medio terræ esse perhibetur:unde in euangelio legitur. filius hoĩs in corde terræ.Alias infera philo-

sophis dicuntur quod animæ inibi feruntur.

Inferus sinus maris magni: qui italiam attingit: quē græci ionium. itali inferum uocant.

Infertio tis infersi infertum repletum.

Infertū quod altari offertur atq; libatur uinum.

Infestus: innocens. inquietus.

Infestari: obiurgare. altercari. insectari.

Inferciale: illachrymabile.

Inficiatur: abnegat.

Inficere uero colorare. tingere. corrumpere.

Infiotari: crimen inferre. aut negare. mentiri.

Inficiæ: negationes mendatia.

Infigere: firmum ponere.

Inficiabilis: negabilis. infandus.

Infioator: negator qui non fatetur: sed contra ueritatem mendatio nititur mendax.

Inficiatio: negatio debitæ rei cum a creditore deposcitur eadem & abiuratio.

Infitetur: negat. non fatetur.

Infit: cæteris deficit. antiqui tamen infio dicebāt incipit fari.

Infidelis qui caret firmitate. īfidus uero qui fide.

Infindere: secare.

Infinitiuus modus dicitur quia personas & nūeros non definit. nec affectus animi certos hēt & ager uno ex aliis quattuor modis.

Infinitis uerborum utimur loco nominum scilicet pro nominatiuo & accusatiuo: ut bonum est monstrari digito.

Infinitum est interrogatiuo contrarium. ut qui q̄lis quantus: quot. quotus: cum in lectione graui accētu pronunciantur.

Infinita uerba dicuntur a defectōne numerorū: & personarum.

Infirmus dictus quasi sine forma id est colore. uł non firmus.

Inflare: flatu implere.

Inflatus: tumidus. uentosus. uanus. superbus.

Inflectabilis. semper tristis.

Infligere: imprimere.

Infligo gis inflexi inflictum. impactum. impressum.

Influctuat: æstuat. fatigatur.

Informatio: instructio. doctrina. compositio.

Informare: instruere. componere. docere.

Informis & hoc informe dictum ꝙ non habeat formam: sed quod ultra formam magnitudinem habeat.

Informe: turpe. uel īmensæ formæ. īde īformitas.

Infortunium: infelicitas. fortuna aduersa. miseria

Infra. ab in significat χατω aduerbium & præpositio est. Ex hoc inferus uł infer & infernus infra inferior infimus.

Infrænis indomitus: id est qui frænis non regił

Infrequens: absens. Nam milites cum uocati nō affuissent: infrequentes uocabantur.

Infrequentia: raritas.

Infringere: transgredi. iminuere.

Infronitus: insipiens: nam φροϛησιϛ sapientia dicitur.

Infronitus: sine fræno. indigestus.

Infronite: effrænate.

Infucatus: sincerus. purus. sine fuco.

Infula uitta sacerdotalis alba ī modum diadematis: a qua uittæ ab utraq; parte dependent: quæ infulam uinciunt.

Infulæ: ornamenta honorum. & omnium rerum & equorum ephippia siue tractu.

Infula fasciola erat.

Infusoriū uel suffusorium uas ē in quo oleū fit.

Infundere: immittere. miscere. implere.

Infusio: aspersio. immissio.

Infuruare: infuscare. effundere.

Ingeminat: iterat. plausu sæpius laudat.

Ingemere: ualde gemere. dolere.

Ingeniosus dicitur ꝙ ītus uim habeat gignendi quālibet artem.

Ingenium est interior uis animi quo persæpe inuenimus quæ ab aliis non didicimus: dictum quasi intus genitum uel geniū id est naturale

Ingenitus: innatus. naturalis.

Ingens: grandis. infinitus. ultra gentem suā. Ingentior. Virg.

Ingenui dicti ꝙ habeant in genere libertatem nō i facto unde græce eugenes dicūtur: id est boni generis. inde ingenuitas.

Ingerere: inferre. importare. illidere: componitur ex in & gero.

Inglorius: sine gloria. absq; honore.

Inglutus: infirmus.

Ingluuies uentris. ab ingluendo.

Ingluuies et fames gulæ. uoracitas.

Ingraminat: in gramen erumpit.

Ingrata: sine gratia.

Ingruere grauiter irruere. cum impetu superuenire.

Ingruo is: insto. inuado.

Ingredi: intrare.

Inguen is. neutri generis.

Inguina partes sunt corporis iuxta pudenda latinum est. inde inguinaria.

Inhiare: stupide intendere. habere desiderare.

Inhians: intentus. attendens. cōcupiscēs. īspiriēs

Inhibere: cōpescere. retinere. cohibere. morari. cōponił ex in & habere. quasi contra habere.

Inicere: immittere. inserere. īponere. ex ī & iacio.

Inisens: dicens.

Inire: inchoare. incipere.

Inimicus: contrarius. infidelis. quasi non amicus

Inimico cas componitur ab amico cas.

Initiū est rex a quo qd incipit ut fundamētū domus: principiū autem uerborum est exordiū.

Initium ab initio as uel ab ineo is deriuatur.
Initiare:sanctificare.innouare.
Initiatus sacratus.
Initiatus est consecrauit.obtulit.
Iniquitas ad mentis acerbitatem refertur:peccatū uero ad prolapsionem corporis.præcedit aūt iniquitas:sequitur peccatum.sed grauior iniquitas ē tāq̄ materia.item peccatum quod admittitur:piaculum quod admissum expiatur.
Iniquitatis tres sunt differentiæ:suggestionis:delectationis:consuetudinis.totidem etiam peccati:uerbi:operis:cōsuetudinis.item iniquus dr̄ q̄ non sit æquus:sed prauis operibus maculatus q̄uis christiāus.impius uero p̄ infideli ponit:dictus impius q̄ sit a pietate religiōis alienus
Initi:incumbere.confidere.ex in & nitor.
Iniugis:bos nunq̄ iunctus.
Iniuria:cum fit aliquid contra ordinem iuris.a iure in addita a fit iniuria.
Iniuriæ sunt quæ aut pulsatione corpus aut conuitio aures aut aliqua turpitudine cuiuspiam uitam uiolant.
Iniustus:iniustus.
Iniurium:contra ius contrarium.
Iniuriosus conuiciator.infectator.
Ino uxor regis athamantis.
Innamipoto a græcis dicta q̄ terræ adherēs odorem pini habeat.
Innocuus:sine dolo uel cui nocetur non nocens.
Innoxius:sine culpa.sine noxa.innocens.
Innocens:nulli nocens.
Inofficiosum testamentum:quod frustra liberis exhæredatis sine officio naturalis pietatis i extraneos reductum est.
Inola:corrigia libri.
Inoleo es inoleuit id est creuit.inualuit.cōsueuit.inhæsit.
Inolitamnata naturalis quæ non destituitur.
Inoleo es inolui inolitū.a inoleui uero inoletū facit secundū prisc.
Inolescere:sordescere.uel crescere.uel in unum cōiungi.uel innotescere.
Inomellū:uinum melle admixtum & uehæmenter agitatum atq̄ commotum.
Inhonesta:sine honore.uel genitalia:quia nō habent eum decorem quem habent cætera mēbra quæ in promptu sunt.
Inops inopis pauper.sine opibus.hic & hæc & hoc inops.
Inops qui sine terra est.ops enim terra dicit͛:q̄a opē fert fructificando.alias non sepultus.inhumatus.
Inopia egestas.paupertas.
Inopinus na num:insperatus.
Inopinatus:subitus.nō preuisus.inormis & hoc innorme.imane.imodicum.longum plus a mensura.
Inhorrere:expauere.uel pauorem facere.
Inhospita:inhabitabilis.deserta.
Innotescere:in notitiam uenire.
Innotuit:notum factum est.
Inotalgeum:oculorum humor.
In præceps:in depressum.in profundum.in præcipitium.
In præcipiti:in alto & abrupto.
Inpræsentiarum pro in præsenti ponitur.
Inquam quod futuri est solent plærunq̄ ponere p præterito uel præsenti.pro iqui.inquā:dic dixi inquam:certe dixi.
Inquio is it inquimus inquiunt inquisti iges dicere
Inquio in multis deficit.
Inquit:dixit.dicit.
Inquiens:dicens.
Inque loquere Teren.
Inquies sine quiete inquietudo.
Inquies trium generum inquietis quod q̄uis habeat in nominatiuo e correptam:in genitiuo tamen producit id ē homo sine quiete.
Inquietare:cōmouere.in quiete nō dimittere.
Inquilinus dictus quasi incolens aliena: non enī habet propriam sedem.
Inquilini sunt qui migrant & non perpetuo manent Aduenæ autem uel incolæ aduentitii perhibentur sed permanentes.
Inquinatus:sordidus.contaminatus.
Inquino as actiū.id est contamino.
Inquimus de q̄bus dubitāus.q̄rimus uero nota.
Inquiro is inquisiui tum actiū.componitur ex in & quæro.
Insania genus herbæ:quæ si edatur īsaniam facit hac uulgo milimindrum dicitur.
Insanus furiosus uel magnus.
Insanus ē qui perpetuo animi furore tenetur.insaniens uero subito īcitat͛ ira uel īdignatione.
Insania:furor amentia.
Insanire:furere.incitari ira.
Inscendit:ascendit.
Inscius dictus quasi sine scientia:unde inscitia uel insoentia.
Inscitia est sine doctria.īsciētia uero sine scientia.
Inscribere:accusationis est notare.
Insectari:insidiose persequi.
Insedit:inuasit.occupauit.ab insideo es.
Insellis:sine ictu sellici corporis.
Insequi·p̄seq.narrare.p̄gere.p̄p̄iquare.p̄seuerare
Inserere:immiscere.interponere.
Insero de arbore inseui insitum pro īmitto inserui.insertum.
Insertare:inserere.
Insertio:insitio.cum inseruntur arbores.
Insecta:incerta.indiuisa.
Insidiari:dolose:aliquē expectare.īsidias ponere.

Insidior tibi deponens.

Insidiæ loco siue tælo fiunt fraudes doli pluralit̃ declinatur.

Insidiosus dictus q insideat. Nam ꝓprie isidere est dolose aliquẽ expectare: unde insidiæ.

Insideo actiũ pterito deficit: p quo utimur isedi.

Insideo & insido dicitur.

Insigne: ornamentum nobile. hic & hæc isignis & hoc insigne.

Insignis: nobil̃. ꝑcipuus. gl̃iosus. magnæ famæ

Insignior: nobilior.

Insignitus: ornatus. designatus.

Insignire: ornare. decorare. exaltare insigne facere uel signum imponere. translatum ab animalibus quæ nota signantur.

Insigniter: egregie. nobiliter. excellenter.

Insimulare: criminari. accusari ficto crimie.

Insinuare: intimare. aperire. inserere. ostendere.

Insistere: perseuerare. urgere. statuere.

Insisto tis institi facit: sicut & insto institum & istatum.

Insitæ arbores dr̃. isertæ uero causæ aut fabulæ dñ: contra tamen inenit̃ in diuina scriptura.

Insicio dr̃ cum fisso trunco surculus fæcundæ arboris sterili inseritur: aut oculoꝝ impositio.

Insitores qui iserunt arbores.

Insolens: superbus. importunus. moribus nõ cõueniens.

Insolesco scis scit: sine consuetudine facit.

Insoleuit: illabauit. inhæsit. inualuit.

Insomnia: uigiliæ. uel insomnietas.

Insomnium dictum q insomno tm̃ appareat & aliqd ñ significet: uisio uero q̃ significat. phãtasiæ nocturnæ imagines.

Insomnium idem est quod somnium.

Insomnis: peruigil: qui dormire non potest.

Insons: innocens: inculpabilis. hic & hæc & hoc insons.

Inspectiua dicitur sapiẽtia qua supergressi uisibilia de diuinis aliquid & cælestibus mente solũ modo contemplatur.

Insperato: subito: quod non speratur.

Inspicare: faces findere.

Inspicio cis inspexi intus aspexi. contẽplatus sũ.

Inspectura: uisio. speculatura.

Inspirare: qd̃ subito uenit in mente deo aspirãte.

Instare: iminere. urgere. premere.

Instar dicere debemus non ad instar ut apud uirgilium instar montis equum diuina palladis arce & cætera. non ad istar dixit.

Instaurare: reparare ab instar dr̃ id est similitudie. Instauratio est quod reparatur instar id est similitudine prioris.

Instar magnitudo: similitudo exemplum.

Insternere: cooperire.

Instigat: immittit. hortatur. incitat.

Instillare: paulatim infundere.

Instinctu: cogitatione. aspiratione. impulsu.

Instite: paruæ linteolæ uel uastalæ: unde mortuorum pollices ligantur.

Institat: qui mortuum inuoluit.

Institutus: luctus publicus.

Institor: negociator.

Instituere: ordinare. docere. in statu ponere.

Instituo actiuum: etiam instituo grammaticam dicimus.

Institutio æquitatis duplex est. nunc in legibus. nunc in moribus.

Institutio: morum informatio.

Instruere: docere. componere.

Instructio uel constructio dicta q instringat & cohercere facit instructum.

Instrumentum est unde aliquid construimus ut culter calamus: istructum uero quod per istrumentum efficitur ut baculus.

Instrumentum artis est: per quod ipsa ars opat̃.

Insuadibilis: incredibilis: sine amficio. piger.

Insubili dicti: quia infra & supra sunt: uel quia in subulantur.

Insubula instrumenta tenuia.

Insubidus: secutus.

Insudare: cum sudore quærere.

Insuetcimus mala assuescimus uero bona.

Insuescere: extra consuetudinem efficere.

Insuetare: insuete inuadere uel insultanter.

Insulæ dictæ quod i salo sint sitæ id est in mari.

Insula dicitur terra undiq; mari circumsepta: cætera uero firma.

Insulæ signif cant animas uel ecclesiam dei.

Insultare: in[illegible]re. & de alterius iniuria gaudere.

Insumere: finire. deuastare.

Insutus: alligatus. uel non sutus. uel impositus.

Intacta: intemerata. integra. uirgo.

Intaminatus: incorruptus. impollutus. integer.

Intarisare: peruertere. disturbare.

Intarca: peruersus.

Integer: incolumis. plenus.

Integro as. integrasco. integrascit renouat.

Integritas: religiositas. castitas.

Intelligibilia sunt: quæ a conspectu mentis intelligi possunt.

Intelligo quod antiqui intellego proferebant intellexi enim intellectum: quod a lego cõponitur mutauit significationem.

Intelligo: sentio. cerno intra. id est in mente cognosco. unde intelligentia.

Intellectus ab intellexi deriuatur quod est interior mentis conceptio earum rerum quæ uere habent esse ut intelligantur.

Intellectus est præcellens species rationis. Nam altera species est opinio. & subdiuiditur in scientiam & recordationẽ. Scientia uelut de idea

recordatio uelut de natiua specie.

Intellectus ad artem refert̃ inde intellectualis.

Intemerare: ualde contingere. uel populari. & uastare.

Intemerata: incorrupta. intacta: & nulla temeritate uiolata.

Intemerabile: perpetuum. imortale. inuiolabile.

Intemperantia: immoderatio. leuitas. uel audatia.

Intemperies ubi securitas non est ad intemperationem temporis pertinet.

Intempesta nox: media nox: obscura. taciturna.

Intempesta. id est importuna quado nihil potest agi: & omnia quieta sunt. nã tempestiuum est opportunum.

Intẽpesta dr̃ quasi intempestiuũ uigilantibus certum tempus noctis est id est ante gallorũ cantum uel silentium omnino media nocte.

Intempestum: medium noctis tempus.

Intempestiuum: non temperatum. non suo tempore subitaneum.

Intendere: ad aliquid festinare. proponere. obducere. figurate: minari criminari. raro tñ in bono.

Intendit: ad aliquid tendit. supereminet. cõplet. uel intendit.

Intendo is. intendor ris. inde frequentatiuum intentor aris.

Intentat: intendit. multum minatur. obiicit. ĩpugnat. imponit infert.

Intenta: porrecta.

Intentus: ad audiendum paratus.

Intentio: propositum alicuius. uoluntas aliquid faciendi.

Intercalares dies dicti sunt. v. qui supersunt duodecim mensibus & incipiunt a nono kal̃. nouembrium & quinto kal̃. earũ dẽ finiũt̃ idcirco dicti q̃a interponũt̃: ut rõ lũæ solisq̃ cõueniat calare enim ponere dr̃. intercalare interponere.

Intercalatur: interposuit.

Intercipio cipis. ab inter & capio pis.

Intercaptum temporis: spatium inter duas res.

Intercipi proprie dicitur: quod interdum de medio tollitur. uel decipi.

Interceptus proprie dicitur: qui inter duos de medio tollitur.

Intercilium medium illud inter supercilia: quod sine pilis est.

Intercus cutis: aqua dr̃. quod græce υδρῶψ hydrops dicitur uel hic & hæc & hoc quasi adiectiuũ. Nec mirum id obseruare declinationẽ sui simplicis cutis q̃uis noĩatiui terminatiõe mutata: quod ĩ oĩbus fere compositis s̃ eniuenimus ut cor & concors caput & triceps. corpus & tricorpor. excepto exanguis nis. hic & hæc exãguis & hoc exãgue huius exanguis. quomõ oĩa sil̃ia. hic & hæc fortis & hoc forte. huius fortis. parẽ hñt genitiuũ noĩatiuo. nã hic & hæc dis & hoc dite huius ditis nõ ẽ regula.

Interdictum est quod a iudice non in perpetuũ sed pro reformando noie interim dicitur talia propositione eius actionis.

Interdicere: prohibere. uetare.

Interdiu: per diem.

Interdum: nõnunquam. aliquotiens.

Interrex: qui nunciat consules.

Interest & refert genitiuo solent adiungi omniũ casualium absq̃ q̃nq̃ pnoibus p quorũ genitiuis ablatiuos põimus possessiuorũ: ut ĩterest & refert: mea tua sua nostra uestra: quibus iungit̃ cura & subauditur omnibus re: & ẽ sensus ptinet ad meam uel tuam utilitatem.

Interea aduerbiũ tẽporis: potest eẽ & loci deriuatiuæ speciei: nam ab in deriuat̃ iter ex quo interea cõponitur. undæ & cõpositũ est ex integro & corrupto: na ea ex breui factũ ẽ longũ nisi dicamus q̃ ex ablatiuo componitur: ut quapropter.

Interea loci. aduerbium loci: infra locum.

Interimo is: mit interficit.

Interemptus: occisus. interfectus.

Interfessus: infatigabilis.

Interfusa: intermixta: frequentius recurrens.

Interna græce intestina. unde interni dicũtur qui dissolutionem uentris patiũt̃.

Interibi: interea. uel interim.

Interiectio dicta: q̃a semoĩbus ĩteriecta affectum cõmoti aĩ exprimit: ut cũ dr̃ ab exultante uah. a dolente heu. ab irascente he. a timente hei. quæ uoces quarũcũq̃ linguarũ pprĩæ sũt: nec in aliã linguam facile transferuntur.

Interiectio fit plerũq̃: alia pars ut nefas.

Interiectio ab aduerbiis apud latinos ideo accipit̃ diuersa. quia uidet̃ affectum in sese uerbi & plenam motus animi significationẽ etiã si non addat̃ uerbũ demõstrare: licet etiã uoces q̃ cuiusq̃ aĩ pulsu p exclamationẽ pferunt̃ significet ut pape: etiã si miror nõ addat̃. habẽt igit̃ diuersas significationes gaudium ut euax. doloris ut hei mihi pro & o dolor. Timoris ut at at. admirantis ut pape. interponunt & soni tuum illitteratorũ imitatiões ut risus ah he he & phi heu ohe au. accentus earũ non sunt certi. Aliæ quoq̃ pres oratiõis singulæ uel̃ plures interiectiue id est pro interiectione solẽt pferri: ut infandum. proprie tamen primitiuæ sunt ut pape oe.

Inter ab in. hinc intra intro intus & intra qd̃ spatium loci uel temporis uidetur significare. intro uero ad locum. intus in loco.

Intra interior intimus.

Intro as.

Inter aduerbium & præpositio significat enim τομ: ταξυ ut inter reges. modo Διὰ ut in

terrumpit.modo eſt: ut ora tenebant īter ſe.

Interea aduerbium loci eſt Ἐν τόπῳ. appõitur igitur & componitur.ab inter interea deriuatur quod ſemper eſt aduerbium.

Interiicio cis interieci interiectus.id eſt interpoſitus.

Intereo is interiuit uel interiit.id eſt periit: mortuus eſt.

Interitus:mors.diſſipatio.finis.

Interrita:ſine terrore.

Interlino is interlini interlitus:intermixtus diſtinctus.

Interluit:interlabitur.profundit.

Interlunium tempus illud lunæ inter deficientẽ & naſcentem.quando eſt.xxx.

Interminabilis:termino carens.

Intermina:internuncia.mediatrix.inſeparabili termino carens.

Intermittere:ad tempus dimittere & iterum ad idem reuerti.

Interne:ſecrete.

Internus na num ſecretus occultus ta tum.

Internecio quaſi quædam hominis maxima necio:mors uel pœna.internectus ti internecio facit abiecta c cauſa euphoniæ.

Internecium bellum in quo omnes perierunt.internecium quod nec in uſu ſit nec mortuum.

Internecida eſt qui falſum teſtamentum facit: & ob id hominem interfecit.

Internuncius:mediator.interpres.

Intereo:infundo.

Intentum:infuſum.

Interrogat:requirit.petit.

Interrogatiuum eſt quod cum interrogatione pfertur.ut quis qualis quantus:quot quotus: cum ſeruant ſuos accentus.

Interrogatiua nomina uel aduerbia penultimam acuunt:ut ubi eſt pamphilus?relatiua grauantur. interrogationi apud ueteres reſpondebatur.aut non aut etiã.percunctationi uero multa reſpõderi poſſunt.

Interologia:ꝓpoſteratio ſermonis.

Interpola ueſtis illa uocatur quæ cũ ſit uetus ad nouam ſpeciem recurſatur.

Interpolatus:iterfœdatus.uarieq́; maculatus corruptus.

Interuulſus:interiectus per internalla fuſcatus.

Interpolare:inquinare.interrumpere. interponere.interuenire.

Interpres:mediator.medius.expoſitor.pacificator.auctor concordiæ.

Interpres huius ſimplex pres in uſu non eſt.

Interpretor aris cõmune eſt:expono. transfero.

Interpres dr̃ ꝙ inter partes medius ſit duarũ linguarũ dum transfert.uel qui inter deum & hominem interpretatur:qui diuina iudicat myſteria.ipſe interpres eſt.Primũ autẽ ſcripturas ueteris teſtamenti de hebræo in græcũ .lxx. interpretes tranſtulerunt.ſecundũ editionẽ aquila tertiam & quartam theodotion & ſymachus ediderunt.ambo iudæi proſeliti. Quinta uero uulgaris illa interpretatio:cuius auctor nõ apparet:& ob hoc ſine nomine interpretis quinta editio appellatur.præterea ſextã & ſeptimam editionẽ origenes miro labore reperit:& cũ cæteris ſupradictis editionibus cõparauit. hi ſunt itaq; q ſcripturas ſacras de hebræo i græcũ uerterunt quiq; etiã numerantur. nã latinorũ interpretũ qui de græco in noſtrũ eloquium tranſtulerunt:ut meminit. Auguſtinus.infinitus eſt numerus. Si cui enĩ iquit primis fidei tẽporibus ad manus uenit codex græcus:atq; aliquantulũ ſibi utriuſq; linguæ peritiam ſenſit.auſus eſt ſtati interpretari.atq; inde accidit tã innumerabiles apud latinos extitiſſe interpretes.De hebræo aũt in latinũ eloquiũ tantũmodo hieronymus preſbyter triũ linguarũ peritus eas ſcripturas cõuertit: eloquenterq; tranſfudit:cuius interpretatio merito cæteris antefertur.Nã eſt & uerborũ tenacior & in ſententiis ueratior:& in uerbis clarior:atq; ut pote a chriſtiano interpretatio uerior.

Interſcapilium:ſpatium inter ſcapulas.

Interſecare:diuidere.ſeparare.

Interſtat:intereſt.

Interſtinguere interponere.

Interſtingo is xi interſtinctum.

Interſtitium interſtantia.interuallum uero ſpatium eſt.

Interualla ſunt ſpatia inter capita uallorum id eſt ſtipitum:quibus uallum fit:unde cætera quoq; ſpatia dicuntur a ſtipitibus uidelicet.

Interula interior tunica:hæc eſt ſuparum : quod uulgo dicitur camiſia.

Inteſtabilis ſine fide & teſtimõio:cuius teſtimonium non ualet.

Inteſtata hæreditas ẽ:q̃ teſtõ ſcripta non eſt : aut ſi ſcripta ſit:iure tamen non eſt edita.

Inteſtina dicuntur eo ꝙ corporis interiori parte cohibentur:quæ idcirco longis nexibus in circuloꝝ ordinata ſunt modo ſuſceptas eſcas paulatim egerant:& ſuperadditis cibis non impediantur.

Inteſtina uerborum domini myſtica mandata ſignificant.Gregorius.

Inteſtinus na num:domeſticum.intimum.

Intextus:plumatus.fabricatus.interuariatus.

Intiba herbæ genus cicoria dicitur.multas radices habet.

Intimus ma mum:interior ſecretus.intrinſecus.

Intimare:indicare.notum facere. ſignificare.

Intonat:increpat.tonitrus fit.

Intra dicitur ab in:ſicut inter.intus.intro.eius in

crementum facit interior intimus. Sed intus & intro solummodo sunt aduerbia. inter uero & intra casualibus iunguntur. ab intra intrinsecus & internus. ab intro. intro as.

Intractabile: asperũ. inexpugnabile. intolerabile.

Intricare: implicare. ex in & trico as: cuius penultima producitur.

Intro ad locum. intus uero in loco significat uel de loco.

Intro infundo.

Intrimisti: parasti. infudisti.

Introitus dicitur ꝙ per eum itroimus ad eius officium. Versus ꝙ per eum reuertimur ad itroitum.

Intubus græcum nomen est dictus ꝙ sit intus tophus: huius genera sunt duo: subamari & dulcis stomacho accõmodi.

Intubum syluaticum latini dicunt. Est autem genus hærbæ quam græci heliotropion dicũt.

Intudere ueteres dicebant: quod nos incudere ab incudendo ferrum.

Intueri: aspicere. considerare.

Intueor eris intutus: defensus. uestitus.

Intuta: infesta. insidiosa. inquieta. non tuta.

Inualescit: superat. occidit.

Inualere: superare.

Inualitudinarius: languens. sine ualitudine.

Inualidus: infirmus. uitiosus.

Inuadere alienum tollere uel possidere iniuste & in tenere.

Innuba innupta: quæ nondum nubit. licet pducatur nubit. tamen innuba pronuba inde cõposita breuiantur.

Inuehere: importare. uel uerbis mordacioribus stimulare.

Inuectiua ab inuehendo ubi mordacionbus uerbis aliquis repræhenditur atq; pungit.

Inuenire est quæsita. repente uero ultro occurrẽtia. inuenire est in id uenire: quod quærimus.

Inuentarius: facilis ad inueniendum.

Inuenustum: inhonestum. sine uenustate.

Inuergere: infundere. intus mergere.

Inuerecundus: improbus. impudens. amens.

Inuestis sine ueste: nondum enim habet stolam quod est signum maritalis uirginitatis.

Inuestigare: explorare. speculari.

Inueterator dictus ꝙ fit multum ex ueteri usus i malicia. i. malicia usus.

Inuia: sine uia. aspera. secreta. ipsa sunt etiã deuia inuicem se cauillantes.

Inuium dicitur ubi non est uia: deuium ubi iam fuit & modo nõ est. uel quod de uia trahit cũ ad id quis uenerit. peruium uero uia frequens hoc inuium extra uiam.

Inuidentia: inuidia id est malitia.

Inuidere: zelari. contra bona alicuius uidere: id ẽ cupere.

Inuidus dicitur ab inuidendo fœlicitati alterius. inuidus est qui feliciori inuidet. inuidiosus uero est felix ille: quid de alio inuidiam patit. itẽ zelus interdũ in bonã partẽ accipi solet: cũ quis nititur ea quæ meliora sũt æmulari. inuidia uero cũ quis uult aliũ esse quod ẽ aut maioris inuidet felicitati.

Inuidia dicta a nimis intuendo felicitatem alterius. i. inuidendo.

Inuiolat: immolat. cædit uictimas. secat libat.

Inuiolatus intactus integer.

Inuisum: odiosum: uel nunq̃ uisum.

Inuisere: uisitare. reuisere. requirere.

Inuisibilis trinitas: quæ nunq̃ oculis mortalium per suam substantiam apparet nisi p spẽm subiectæ creaturæ & corporeæ. Res. n. inuisibilis est. ideoq; non oculo sed corde quærenda est.

Inuitus: nolens. non sponte.

Inuitabilis: beneficus.

Inuitare: uocare.

Innuit: nutibus innotuit.

Inula quam rustici alam uocant. hærba est radice aromatica odoris sũmi cũ leni acrimonia.

Innuli filii ceruorum ab innuẽdo dicti: qa ad nutũ matris absconduntur in hin reperies.

Innuli uarii sunt coloris. significãt christum uel sanctum propter gratiarum uarietatem.

Inultum: non uindicatum.

Inhumatum: non sepultum: non humo datum.

Inhumanum: deforme. nigrum. uel qui non hẽt circa hoĩes amorẽ & miserationis affectum.

Inumbrat: occultat obscurat.

Innumeri: infiniti. sine numero.

Inuncauit manum appræhendit. uĩ manu intulit.

Inundare: augmentare. plenum esse.

Inuado modo absolutam modo actiuam significationem habet.

Inuocat: adorat. supplicat. prece poscit.

Inuolare in uolã id est i manum icludere. furari.

Inuoluere: circundare. obscurare.

Inuolucrum: absconsum. occultum. dictum ꝙ in se teneat inuolutum.

Inurere: infigere notas: sicut cum ferro candenti designare solemus.

Inurro is. inussi. inustum.

Inutilis: incõmodus. incongruus. non utilis.

Ioab interpretatur inimicus princeps militiæ dauid fuit.

Ioachin interpretatur cuius ẽ præparatio dei. Nemo autem putet eundem esse ioachin i principio danielis: qui in ezechielis exordio ioachĩ scribit. iste enĩ in daniel extremã syllabã chim habet. ille chin. & ob hoc in euangelio secũdũ mattheũ una uidetur deesse generatio.

Ioachaz interpretatur robustus.

Ioannes baptista interpretat᷑ domini i gratia: eo q̄ sit præcursor gratiæ siue initiũ baptismatis: per quod gratia ministrat᷑.

Ioannes euangelista uaticinio quodã nomẽ accepit interpretat᷑ enĩ dei gratia uel in quo gratia. Amplius enim cæteris apostolis eum dñs dilexit. hic fortitus est asiam: unde apud ephesum commoratus est & defunctus.

Ioannes apostolus & euangelista filius zebedei dilectus dei prædicauit asiæ & in epheso sexto kalen. ianuarii sepultus est: alii dicunt octauo klen. iulii. quando & sancti ioãnis baptiste festum est.

Ioas interpretat᷑ spetans uel domini robur: siue temporalis.

Ioathan interpretat᷑ robustus uel perfectus. fecit enĩ rectum i conspectu domini & portam tẽpli ædificauit excelsam.

Iob dolens uel magnus interpretat᷑ pp percussionem: iob ipse est q̄ ioab filius iareth filii raguel filii esau: quintus ab abr ham.

Iob filius zaræ de bosra rex idumæorum & ex eorũ genere ortus. ibi mortuus ẽ successor balæ filii beor: cuius tẽpora q̄uis nõ inueniebamus in chronicis: colligimus tñ ex libro eius tertia generatione posteriorẽ fuisse q̄ israel.

Iob librũ quidã moysen scripsisse arbitrãtur: alii unũ ex prophetis: nõnulli ipsum iob postq̄ a deo meruit consolari.

Iocari: ludere.

Iocor aris.

Iocinora intestina.

Iocosus: iocis usus. iocum neutrum & iocus masculinum.

Iocus: lepos. urbanitas. festiuitas. ridiculus.

Iocũdus: lætus. gaudẽs quod fit iocis aptus.

Iocũditas: delectatio. alacritas. amenitas.

Iocundior: hilarior.

Iohel interp̄tat᷑ deus dñs siue incipiẽs deo uel fuit dei: sic enĩ etymologia eius incerta est.

Ioadas hebraice sonat iusticia dñi. idem & barachias pater zachariæ.

Io filia inachi a ioue uitiata & i uaccã metu iunonis mutata: a iunone usq; in ægyptũ persecutionẽ passa: ibiq; reuersa isis dicta colitur.

Ionas interpretatur colũba siue dolens: ipse est & amathi sareptenæ uiduæ filius. quẽ suscitauit helyas: ut iudæi dicũt. Amathi enĩ hebraice ueritas interpretat᷑ ex eo q̄ uerũ helyas locutus est sicut mulier dixit. Nunc cognoui q̄ uerbũ dei in ore tuo uerũ est.

Ionathas interpretatur columbæ donum uel domini donum.

Ion uir fortis: & suo nomine athenienses uocauit: iones aũt hi sunt: qui & græci exorti a iuuan filio iaphet.

Ionia est una pars græciæ.

Ionia & caria regiones asiæ minoris: quas interfecat meander.

Ionica una ex linguis græcorũ est.

Ionice genus rotundarum colũnarũ.

Ionium mare dictũ q̄ io a ioue compssa & a iunonis instinctu in uaccam cõuersa per id transiit: uel ab ion rege græciæ. hoc mare tyrrhenum & bossorum dicit᷑.

Ionicus pes propter numerũ & inæqualẽ sonum dictus. ionicus enim minor ex duabus breuibus & duabus longis consistit ut diomedes: ionicus maior ex duabus longis & duabus breuibus: ut diuinitus.

Ionos rex in thessalia qui primus fecit monetã.

Iopas citharœdus didonis fuit

Iopen oppidum palæstinæ maritimũ: ubi saxũ adhuc ostẽditur retinere uestigia andromadæ cuius figura eminentior elephantis fuit

Ioram interpretatur quis est excelsus: sed melius deus sublimatus.

Iordãis iudeæ fluuius a duobus fontibus nominatur: quorum unus ior alter dan dicuntur hi copulati iordanẽ efficiunt: nascit᷑ q̄ sub libano mõte: & diuidit iudæã & arabiã q post multos circuitus iuxta iherico i mare mortuũ fluit

Ior hebraice fluuius dicitur.

Iordanis riuus iudicii interpretatur.

Iordãis hebraice descensio eorum dicitur.

Iosaphat domini iudicium interpretatur

Ioseph ab eo quod mater sibi alium addi optauerit uocatus est augmentum. hunc pharao sotophanec appellauit: quod hebraice dicitur absconditorum repertor. ægyptiace uero saluator mundi interpretatur: quia orbem terræ ab imminentis famis excidio liberauit.

Ioseph auctus uel filius ampliatus interpretatur

Iosef id est plasten: quem fictorem & figulum possumus dicere.

Ius quiamus a græcis dicta a latinis calicularis quod caliculi eius i figura cãtarorum nascunt᷑ ut est mali punici: quorum ora serata sũt habẽtes intrinsecus semina papaueris similia: hæc hærba & isana uocatur hæc & milimindrum.

Iosias interpretatur ubi est icẽsum domini uel domini salus: iste enĩ simulacra incẽdit.

Iosue interpretatur saluator: ipse enĩ in figuram xp̄i populũ a deserto saluãs i terrã repromissionis induxit.

Iosue hebraice dr̄ bennun: græce iesunaue: latine iosue: liber dictus a iesu filio nun: cuius historiã cõtinet: scriptura uero eiusdem est.

Iotacismus est quãdo in iota littera quæ ẽ græce i duplicatur sonus: ut maiandeo exlis est: ut unũ non duo sonare uideantur.

Iotacismus est ubi i plurimũ sonat: ut si dicas

iouiiunn ionis iure irascitur.

Iouentalis beneficus.

Iouinianistæ hæretici a iouiniano quodam monacho dicti asserentes nullam nubentium & uirginum esse distantiam: nullum & inter abstinentes & simpliciter epulantes esse discrimē

Iouis fert̄ a iuuādo dictus & iupiter quasi iuuās pater hunc autē ex priuato titulo iouē optimū dixerunt: dū fuisset incestus in suis. ipudicus in extraneis: sed hæc fingunt per figuras cū plane de ueritate ficta sint: unde turpe erat tales deos credi: quales homines esse nō debeant. Fingūt etiam iouem æthera iunonē aera esse: quod hæc duo elemēta iūcta sint.

Iouis dictus q̄si iauis. nā iauis. i. uniuersalis quia pro mondo a quibusdam accipitur.

Iouis gt̄s culus noīatiuus similis inuenitur

Iouis armiger aquila. iouis baiula fulminis dr̄ inuis ignis fulmen. iouis stygius pluto.

Iposileon horrolana hærba dicta. q̄ sit dura & austera.

Ipsus antiqui dicebant pro ipse

Ipse pronomē relatiuū & discretiuum ē & apud antiquos ipsus inuenitur: ūde iure neutrum ī um nō ī d facit: sicut relatiuū Relatiuū est: ut ego sum ipse æneas. discretiuū: ut ego ipse: tu ipse: nam discernit personā. cui iungitur ostēdens per se facere non per alium.

Ir concauitas manus. idem est & uola. medietas palmæ. neutrum indeclinabile.

Ira dei aut furor non perturbatione ro mētis sed uim qua iustissime iudicat uniuersam creaturā significat. Est etiam motus qui fit in anima quæ legē dei nouit: cū uidet eā a peccatoribus prætereri. uel ipsa mētis obduratio

Ira præsens est & ex causa nascitur. iracūdia uero uitium naturale & perpetuum.

Irascor ris iratus. deponens.

iracundus dictus q̄ accenso sanguine in furorē compellitur. ut enim flamma dicitur & ira inflamma est.

Iratus ira actus. pro tempore concitatus.

Ircosæ fūgi duriores: quas græci appellāt tagros

Ircosus qui sudore corporis putet.

Ircus lasciuum animal & feruens semper ad coitum: cuius oculi ob libidinem in transuersū aspiciunt. unde nomē traxit: nā irqui sunt oculorum anguli: cuius natura adeo est calidissima ut adamantē quē nec ignis nec ferrū domare ualēt: solus huius cruor dissoluat. maiores hirci cynphei dicūt̄ a fluuio cyniphe ī libya ubi grandes nascuntur. hæc tamē ira: hircosæ hircus hircosus rectius aspiratur

Ire: ambulare. ab eo is iui itū corripit̄ penultima

Irci qui tynai dicuntur ita spinosi: defenduntur tegmine: ut nec contingi possint.

Iris arcus cælestis qui multis coloribus descēdit ad terras: cuius nomē pagani iunoni consecrauerūt. Cameraria enim iunonis est.

Iris gēma coloris crystallini sexangulata dicta ex argumento iris. Nā sub tecto sole repcussa colorem illius iris imitatur in pariete

Iris illyrica a similitudine cælestis iris dicta: unde a latinis argumentum dicitur: qr flos eius uarietate coloris irim imitetur hæc in illyrico plurima est.

Irmos series orōnis tenorem suum usq̄ ad ultimum seruans ut principio cælum ac terras cāposq̄ liquentes spiritus intus alit.

Irrito as: prouoco. a rite uel ritu dicitur: dicunt quidam etiam irrito idest frustro.

Irrita: nanus. sine causa. inutilis. nana.

Irritum testamētum est q̄i is q testatur aut capite diminutus est: uel si non rite factum est.

Irritus non inuenitur.

Irudo: sanguissuga. uel hærba.

Ironia est sententia p pronunciationē contrariū habens intellectum: ut cū dicimus homini male agenti: bonum est qd̄ facis. Antiphrasis uerbo non uoce pronūciantis significat contrarium. sed suis tm̄ uerbis. hoc enim tropū callide. aut p accusationem aut p insultationē aliquid dr̄ ut ꝓphetiza nobis xpe. p contrariū est cum laudando deridet. p accusationē uerbo sicut in psalmo. Frater non redimit redimet homo. & dicit p contrarium frater non redimit. i. christus qui dicit ite nūciate fratribus meis: & aliquis homo redemptus est.

Ironi: subsanntores. derractores

Is pronomen relatiuum uel subiunctiuum

Isagoga introductio eorum scilicet: qui philosophiam incipiunt: continens in se rationē primarum demonstrationum. hanc transtulit in latinū Victorinus orator: cōmentumq̄ eius quinq̄ libris boetius edidit.

Isagogæ introductiones quibus ad aliud melius introducimur.

Isauria dicta: q̄ undique aperta antarum flatibus pateat. metropolin seleuciam urbem habet. prouincia est.

Isaac ex risu nomē accepit. Riserat eni pr̄ quādo ei ꝓmissus est: admirans in gaudio Riserat & mater quādo ei ꝓmissus ē dubitās ī gaudio

Isaac interpretatur risus.

Isachar interpretatur merces. ideo quia mandragoris ruben filii sui lya emerat introitū uiri: qui rachelli debebatur. unde cū natus esset dixit lya: dedit deus mercedem meam.

Isachar interpretatur mandati adimpletio

Isacus rector adam.

Isai interpretatur insulæ holocaustorum uel sacrificium.

Isara fluuius galliæ influens rhodano.
Isaurus fluuius italiæ uersus hadriaticũ fluit.
Is..oleth uir confusionis interpretatur.
Iscyphi:orientales.
Iscitio ilice scissio.
Isciniphes uermiculi græce. Sic quoq; multis aliis antiqui i adiungebant:quæ sine i in s repe- nes:ut iscoria:isculponei cæstus plũbo ligati.
Iscina ex iscite pisce quodã primũ dr. ẽquis ex alio genere piscium fiat.
Ischyros græce fortis.
Iseus dicitur serapis:habet sydera:uel quasi iustus quod est isos.
Ismerinus:tropicus æquinoctialis circulus.
Ismeria græce equinoctium.
Isis lingua ægyptiaca terra appellatur quam isin uolũt esse:fuit aũt filia inachi regis. Io dicta:q̃ græcia ueniens ægyptus litteras docuit & ter- ras collere. unde & terram eius nomine appel lauerunt & deam habuerunt.
Ismael filius habraham:a quo ismahelitæ:q nũc corrupto noie sarrhaceni quasi a sarrha: & ab agar agareni. interpretat auditio dei.
Ismalitæ intepretat obedientes sibi.
Ismara urbs thraciæ.
Ismaros & rhodope montes thraciæ.
Ismara montes thessaliæ uel thraciæ. unde isma- rus ismara rum.
Ismaris lapis asper & indomitus & oĩa atterens: ex quo gẽmæ raduntur.
Ismenus fluuius est.
Isopleuri græce æquilateri latine dicuntur: sicut trianguli æquilaterales. Isocheli uero duo late ra æqualia: tertiũ inæquale habentia.
Isopus hærba calefacit & flegma deducit.
Isopus humilis hærba cuius radicibus nihil for- tius & penetrabilius inter saxa significat cha ritatem. cuius uis purgatoria etiam est pecto- ris: significat purgationẽ a superbia.
Isos græce significat iustus uel æquus.
Ispitis græce dolia.
Israel interpretatur princeps dei siue directus dei illud uero quod israel uir uidẽs deũ siue mẽs uidẽs deũ omniũ pene sermonẽ. nõ tam uere q̃ uiolenter iterpretatũ mihi uidetur. Sensus itaq; talis ẽ Nõ uocabit nomẽ tuũ iacob id- est supplantator: sed israel. id ẽ priceps cũ deo Quomodo enim princeps sũ sic & tu q me- cum luctari potuisti princeps uocaberis. Si autẽ mecũ qui deus sum siue ãgelus quẽ ple- riq; uane iterpretantur pugnare potuisti: quã- to magis cũ hominibus hoc est cum Esau.
Israel interpretatur uir uidens deum. Tunc enim hoc nomen accepit: quando tota nocte lucta- tus uicit in certamine angelum: & oriẽte luci fero benedictus est ũde propter uisionem de

israel appellatus est: sicut & ipse ait. Vidi do- minũ de facie ad faciem: & salua facta est ani- ma mea.
Israelitæ ab israel filio israel noĩati. q fuit patriar- cha hebræorũ: a quo duodeci tribus iudæorũ israelis nomẽ sortitæ sunt. hic & hæc israelita israelitæ: unde israeliticus ca. cum.
Istanccine: istam' ergo. an istam?
Iste pronomen demonstratiuum est.
Istega: nauis lembus. tabularum nauis sup qd nautæ ambulant.
Istensior græci uocant monstra quæ sine capite uel manu generantur.
Ysterologia aspiratur dicta quasi υστεροn logi- on idest i extremo dicto. hæc hysteron prote- ron dicta id est i extremo primum.
Istic aduerbiũ in loco isto. istinc uero de loco isto
Istuc ad locum. istac per locũ. istic istec istoc com ponitur ab iste & hic & hæc & hoc: uel est a- diectio syllabica apocope facta p isticcina
Isticcine pro isticine. componit ab iste & hiccine
Isthmos mõs i finibus achaiæ: ubi ẽ corynthus
Istrignos quæ latine hærba salutaris dicitur: q dolorem capitis & incendium stomachi mi- tiget. hæc & uua lupina.
Ita: sic. in hunc modum.
Ita ad uerbum similitudinis primitiuum quod solum a corripit quis quidam quoq; puta ap- uerbium dicũt ideoq; persium compuisse.
Itaque coniunctio collectiua uel rationalis q̃ñ penultimam acuit.
Ithaca insula ulyxis patria. unde ithacus dictus est.
Italia. olim a græcis occupata: magna græcia appellata est. deinde a regis nomine saturnia mox est latium dicta eo q idẽ saturnus a ioue sedibus suis pulsus ibi latuerit. postremo ab italo siculorũ rege ibi regnãte italia noĩata ẽ cuius situs per lõgitudinẽ ãplius q̃ p latitudi- nem a circio in eurum extenditur: a meridie tyrrheno mari: ab aquilone hadriatico diudit ab occiduo alpium iugis figitur. terra omni- bus in rebus pulcherrima. soli fertilitate & pa buli ubertate grauissima.
Italia & hispania idcirco hesperiæ dictæ: q græci hespero stela nauigent in italiam & hispaniã Si hesperiam solam dicis significas italiam Si uero addis ultimam significas hispaniam quia in occidentis fine est.
Italia has prouincias habere perhibetur: uenetiã quæ prima est in incessu uincentiam & uero- nam: montemq; filisis. Mantuã quoq; sed & terminos ab annoniæ finibus usq; ad adam fluuium protelans ex eo tẽpre dicebatur. sibi quoque istria iungitur quæ amplior quam nunc est fuisse probatur.

Secundam lyguriam quæ a legendis legum inibus dicitur: quorum ferax est: in qua Mediolanum & papia usq; ad gallorum fines extensa præpositæ habentur.

Tertiam quoq; rhetiam primam.

Quartam uero rhetiam secundam.

Quintam uero quæ alpes scotiæ dicitur: hæc a lyguria usq; ad mare extensa ab occiduo gallorum finibus copulat. in hac terdona & monasterium bobii Genua & Saona ciuitates.

Sexta prouincia est tuscia: quæ habet intra se romam caput orbis aureliam umbriam: quæ rursus in se perusium & lacum dictorum spoletumq; habet.

Septima dicitur campania ab urbe roma usq; ad silerem lucaniæ fluuium: in qua capua & neapolis & salernis.

Octaua lucania a silere inchoans usq; ad fretum siculum per ora tyrrheni maris sicut & duæ superiores: dextrum italiæ cornu tenens attingit: in qua pestus lanuinus cassium consentiũ regium positæ sunt.

Nona est quæ in appenninis montibus nuncupatur: quæ appenninæ alpes alpis cuttiarum per mediã italiam pergentes tusciã ab æmilia umbriãq; a flaminia diuidũt: in qua sũt ciuitates foromaius mõs beluius Bobiũ & Verona.

Decima porro a lyguria æmilia incipiens iter appenninas alpes & padi fluenta. uersus Rauẽnã pergit. in qua est placentia. parma Bononia corneliq; forum cuius castrũ imola appellat.

V decima flaminia: quæ inter appenninas alpes & mare hadriaticum posita rauennã & quinq; alias ciuitates quæ pẽtapolis nocitat cõtinet

Duodecima picenus habẽs ab austro apẽninos montes ex altera parte hadriaticum mare usque ad flumen piscarium · in qua sunt ciuitates. Firmus esculus & hadria. quæ hadriatico mari nomen dedit.

Tertia decima ualeria cui est nursia annexa inter ũbriã & cãpaniã & picenũ cõsistit. in hac sũt ciuitates tiour carsio uel rheate furtone & mirenũ regioq; marsorum & eorum lacus fulcinus

Quartadecima Samnium inter campaniã & mare hadriaticum apuliamq; a piscario incipiens habetur. in hac sunt ciuitates rhæte ausidenna isauri antiquitate consũpta. Samnium a quo tota prouincia nomen accepit. caput harum ditissima est Boneuentus

Quintadecima apulia: consociata sibi calabria itra quæ est regio salentina: hæc ab occidente uel afri co habet sãniũ & lucaniã A solis uero ortu. hadriatico mari terminatur. hæc habet ciuitates luceriam sipontũ canusium age ẽtiã Brũdusium tarẽtũ in sinistro cornu italiæ identum

Sextadecima Sicilia. quæ: tyrrheno mari & ionio alluitur.

Septimadecima corsica.

Octauadecima sardinia: quæ utraq; tyrrhenis fluctibus ãbitur. porro corsicã a duce suo cor o: Sardiniã a sarde herculis filio noĩnauerũt Sed tamẽ ueteres historiographi lyguriã ad partes ueneriæ. æmiliã uero & flaminia. cisalpina galliã appellauerũt. Galli enĩ dũ italiam inuasissẽt ticinum & mediolanum pergamũq; & Brixiam quoq; construentes cisalpinam galliam regioni nomen dederunt.

Italica ciuitas ulterioris hispaniæ.

Italus & sabinus & sicanus fratres fuerũt: ex quibus nomina populis imposita sunt & regionibus: Nã ab italo italia. a Sabino Sabini a Sicano Sicani noĩati sunt Idem & siciliensis.

Itasius genus marmoris: est autem diuersis maculis distinctus.

Item: iterum.

Itenti nomen gentis barbare orientalis.

Iter est locus transitu facilis: unde appellatur aditus. Itiner autem longæ uiæ iter: & ipse labor ambulandi.

Iter itineris: quis hoc iter iteris & itiner neris antiqui regulariter protulerunt

Iterate: renouare. repetere.

Iterum: altera uice: quasi item alterũ. iteq; iterũq; frequenter.

tereus: idest parthus.

tidem: idipsum uel iteq; atq; iterum componitur ex id & idem.

Itineraria uiatoria.

ttureus populus.

Iturea regio. in israel.

Iuba coma. ceruix. galea.

Iuba rex maurorum fuit.

Iubar: radius solis uel stelæ aut stella quæ ante solem apparet.

Iubar dictum: q; iubas lucis fundat. hoc iubar huius iubaris. penultimam & antepenultimã corripit Virg.

Iubere apud ueteres dicebatur: ubi uoluntaris erat obsequiũ: imperare uero ubi debito imperio quisq; parebat.

Iuberum: luciferum.

Iubileus annus remissionis hebraice interpretat qui septenis hebdomadibus annorũ id est x'viiii. annis texitur: in quo tuba clangebatur & ad omnes reuertebatur ãtiqua possessio debita obsoluebantur: cõfirmabantur libertates hunc numerum in pentecoste celebramus.

Iubilatio est quando ineffabile gaudium mente concipitur: quod nec abscondi possit nec sermonibus aperiri & tamen quibusdã motibus promit: q; is nullis proprietatibus exprimat

Iubilum est cum tanta lætitia corde concipitur

quanta sermonis efficacia non expletur: inde iubilo as.

Iudas cōfessio interpretatur: quādo enim peperit eum lya dixit. Nūc super hoc cōfitebor dño.

Iudas iacobi q alibi appellatus ē lebeus id ē corculū latine: ipse in alio euāgelio thadeus scribitur: quē ecclesiastica tradit historia missum edessam ad Abagarū regem.

Iudas qui interpretatur confessor iacobi frater in mesopotamia: atq; interioribus ponti pdicauit: sepultus ē in media armeniæ urbe. v. klen. nouembris.

Iudas quidam frater domini scdm carnē: cuius nepotes a domitiano cruciant quasi de genere dauid & fratres domini scdm carnem.

Iudas scarioth a uico i quo ortus ē dictus fuit ex tribu isachar. q interpretat merces: ipse enim mercedem accepit de proditione domini sui.

Iudaicus lapis ē albus: uel possessiuū de iudæa.

Iudæa regio palæstinæ ex nomine Iudæ appellata ē: qui fuit unus ex duodecim filiis israel: ex cuius tribu reges habuit. hæc prius chanaan dicta a filio cham siue decem chananeorum gentibus: in quibus expulsis iudæi eandem possederunt: hæc autem porrecta est longitudine a uico Arpha usq; ad uicū iuliadē: in quo iudæorum pariter & tyriorum cōmunis habitatio ē. latitudo autem a monte libani usq; ad mare tiberiadis extenditur: i medio aūt iudeæ ciuitas hierosolyma ē uariarū opū diues: unde secūdū elementorū gratiā putauerūt iudæi eā promissam fluentem lac & mel: cum hinc illis deus prærogatiuā resurrectionis polliceretur

Iudeis scissura decē tribuū nomē dedit: nā antea hebræi siue israel nominabantur: ex quo autē in duo regna dei populus est diuisus: duæ tribus quæ de stirpe iuda reges habebant iudæi dictæ sunt reliq decē tribus quæ i samaria regem sibi constituerunt israel dictæ sunt.

Iudex dictus quasi ius dicens populo siue q iure discepter. iure autē disputare est iuste iudicare: nō est autem iudex si nō est i eo iusticia.

Iudicium est dum discutitur: causa cū pponitur iusticia dum finitur.

Iudicium iuris dictio iusticia iuris status: iudiciū prius iquisitio uocabat. In omni autē iudicio sex personæ quærūtur. iudex accusator & tres testes & reus. iudicium prauum pōt esse: iusticia uero iniusta non potest esse.

Iudiciale causæ genus est uel iudicialis constitutio: cū de ipsius psonæ facto poenæ aut præmii sententia datur: dictum est autem eo q iudicet hominem & sententiam suam ostendit utrum laudibus præmioue dignus sit: an reus supplicio condemnari.

Iudicū liber nominat a principibus populi qui præfuerūt in israel post moysen & iosue anq dauid & cæteri reges existerent. hunc librū creditur edidisse samuel.

Iudith uidua laudanda quæ iterfecit olofernem & liberauit israel de manu hostis: interpretat laudans uel iudæa.

Iuga montium ex eo appellata q propinquitate sui iungantur.

Iuga: montes. colles. hoc iugū iugi.

Iuga paria boum.

Iuga tabulæ sunt ubi sedent remiges: eadem & transtra.

Iugare: matrimonio cōiūgere: uel ad unū iugū.

Iugo as aui.

Iugalis cōiugio dicatus. uel iugo aptus.

Iugamēta: iuncturæ artuū.

Iugula a latinis uocatur orion q sit armatus ut gladius. & stellarum luce terribilis atq; clarissimus: in quo si effulgent omnia serenitas: si uero obscuratur his acies tempestas protendit.

Iugatiuus deus a iūgendo cōiuges.

Iugarius uicus arabis sita est.

Iugæ ioui sacratæ sunt a paganis: currus est unius iugi.

Iugeres unius diei opus aratoris.

Iugerum actus duplicatus facit: dictū ab eo q sit iunctum duobus actibus: constat aūt latitudine pedum. cxx. longitudine. ccxl. prisc. hoc iugerū iugeri. hoc iuger ris.

Iugis & hoc iuge id est continuus assiduus: sine defectione.

Iugitas: coniunctio societas.

Iugit miluus cū clamat: proprium est miluorum.

Iugiter. pleuetanter. diu. semper.

Iuglans a latinis nux dicta quasi iouis glans: id est sibi consecrata.

Iugum: collum. seruitium uel lignum quod in ceruicibus solet poni boum captiuitas par boum.

Iugulare: mactare. occidere. decollare.

Iugulum: occisio collum quod iugulatur decollatio dicitur.

Iulus ascanius filius æneæ & creusæ a quo iulius cæsar:

Iulius q primus impator fuit apud romanos dictus ē a iulo æneæ filio a quo duxit originē

Iulius & augustus mēses de nomibus iulii & augusti imperatorum nominati sunt. Nā prius quintilis & sextilis dicebant a martio pmo mēse.

Iulia augusti filia turpissime uixit.

Iulius portus q de lacu a iulio portus factus est.

Iulius mensis græce ωαμεμου hebraice tamul ægyptiace epiphi: macedonice panenos.

Iulia lex in adulteras fœminas data est.

Iumenta inde nomē traxerūt q nostrum laborē uel onus suo adiutorio subuectādo uel arado

iuuent. hæc sunt. bos equus asinus.

Iuměta significant intellectu eloquium carens

Iuncus dicit' eo q iunctis radicibus hæreat id est scyrpus.

Iunices boues iuuenes.

Iuniperus genus arboris dicta q ab áplo in augustũ finit. uel q diu retient ignẽ pruinæ eius id est ad annum. pyr. n. græce ignis dicitur.

Iunior & senior ad se inuicem comparantur licet neuter ad id ætatis uenerit.

Iunius mensis a iunone dictus dicitur a quibusdam. Alii sicut maium p maioribus ita iuniũ ero iunioribus romanis dixerunt.

Iunius græce εκατομβαιων hebraice sibá ægyptiace parmi macedonice ius.

Iuno a paganis dicitur quasi iano idest ianua eo q quasi portas matrum naturas pandat nubẽtiũ maritis. sed hoc philosophi poete autẽ iunonẽ iouis afferunt sororẽ & cõiugẽ ignẽ. n. & aẽrẽ iouẽ aquã & terrã iunonẽ interpretatur quorum permixtione gignuntur uniuersa unde coniunx dicitur iouis: Sororem autẽ quia mundi partes sunt dicuntur.

Iuno inferna. proserpina.

Iuno argiua quia apud argos maxime colitur.

Iupiter quasi iuuãs pater. quere iouis. hic iupiter cuius gẽs ad aliud transit nomen huius iouis

Iura sunt quæ a nobis iure possidenť. nec aliena sunt: dictum autem ius a iuste possidendo idest bene quod autem male possideť alienum est. male autẽ possidet qui uel suis male utiť uel aliena præsumit.

Iure merito iustitia uel potestate.

Iuriconsultus: iuris peritus. Iurisperitorũ auctoritas est eorum: qui ex duodecim tabulis uel edictis magistratuum ius ciuile interpretati sunt probatæ ciuium iudiciis: creditæq; sententiæ.

Iuramentum dicitur sacramentum in deum: Iura enim diuinæ leges sunt.

Iuratio ẽ cũ dicimus sic: bonũ mihi eueniat. Execratio uero cũ dicimus sic: malũ ille patiatur

Iurgari. altercari. litigare. purgare.

Iurgor & iurgo idem significabant ãtiquitus.

Iurgia: conuicia. causæ lites malæ actæ.

Iurgulus: contentiosus in lite.

Iurgium dictum quasi iuris garrium eo q de iure disceptent.

Ius lex humana est. Nam fas lex diuina est.

Ius ex his partibus cõstat: natura. lege: cõsuetudine. has tres quidã ponunt partes cõsuetudinis iudicato. æquo & bono pacto. Naturæ quidẽ ius ẽ: quod nobis ñ opinio: sed quædã innata uis afferat: religionẽ quæ & metu & cerimonia fit dei & pietatẽ quæ est erga patriã. parentes coniunctos sanguine: & gratiã: quæ est i memoria & remuneratione officiorũ honoris & amiciciarũ: uidicationẽ: per qua uim & contumeliã defendendo aut ulciscendo propulsamus: peccata punimus & obseruãtiam p quã ætate & sapiẽtia aut aliquo honore ãtecedentes ueremur & colimus: & ueritatem per quã damus operã ne quid aliter q cõfirmauerimus fiat: aut factum aut futurum sit: legis ius id quod in usu populi sanctũ est. Iam iura legitima ex legibus scire oportebit. Consuetudinis autẽ ius esse putať id qď uolũtate omiũ sine lege uetustas cõprobarit: quod sine lege æque ac si legitimũ sit usitatũ ẽ. In ea q̃dã sunt iura iam certa propter uetustatem: quorũ maximã partẽ prætores cõsulẽtibus edicere cõsueuerunt. Quod genus id quod argẽtario tuleris ex pensiõ a socio eius recte repetere possis. Iudicatũ est id de quo iam ante sentẽtia alicuius aut aliquorũ constitutũ est: sitq; ut de eadẽ re sæpe alius aliud decreuerit. Ex æquo & bono ius constat quod ad ueritatẽ & utilitatem cõmunẽ uideť pertinere Quod genus ut maior annis lx. & cui morbus causa est cognitorẽ det causæ suæ: qui p eo agat. Ex hoc scilicet iure nouũ ius constitui conuenit: & ex tẽpore & ex hominis dignitate. hoc i alio libro par uideť appellari: quod est id quod in omnes æquabile ẽ. ex pacto ius ẽ. si quid iter se pepigerit: si qd iter aliquos cõuenit. Pacta quædã legibus obseruãtur: ut in comitio aut in foro ante meridiem causam agere. Sunt quædam quæ sine legibus obseruantur ex conuentu quæ de iure præstare dicuntur.

Ius & lex differunt. ius enim dicitur lex scribitur Item leges humanæ. iura diuina sũt. Ius generale nomẽ est: lex autẽ iuris ẽ species. Ius uero dictũ quia iustũ ẽ. Omne autẽ ius legibus & moribus cõstat lex ẽ cõstitutio scripta: Mos ẽ uetustate pbata cõsuetudo. Cõsuetudo autẽ ius quoddã moribus institutũ. ius naturale quod cõmune est omniũ nationũ ius ciuile quod populus quisq; proprium instituit.

Ius gentium. bello seruitutes. captiuitates: dictũ q eo iure fere omnes utantur gentes.

Ius militare belli faciendi sollennitas.

Ius quir ciuum proprie romanorum: quo nulli tenentur nisi quirites: constat autem ex plebiscitis constitutionibus principum & dictus sine prudentia & responsis.

Ius liberorũ est cõiugiũ sine liberis inuicẽ p loco pignorũ alterna hæreditatis conscriptio.

Ius coquinæ uel pistorum a magistris iure dixerunt quia lex est condimenti eius: quã græci zemam uocant.

Ius ciuile æquitas cõstituta his qui eiusdem ciuitatis sunt ad obtinendas suas res.

Ius ciuile est: quod in legibus senatus consultis rebus iudicatis iurisperitorum auctoritate edictis magistratuum more æquitate consistit.

Ius iuris fit ex oleo uino aqua salsa & cæteris talibus ut pipere.

Iusiurandum iuratio: cum pro iure quis iurat.

Iusticia est qua recte iudicando sua cuiq; tribuunt̃ dicta quasi iuris status.

Iusticia est cõstans & perpetua uoluntas ius suũ cuiq; tribuens.

Iusticia est habitus animi: cõmuni utilitate seruata suã cuiq; tribuens dignitatem. Iusticiæ partes sunt timere deum. uenerari religionem pietate & humanitate: æqui boniq; delectatio: odiũ maloꝝ referẽdæ gratiæ studiũ continere

Iusticiũ luctus publicus uel publici iuris silẽtiũ.

Iusticium dicit̃ q̃si iuris statio: ubi ius cessat. Nã ibi sequitur iniusticia: ideo accipitur pro cõmuni luctu.

Iustus dictus quia iura custodit: & secundum legem uiuit. Iustus actu bonus est effectu iustus ex lege: æquus ex natura descendit.

Iusti dies sunt continui .xxx.

Iusum inferiori parte.

Iuuam filius iaphet: a quo iones græci & mare ionium.

Iuuo as atiutum actiuum est. id est auxilium do sustento.

Iuuat uero impersonale id est delectat.

Iuuẽcus bos nouelus dictus ꝙ icipiat iuuare hoĩs usus terram excolendo: uel quia ioui solũmodo iuuenci immolabantur.

Iuuenca iuuenis fœmina.

Iuuenis dictus ꝙ iuuare possit: est enim in ipso ætatis incremento positus & ad auxiliũ præparatus. Sicut autem infantia septimo ãno finitur: quartodecimo pueritia: adolescentia uero duabus hebdomadibus propter intellectũ & actionem. ita post hanc succedens iuuẽtus tribus hebdomadis pmãet propter illa tria intellectum & actionem corporisq; uirtutẽ. Ista ætas a xxx viii anno exoritur. & xlix consumitur: quando in fœminis partus cõficiũt. Sicut autem ĩ hominibus .xxx. annus pfectæ ẽ ætatis: ita in pecudibus & iuuencis tertius.

Iuuentus uel iuuentas una ætatum hominũ seu collectio iuuenum.

Iuuenta ipsa dea iunonis filia: uxor herculis.

Iuuenta & iuuentas ætas ipsa est: iuuentus uero multitudo iuuenum. iuuenis. inde iuuenculus uel iuuenalis. iuuenis iunior pro iuuenior facit pns.

Iuuenta hominis ætas. iuuenta uero decus iuuentutis sed abutitur.

Iuuentabilis beneficus.

Iuxta ꝓpe circa. prisc.

Iuxta significat πάρα græcum aduerbium. Aduerbium est quando p se uerbo iungitur: ut malorum uitã mortẽq; iuxta æstimo. loco prope uel propter quod est πάρα fungitur, quod & præpositio ut iuxta parietem.

Ixion postq̃ illicitos iunonis petit amplexus ad rotam serpentibus ligatus ẽ apud inferos.

Ixion auis de genere uulturis: alba & minor q̃ uultur.

Ixion propriũ regis lapytharum.

K Et q litteræ ideo dicũtur superuacuæ ꝙ c littera hæc possit implere uocabulũ. Nã antiq cũ a sequebat̃. k pponebãt: cũ uero u q. Nũc aũt karrago kalẽdæ solum per eam scribunt̃.

Omnia autem græca qualicũq; sequẽte uocali p k scribenda sunt.

K litterã Saluius ludi magister ꝑus latinis adiecit

Kabrata interpretat̃ aquila.

Kabina labrum inferius.

Kacoquina est corpus malis humoribus languidum & laborans.

Kai græce & latine Kai cancelli.

Kain interpretatur possessio: unde mater eius ait kareth: id est possedi hominẽ p deũ. Idem & lamentatio: eo ꝙ interfecto abel iterfectus sit & pœnã sui sceleris dederit.

Kalantũ græce menta agrestis: quæ uulgo nepeta dicitur.

Kalcatorium a calcando: id est torcular.

Kalceus genus calciamẽti regalis.

Kalceos romulus reppent .iiii. corrigiarũ assutaq;

Kaluna cẽtenarum numerũ notabat: ꝙ initio patricii senatores centũ fuerunt.

Khaldæi genethliacos significare dicũt̃: quos uulgo mathematicos dicunt.

Kalearcius lacus africæ.

Kalendaria per singulos menses: ephemeris uero unius diei gestio.

Kalẽdas nonas idus propter dies festos romani istituerũt: uel propter officia magistratuũ: his enĩ diebus conueniebant in urbibus: quidam aũt a colẽdo putãt: apud ueteres enĩ sicut apud hebræos principia mẽsiũ colebãt: uel a χαλῶ calo quod græce significat uoco: quia tũc uocabat populũ astrologus ut uideret accẽsionẽ id ẽ lunæ primæ initiũ: unde dicit isidorus ꝙ stabant sacerdotes supra portam ciuitatis ut uiderent accensum lunæ: & tũc nũciabat pontifici calo: calo luna nata est. & q̃n dicebat quater mẽsis ille quattuor nonas hẽbat: quãdo sexies

sex nonas.

Kalendæ neomeniæ: mensis inceptio pluraliter declinatur. pris.

Kaleph quasi cor aut canis interpretatur.

Kalon græce bonum.

Kalo κελω græce uoco: unde kalendæ idest uocationes.

Kalculum i quo mortui deferuntur. uel uestimētum detritum seu linteum.

Kaluariæ locum quidam putant dictum q ibi caluaria primi hominis idest adam sit sepulta: sed non est ita. Extra portam enim erat locus in quo capita damnatorum truncabantur: ūde caluariæ dicitur: Adam uero iuxta hebron & arbeæ sepultus legit.

Kaluus uocatur licet celius & natro caluariam dicant. Nam kaluaria singulariter: pluraliter uero kaluariæ.

Kaluates aquæ sunt.

Kalumnia per k scribendum quod est iurgiū. lis.

Kalumnia cōpilatio. a kaluendo id est decipiēdo

Kalumniari causare. falso accusare. uel criminari. decipere. exigere. impedire detinere.

Kalūmator: falsi criminis accusator. a calumniādo

Kam interpretatur calidus. posteritas enim eius calidiorem terræ partem possedit: unde ægyptus ægyptiorum lingua kam dicitur.

Kan œne dulces uel græce musæ.

Kanaam filius kam interpretatur motus eorum p motu enim patris id est opere maledictus est.

Kanaam olim a filio kam siue a decē kananeorū gentibus uocati. nunc iudæa dicitur.

Kananeus possidēs siue possessio interpretat' ita dictus est simon: qui & iudas a uico in quo natus est.

Kanifer. senex.

Kanonus ianuarius mensis hebraice.

Kantos. id est acutus.

Khaos græci dicunt materiam cæli & terræ: q primo facta ē confusa & informis: de qua postea omnia in proprias species prodierūt hanc & hylen appellant: quam latini materiam uocāt Omne eni iforme ūde aliqd fit materia dicit' pīde poete eā sylua nominauerūt hoc khaos i declinabile. hic chaus chai.

Kappa idem & capitulū capitis ornamentum est kapa enim græca littera nominatur: a qua nostrum k sumpsimus græce significat. xx.

Kapadnarius: uoluntarius.

Kapatis a græcis nomē sumpsit q habeat in sūmitate rotunda seminum capitula.

Kapisterium quod agnis & furoribus in capite ponitur. & dicitur a capiendo eo q in purgandis frumētis uētiletur ut purget.

Kaplere cædendum proferre.

Kara græce apud poeticos caput dicitur.

Karadath hebraice latine idonei affectus.

Karatharbe ciuitas dicitur.

Karismata gratiarum dona. hoc karisma tis.

Kharis Χαρισ græce gratia interpretatur. unde caritas ut quibusdam placet quod duos in se legeti quod ē amor dei & proximi maior autē hæc est ōnibus quia diligit & credit & sperat qui autē nō diligit: q̄uis multa bona faciat frustra laborat Dilectio i melioribus rebus accipi solet: amor uero magis carnalis est.

Karitas uel dilectio unius rei nomen est.

Karitatem uoco motum animi ad fruendū deo propter se ipsum: atq proximo propter deū.

Karitat: ppe alloquitur plebem.

Karneam pagani dixerūt i domorum hostis cardinalem deam.

Karthaginis ablatiuis genitiui assumit ensis kartaginensis. Sic tertiæ declinationis cætera.

Khartes græce masculinū ο χαρτισ του χαρτου latine hæc charta huius chartæ.

Karus græcum est sicut & caritas: id est amabilis dilectus.

Kisses rætia.

Kassiculum ræticulum.

Kaat iterpretatur confirmatio uel patiētia.

Katabarynon locus non longe a castris Alexādri magni. ubi nilus magno sonitu descendit.

Karta præpositio per uel contra uel secundum ea significat.

Katadiaphoran græce id est per differētiā latine.

Kata ātiphrasi dcm qd' minime liceat p cōtrariū

Kata antilexim græce aduerbiū dicitur id est notatio. quando nomen pro nomen ponitur ut meta idest terminus glosa dicitur.

Katago κατάγω græce deduco.

Kataidiopathiam. id est secundū reciprocationē

Kata metaphorā græce latine per trāslationem.

Katapheresin græce latine per priuatiuā eius cōtrarii quod definitur dicitur.

Kataipotisin græce latini per quandam imaginationem.

Katacresticon græce abusiue.

Kataanalogiam græce iuxta rationem.

Katapenon græce latine per laudem.

Kataphrasin græce affirmatio.

Kacoethes id ē malos mores habens. nam cacos malos. ethes mores.

Kathecus perpendicularis linea uel illa q̄ dicitur ab angulo sic

Katerizare. imbuere instructione sacramenti.

Katecuminus græce auditor iterpretatur uel instructus pro eo q adhuc doctrinam fidei audit nondum tamen baptismum percepit: & quia primum exhortationis præceptum est in lege: audi isrl dominus deus tuus deus unus est.

Katecuminus audit tantum nondum petit. competentes uero illi dicuntur qui post doctrinã fidei post continentiam uitæ ad gratiam percipiendã petendo festinant.

Kategoria est accusatio.

Kategoria est dilatio nominis: ut puta sella: & sequitur interrogatio. Quid est sella.

Kategoriæ græce prædicamenta dicuntur latine: quibus per uarias significatiões oĩs sermo cõclusus est. istrumenta categoriaæ sũt tria. Pria æquiuoca. Secũda uniuoca. Tertia denoĩatiua Species uero sunt decẽ. Substantia. quantitas. qualitas. relatio. situs. locus tempus. habitus. agere. pati. Apellatas aũt constat categorias: qa nõ possunt nisi ex subiectis agnosci. Quis enĩ quid sit homo possit agnoscere nisi aliquẽ hominem sibi ponat ante oculos quasi subiectum nominis.

l

Interdum pro d ponitur ut latum pro datum: & calamitas pro cadamitas.

L uetustissimæ græcorum pro n scribebant. unde signum quinquaginta: quod illi p n nos p l scribimus. lympha pro nympha.

Labarum signum bellicũ fuit ꝑciosius cæteris qđ iperatorem præcederet: & a militibus adoraretur: quod constantinus i crucem uertit.

Labatum uexillum regis.

Labitur: deficit. nutat. soluitur. uacillat.

Labo as neutrum & labor eris depõtiens in una significatione ponũť.

Laban interpretatur dealbatio.

Labani nunc libyes quondã putei uocabantur.

Labadõ ut hieronymus dicit hebraice. græce appollion: latine exterminans.

Labdacismus est: ubi l plurimum sonat. sic. sol & luna lucent: alba leni lactea.

Labdacismus est uel si pro uno l duo pronuncientur. l quotiẽs unũ l exilius duo largius sonãt. nã unũ largius duo exilius proferre debent.

Labdacismus id est labdæ. A. uitiũ. quæ græca lĩa latine dr̃ l & signĩf cat apud græcos. xxx.

Labefactare: conquassare. fœdare: conuellere.

Labefacit: cõmouet. conuellit. subducit.

Labellum diminutiuum a labro paruum labiũ.

Labens interdũ uelox. decurrens. moriens. a labor eris.

Labeones dicunť qui sæpe per iniuriam cadunt.

Labyrinthus est perflexi parietis ædificium: quale ẽ apud cretam a dædalo factum: ubi fuit Minotaurus inclusus: in quem siquis sine glomere introierit: exitum inuenire nõ possit. Quattuor autẽ sunt labyrinthi. primus ægyptius: secundus creticus. tertius in lemno. quartus in italia: omnes sic constructi ut dissoluere eos nec sæcula possint.

Labyrinthus inmeabilis instructõ domus.

Labyrinthus inde dictus ꝙ nemo labi inde possit. uel quasi labor intus.

Laberna gladiator uel fur ferramentum latronũ uel dea furum. uel qui filios alienos seducit.

Labes: ægritudo. ruina morbus. a lapsu.

Labescit: conuellitur. mouetur uacillat.

Labia a lãbẽdo dicta. quod aũt supius: labiũ dicitur: qđ inferius eo ꝙ crassius sit labrũ: alii mulierum labia alii uirorum labrum dicunt.

Labilis: lubricus. uanus. a labor. eris.

Labina lapsum inferens dicit alluuio.

Labina terra aquosa & labilis in qua quis labitur dicta a labe uel quasi lapsum inferens.

Labin filius mesarim a quo libyi qui quondã putei dicebantur.

Labitur: cadit. uacillat. deficit. soluitur. fugit.

Labor eris deponens absolutum.

Labor eris lapsus. & labo as. componitur elabor illabor. præ. pro. col. di. deriuatur labilis.

Labor: studium. cura. uigiliæ. miseriæ. calamitas.

Labor & labos sicut honor & hõos huius laboris

Laborare: instare: uel ægrotare. contendere.

Laboro as deriuatur labor laboris laboriosus laborator trix collaboro.

Labrum dictum ꝙ in eo leuatio infantium fieri solet. diminutiuũ labellum. idẽ & alueus uas eneum est.

Labrum uasis est labiũ uero oris dicitur.

Labrusca uitis agrestis dicta ꝙ in labris id est extremitatibus rubi siue agrorũ finibus nascať.

Lac a colore nominatur ꝙ sit albus liquor. leucos λευκοσ enim græce album dr̃ cuius natura ex sanguie procreatur. nãm post partum si qđ sanguinis non dum fuerit utẽri nutrimẽto cõsumptũ: naturali meatu fluit i mãmas: & earũ uirtute albescens lactis accipit qualitatẽ. hoc lac lactis. Antiq hoc lacte dixerũt. plurale nõ habet: nã hæ lactes partes sunt intestinoꝝ: cuius singularis noĩatiuus hæc lactis: a græco galactides dictæ.

Lac inde lactens & lacto uel lacteo.

Lacedæmonia in peloponesso condita est a lacedæmõe semeles filio. hæc sparta a sparto phoronei filio uocata: qui fuit filius inachi.

Lacedæmonii spartani dicti sũt: qui a cadmo uocati undiq; sparserunt se.

Lacedæmonium genus marmoris.

Lacæna helena a loco.

Lacænus de lacaonia.

Lacerare: laniare. uexare. diuellere. conuiciari.

Laceto as. inde laceratus. tor. lacesso is & lacesco is & lacerus. componuntur de lacero.
Lacer uel lacerus participialis a lacero.
Lacerus qui lacerat.
Laceratus qui laceratur.
Lacerna genus cucullæ subtilis. genus byrri utrũ q̃ uillosi: quo utuntur uiri uel fœminæ. mantellum.
Lacerna pallium fimbriatum: quo olim soli milites utebã: inde dicta quasi ãputatis capitibus fimbriarũ neq̃ ita laxis. ut sunt penularum.
Lacerdus: clades inguinaria.
Lacheseos scitũ inutabile necessitatis oratio.
Lachesis ex tribus parcis: quæ trahit filum id est uitam. interpretatur sors.
Lacessit: affligit. detrahit. instigat. prouocat. exasperat.
Lacesso siui lacessere dictũ a canibus uł feris q̃ solent lacerando prouocare. coniugationis tertiæ correpta.
Lacesso a lacero desideratiuũ sicut arceo arcesso.
Lacerti musculi brachiorum.
Lacertus qui iunctus est humero.
Lacertuosus: ualens. constans. fortis.
Lacertus genus reptilis. dictus eo q̃ brachia habeat. Genera lacertoꝝ plura sunt ut uotrax salamandra stellio.
Lacertus genus piscis & serpentis. dicitur & hæc lacerta.
Lacinũ oppidũ in calabria a conditore lacino.
Lacinia: ora uestimenti. extrema pars uestium.
Lacinare: lacerare. frequenter lamare.
Lacinus latro fuit in sicilia: quem hercules interfecit.
Laciniosum: laceratum. pãnosum. uarium.
Lacoon lacoontos græce lacoontis latine. unde laconia in græcia est.
Lacoon: filius priami sacerdos apollinis.
Lacones pro laconici secundum græcam declinationem. Nam laconia ipsa est lacedæmonia.
Lachrymæ a laceratione mẽtis uel ut alii dicunt a græcis Δακρυοῦ.
Lachrymo as bilis: inde deriuatur lachrymabile id est flæbile. triste.
Lacto as unde lactens id est sugo.
Lactans quæ lac præbet. lactens cui præbetur.
Lacteo lac sugo. lacto lac præbeo nato.
Lactare: decipiendo seducere. circumfraudare.
Lacto as actiũ: unde lacteo absolutum. unde lactesco.
Lactentia quasi succo lacteo plena.
Lacteus circulus est uia q̃ in sphæra uidet̃ quasi alba quam circuit sol & ex splẽdoris ipsius trãsitu lucere facit.
Lactea zona circulus quidam in cælo: qui locus lucidior & albior cæteris apparet. unde lacteus uel galathia dicitur uulgo strata.
Lactis singulariter. pluraliter hæ lactes: partes intestinorũ a græco galactides.
Lactuca hærba quædam dicta q̃ abundet lactis uel quia nutricentes fœminas implet. hæc & sarralia dicitur: quia deorsum eius in modum serræ est. lactuca frigida est. non tamen noxii rigoris in cibo sumpta. fastidiosos languidos iuuat: priusq̃ habeat succum. imbecillum tañ corpus facit. ex parte sanguinem acquirit. hæc plurimum nimt fœminis. ĩ uiris tñ usũ ueneris coercet. trita cum sale combustis medetur.
Lactucæ agrestes ualdæ amaræ sunt. significant flætus pro peccatis.
Lacturnũ pagani aiunt deum messis adhuc lactescentis.
Laculata uestis est: quæ lacus quadratos cum pictura habet intextos aut additos acu.
Lucunaria quæ cameras subtegunt & ornãt quæ & laquearia dicuntur.
Lacunaria pendentia lum˙aria quasi lucunaria .i. aere lucentia. hoc lucunar ris.
Lacuna dicitur ois aquarũ congeries: uorago. fouea aquarum in quibus pisces latere possunt.
Lacus dictus quasi aquæ locus: stat enim hec profunt. idem stagnum ab eo q̃ stet cuius diminutiuum lacuna facit.
Lacus dicitur: quia per illum decurrit frugum liquor. torcular. hic lacus huius lacus a laqueatus per syncopam infernum significat.
Lacum aperire: fraudem parare.
Lael interpretatur ascensio.
Lagana cibus editus pistoria arte. græcum est.
Laganus genus panis. primum in aqua post in oleo frigitur.
Lageos græce genus uitæ latine præco quæ dicitur pro eo q̃ cito ad maturitatem currant. Nã lagos græce lepus dicitur.
Lagos græce lepus a uelocitate sic dictus.
Lagois græce fulica dicta eo q̃ caro eius leporinam sapiat auis uel pisces.
Lagena & situla græca sunt inflexa ex parte ad latinam regulam illi enĩ lagenos dicunt uel sitle: nos lagenam & situlam uas uinarium.
Laguncula alii interpretes batum transtulerunt.
Lagus pater ptolemæi regis ægypti: qui regnauit in alexandria.
Laicus popularis. laos λάοσ. n. populus græce.
Laios græce loquax.
Lallare lac trahere.
Lama piscina dicitur a quibusdam barbaris inde lamisio propriũ. sic multa sunt occulta.
Lamasse hebræum est quod. lxx. interpretes trãstulerunt in finem magis pro uictoria cõtinẽt aquila uero. id est ei q̃ præbet uictoriam. symmacus trisiphus uł palma

Lambere: libare. tactu distringere. lingere. absorbere.
Lambo bis. unde labium. labrum. a quo labrusca componitur plambo.
Lamæ dicuntur confracturæ uiarum: quæ fieri solent pluuia interueniente.
Lamæ fracturæ cuiuslibet metalli.
Lamech interpretatur percutiens. iste enim percussit & interfecit cain.
Lamentum: planctus: lamentus uero lecti.
Lamentari gemendo uel flændo miseriam deplorare & memorare.
Lamentatio: gemitus. flætus lachrymæ. ululatus
Lamia uel sena in esaia genus monstri: ut quidã dicunt.
Lamiæ quas fabulæ tradunt infantes de uentre corripere ac laniare solitas & iterum tradere uitæ a laniando dictæ.
Lamiscæ id est fasciolæ.
Lamus quidam nobilis a quo lamiæ nobiles.
Lampas græce flamma in uertice lucens dicta quod inanis uenti motũ ostendere uideatur.
Lampas interpretatur lucens uel ardens.
Lampas maior candela uel maius lumen: inde lãpo id est luceo.
Lampas ideo solsticium æstiuum dicitur. quia tũc lampas solis claritatem & calorem maiorem accipiat. hæc lanpas lampadis accusatiuũ lampadẽ uel lampada lampades uel lãpadas secũdum græcos sicut simili a græca.
Lampena stelle nomen.
Lampius græce incedula.
Lamprobius splendidius ex græco.
Lancumine carceres apud syracusas: ubi est mõs cauatus.
Lamus titonus fuit laomedontis filius ab aurora amatus. genuit menon.
Lana a laniando dicta id est uellendo. hic & uellus dictum quod prius lanæ uellerent.
Lana & lanicium idem significant.
Lanarius tætiarius.
Lances uasa quibus sacrificatur missoria. hæc lanx lancis statera.
Lancea est hasta habens amentum i medio: dcã quod æqua lance id est æquali amento uibratur.
Lanceola hastæ similis.
Lancinare: bellicare. trucidare. lacerare.
Landula: alauda genus auis.
Langobardi uulgo ferũt nominati a lõga barba.
Laniare: discerpere. lacerare. uellere.
Lanicium pro lana.
Lanificium lanæ opificium.
Lanificæ: lanam operantes.
Lanigeræ lanam gerentes.
Lanista laniarius carnifex a laniando corpora gladiator. macellarius: qui carnes laniat ferro.

Lanicium cura ouium est: ut lanas habeant.
Lanugo prima capillatio in barba: a similitudine lanæ. uel quasi lana supra poma.
Lanus fluuius fertur ultra danubium a quo alani dicuntur.
Lanx: uas quoddã. statera. trutina. disci genus pse. hæc lanx lancis.
Laos λαοσ græce populus. unde laici quasi plebs dicitur.
Laodicea ciuitas asiæ. interpretatur tribus amabilis
Lappa hærbæ genus dicta quod habeat caulẽ ingentem per terram dispositũ. hæc a græcis philãtropos dicitur quod uestibus inhereat.
Lappago genus hærbæ. Horatius.
Lapatus hærba breuis.
Lappacia uel lappella genus hærbæ: hæc i cibo sumpta stomachũ confortat uentrẽ reprimit. urinam prouocat. ructum excitat: nascitur locis sabulosis & lateribus.
Lapis dictus quod lædat pedem: dura uel mollis petra.
Lapicidina locus ubi lapides cæduntur.
Lapicidides artifices lapidum.
Lapidare: lapidibus obruere. dilaniare. dissipare.
Lapidarii campi in liguria esse dicuntur.
Lapillus paruus lapis uel gemma.
Lapis deriuatur lapillus. lapideus. lapidosus.
Lapido as lapidatio lapidator lapidarius. componitur dilapido lapicidides lapicidium.
Lapis uel lapides christum designant & sanctos discipulos: & in alia parte duros corde. significant.
Lapides preciosi. xii. istis nominantur nominibus
Iaspis: sapphyrus: calcedonius: smaragdus: sardonyx. sardius: chrysolitus: berillus: topacius. chrysopassus. ametisthus: hiacynthus.
Lapis iaspis uiridis est coloris unde dominum significat: qui est pascua pabuli & refectio oium electorum. significat etiam electos: quorũ fides nũq marcescit sed semper in operationis uigore perseuerant. Secundus lapis sapphyrus: licet i sui natura non sit preciosus sed in mysterio ualde pclarus. Nam ae eum colorem habens significat sanctos qui cælestia mente petunt dicentes cum apostolo: nostra conuersatio in cælis est. Tertius calcedonius: multo est uilior quam sapphyrus in natura: sed mystice & ipse ualde inuenitur preciosus. Est enim fortissimæ naturæ adeo ut omniũ sculpentium argumentis resistat: unde significat sanctos fortes: & qui inuicti sunt iter aduersa huius sæculi. hẽt etiã idẽ lapis similitudinẽ lucernæ pallentis: i quo sanctorum humilitatem significat: qui in præsenti uita pallidi id est despicabiles habentur: ipsi tamen in obscuro loco lucent. aliis lumẽ sciẽtiæ & ardoris fidei & dilectionis demõstrant. Quartus smaragdus pretiosus est in sui

naturæ: sed preciosior in electorum figura: qui tātæ est uiriditatis: ut omnium superet uigorē hærbarum: aerem etiam circumfusum uel imagines aspicientium uirides reddat. si moles eius fuerit ampla. huius genera lapidis sunt multa: sed preciosissimus inuenitur in scythia regione deserti: quos tamen gryphes custodiunt cum quibus arimaspi homines unum oculum habētes bellum gerunt ipsosq; lapides eis auferūt. lapis itaq; smaragdus nimiæ uiriditatis christum significat: qui pascua æternæ refectionis suis datus est fidelibus: & in deserto. i. in secretis cordibus fidelium & a terrenis curis remotorum reperitur. Sed gryphes id ē maligni spiritus eum tollere fidelibus nituntur: non suæ causa salutis sed fidelium inuidia: quem tamen arimaspi. i. electi unum oculum mentis habentes: cū malignis spiritibus pugnātes subripiunt. sic quoq; per hunc lapidem designantur: quorū fides nūq̄ marcescit: & alios suæ uiriditatis exemplo & doctrina erudiunt: & i xp̄i doctrina confirmant. Quintus sardonyx compositum ex sardo & onyce. cuius genera sunt plurima sed præciosior tribus coloribus distinguitur in subteriori nigro. in medio rubicundo in superiori candido uel aliter: primam partem habet nigram mediam candidam superiorem rubeam: significat sanctos: qui nigri id est contemptibiles uidentur sed tamen innouati per gratiam baptismi splendore fidei & albedine uirtutum adeo irradiantur: ut si necesse fuerit per charitatis officiū proprium sanguinem fundant id est rubeū. Sextus sardius qui terræ rubræ speciem habet: & significat sanctos: qui licet ad sublimia intuenda ducantur: suam tamen semper student recognoscere fragilitatem. recordantes se esse filios adæ q terra rubra interpretatur: unde & hic bene sextus ponitur: quia ille sexto die creatus est: cui dictum est. Terra es: & in terram ibis. Septimus chrysolithus: qui quasi aurum fulget & uidetur emittere ex se quasdam ardentes scintillas: cuius species illos significat qui in luce supernæ sapiētiæ resplēdent: suasq; uirtutes atq; sentētias cum uerbo exhortationis: uelut scintillas in proximos effundunt: quibus ad amorem dei & proximi alios accendunt. Octauus berillus: qui uiridem & pallētem colorem habet: qui illos designat: qui æternorum & dei contemplationi inhærentes cura fratrum ad pallorem redeunt: dum exteriora temporalia per uitam actiuam fratribus ministrant. Nonus topacius qui lapidum omnium colores in se habet: unde & dicitur quia παν græce totū dicitur: quo nihil reges carius in thesauris suis habere possunt. nasciturq; in insula ægypti: quæ dicitur topacion. significat sāctos o bus uirtutibus refertos multisq; uirtu ibus quasi coloribus relucētes. Decimus chrysopassus: qui aurei & uiridis est coloris: quod ip̄o noīe manifestatur: parū distans a berillos. significat electos sapiētia resplendētes & uiriditate fidei semper ad cælestē uiriditatē tendentes. Vndecimus hiacynthus qui filis aquæ est radio solis perfusæ. significat electos sapiā nō humana sed diuina repletos: quæ sig ificat per radios solis aquæ immissos. Duodecimus ametisthus: q tribus principalibus coloribus resplēdet id est purpureo uiolaceo & roseo p quod significat sanctos. q cælestem habitū gerūt in terris: & ad societatem angelorū: uetum sūt cæli. quod designatur per purpurā: quæ præcipuū & regale est indumētum. In uiola quæ humilis est hærba: & tamē optimum habet odorē. humilitas illorū exprimitur cū bonæ opinionis odore. In roseo aūt colore charitas intelligitur: quæ i tantū in illis uiget: ut usq; ad passionē martyrii nō solū pro amicis sed etiam pro inimicis ipsis prosiliat.

Lapistrum genus hærbæ.

Laphytæ gentes thessaliæ fuisse perhibent' iuxta pelion montem a laphyta filio apollinis dicti hi laphytæ centauri sunt.

Lapsana genus hærbæ græce. ipsa est & amoracea.

Lapsus: decursus. a labor eris.

Lapsina lapsus. laptatum potio e lacte.

Laqueare: uincire. ligare: unde laquear id est funis catharna: nam laqueus uinculum retinaculū.

Laquearia sunt: quæ cameras subtegunt. hæc & lacunaria: quod lacos quosdā quadratos ul' rotūdos ligno uel gypso ul' coloribus hēat p̄sc. hoc laquear ris id est tabulatum a laqueo.

Laquearia cameræ. catharnæ aureæ. ornamēta tectorum. funiculi de quibus candelæ de camera suspenduntur ut fila candelarum.

Laqueus: uinculum. retinaculum quo inretiūt' pedes animalium: unde laqueo as id est implico.

Laqueatus: receptaculum. puus & ornatus.

Laqueariorum pugna erat fugientes in ludo homines iniecto laqueo impeditos: cōsecutosq; prosternere: amictos umbone pelliceo.

Lardum pro laridum dictum q in domo conseruetur. nam lares domos antiqui dicebant.

Lar laris masculinum domus uel ignis.

Lares domus uel familiæ dii patrii aræ foci. sacra penetralia.

Larex species arboris a castello laricino dictus.

Largiri: tribuere. prisc. largio pro largior quod cōmune antiquitus.

Largitio: remburio. præmium. merces.

Largitas est donatio humanitatis: largitio uero ambitionis.

Largius uel largiuscule uberius. affluentius affatim plenius.

Largus: munificus. humanus: unde largitas ele-

mosynatum.

Laryssa ciuitas thessaliæ unde larisseus id est thessalus. laryssi urbs illirici nobilissima.

Larius lacus est uicinus alpibus per .xl. tenditur milia.

Laruus: umbratilis. falsidicus. maleficus.

Laruali: dæmoniosus. incantator.

Laruæ ex hoibus facti dæmones dicuntur q̄ mali merici fuerunt: quaꝝ naturam esse dicūt terrere. paruulos. in angulis garire tenebrosis.

Laruæ noxiæ umbræ. dam natorum animæ.

Larua imago: quam portant ante uultum.

Larunda. quidam lamiam dicunt.

Larus in pentarheuco gauiam significat: auis q̄ solet semper sedere aquis.

Lassare: fatigare. grauare.

Lassanum uasis genus: in quo exoneratur uéter.

Laser hærba quæ nascitur in monte hosco bagi: ubi & ganges fluuius nascitur: cuius succus p̄mum dictus laseridicum: q̄m manat ĩ modũ lactis deinde usu deriuatiue laser: hoc & a quibusdam opiũ cyrenaicũ dicitur: quia apud cyrenas nascitur.

Laser generis neutri legumen est.

Lassasco is: lassare incipio. infirmor.

Lasciuus a um libidinosus. fœdus. petulans. mollissimi actus homo.

Lasciuia a luxu dicit᷑: petulantia uero ab eo ꝙ male petit alienum pudorem.

Lasciuia: iocus. petulantia.

Lascimio is lasciuiui. id est luxurio.

Lassus: labore fatigatus. grauatus.

Lassitudo: fatigatio.

Lassus pticipiũ pro lassatus per syncopam.

Lata ampla. patula spatiosa.

Latebra: locus occultus. a latendo. latibulum.

Latebratim: occulte.

Latefurens nimis furens.

Late loca omnia loca.

Late longeq; quadrum est.

Latebrosus: obscurus. occultus.

Latere: occultari.

Lateo es deficit futuro ĩfinito sicut pleraq; neutra secundæ coniugationis.

Lateo. inde deriuatur latex latens latus. unde lateralis latito as: latebræ latebrosus: latibulum latesco scis: latrina latro latrociniũ latrocinor latium: latinus latenter. componit᷑ deliteo.

Lateranum palatiũ fuit neronis quod dictũ ē ul᷑ a latere septentrionalis plagæ qua sitũ est uel à laterana quam nero dicitur pepensse cũ tradidit se uiro. in quo pallatio nunc magna est ecclesia romæ.

Lateres & laterculi dicti ꝙ lati formentur circum actis undiq; tabulis quattuor.

Laterculi sandulæ. lateres autem crudi sunt q̄ & ipsi inde nominati ꝙ lati ligneis formis efficiuntur. prisc. hic later lateris.

Laterculus pedis unius in latitudine. xxiiii. unciarum in longitudine.

Laterculum dictum ꝙ ordinem habeat stratum annorum.

Laterem unius casus quamuis ablatiuus eius singularis & nominatiuus & accusatiuus plurales inueniuntur.

Latero as.

Laterna dicitur eo ꝙ in ea ignis lateat. uas lucernæ est.

Latex aqua quæ latet in uenis .i. proprie liquor fontis.

Latex uinum etiam dictũ ꝙ in uasis lateat.

Latitia: spatiosa aditu.

Latibulum. tenebrosũ. lustrum.

Latiæ: mundiciæ. uel latinæ.

Latiare: latinare.

Latifundus: late possidens.

Latini a latino rege fauni filio dicti sunt. Nã latinus Italiæ rex fuit: qui ex suo nomine latinos nominauit: qui postea romani appellati sunt. hi & quirites.

Latinus proprium regis soceri Aeneæ. uel gentile a latino latinus. & possessiuũ: ut latinus ager latina familia. latinũ uerbũ. latium autem uel a latẽdo uel a latitudine nomiatur. a latino latinitas a latialis ul᷑ latiaris cõmune triũ generum componitur latinigena: quomodo troiugena i in u propter geminationem mutato.

Latinus filius fauni filii pici: filii saturni. Virg. primi bi.

Latinæ sacrificia in latio constituta ioui.

Latium pars italiæ dictum: q; saturnus a ioue fugiens ibi latuerit.

Latium pro Italia.

Latium urbs Italiæ a saturno cõdita.

Latitudo: superficies. planum.

Latomi in regnorum libro lapidum cæsores græcum est.

Latona dianæ & apollinis mater.

Lator: portator. a feror ferris. latus.

Lathos arboris genus.

Latratus est uox canum.

Latrare ad canes pertinet. uel indecenter. uel importune uerba proferre.

Latrator Anubis dicitur Mercurius apud ægyptios capite canino figuratus.

Latresontes græce seruientes.

Latrensis seruitus.

Latria græce dicit᷑ seruitus soli deo neq; ulli creaturæ debita. unde idolatria dicitur.

Latrina: secessus. publicus locus ubi lauari solebãt sordida. locus priuati secessus a lateo.

Latro incessor uiarum a latendo dictus. uel a late

tis custodia.

Latro est qui furatur & occidit. unde a latitando in insidiis dr. fur uero ē qui alienū aliqd occulte & timēdo subtrahit a furuo. i. nigro dictus.

Latro aliquando uenator.

Latrus leuus.

Latro a latendo dictus communis generis. latro cinoratis.

Laturnus deus lactescentibus frumentis pfectus

Latus dictum quia iacentibus nobis latet. prisci. hoc latus teris: unde latero as lateralis.

Latus ta tum: spaciosum. diffusum. unde latior latissimus lantudo latus tior latissimus.

Lauare: abluere delere.

Lauo as & lauo is in una significatione sed lauis pro humectas magis dicitur & ātiquitus præteritū laui supinū lautū & antiquitus lauatum

Lauacrum balneorum genus. ablutio. baptismus a lauando.

Laudare: celebrare. extollere.

Laudatio est ipsa laudantis oratio: laus uero ipsa uirtus nitēs: quæ etiam sine celebratione cōstat.

Laudunæ ecclesiastica uasa.

Laudeis. proprium ciuitatis.

Lauerna dea furum. uel latro qui alienos filios seducit.

Lauerna: ferramenta latronum.

Lauina uxor æneæ latini regis filia: a qua lauinia urbs unde lauinia littora.

Lauinium æneas in italia condidit cui uxoris nomen dedit.

Lauinū prius dictum a lauino fratre latini post lauinium a lauinia.

Laumedon qui constructa troia non soluit uota numinibus.

Laomedontia pubes troiana.

Lannechil id est talio.

Laurus a uerbo laudis dicta. hæc enī cū laudibus uictorꝝ capita coronabat. apud antiquos autē laudea nominabat. hanc græci daphnē uocat ꝙ nunꝗ deponat uiriditarem.

Laurus. inde laureatus ta tum proprium laurentius & laurētia & cōprehensiuū laurētū & myrtetū & laureus a ū. & laurus ri & laurus laurus.

Laurentum propriū ciuitatis dictū a lauro īuenta in arce ubi latinus stabat. inde patronomicum uel possessiuum hic & hæc & hoc laurens.

Laurea: uictoria. corona.

Laureatus: coronatus.

Laureus laureolus diminutiuum prisc. uictoria.

Laus laudis ipsa uirtus nitens.

Laus: claritas. ornamentum. decus. gloria nomē.

Lausantes: lauantes.

Lautumnia: custodia carceris.

Lautumniæ: uincula. cathænæ. carceres.

Lautumnium supplicii genus a tarquinio supbo inuentum ad nomen sceleratorum.

Lautus· locus. generosus. honestus. celebris. a lauo lauas.

Laxa. luxuriosa. indulgentior.

Laxamentum: spatium. requies. intermissio.

Laxare aperire indulgere.

Lazarus interpretatur adiutus eo ꝙ morte a domino fuerit re uscitatus.

Lea: leo fœmina leæna.

Leanus leonis filius.

Lebes uas coquendi aliquid sup ignē olla ænea.

Lebes tis secundum regulā prisciani fœmininū est sed tamen ouidius masculinū facit. Vigiti filios operoso ex ære lebetes.

Lebetes ænea sunt uasa in usu coquendi. græcū ē cacabi minores uel ollæ.

Lebeta olla generis fœminini.

Lebecinæ popinæ.

Lebeus interpretatur corculus a corde. idem & tadæus. ipse & iudas iacobi.

Lebna interpretatur candor. dealbatio.

Lecebra: seductio. occulta blandicies. uoluptas.

Lechitus in regnorum libro ampulla olearia.

Lecitator prouocator.

Lectica: stratus. storia camera. cubile. grabatū. puluinar. spingæ. pūicati. spōdā. pluteus genialis cunabula. ferertū. capulus. scamnū. scabellum. suppedaneū. scansilia. sedes. thorus. palustrū. thronus. subsella. cathedra. soliū. sella subsellia curulis. tripodes.

Lectica lectus imperatorꝝ. sponda uero exterior pars lecti. pluteus interior.

Lecticæ a lectis hærbis dicuntur: quibus consules portabantur.

Lecticalis dicitur qui facit lectulos.

Lectio dicitur quia non cantatur ut psalmus uel hymnus sed legitur tm̄. hic enim pronunciatio sola quærit. illic modulatio. unde oportet ut quando psallitur ab omnibus psallatur: cū orat ab omibus oret: cum lectio legitur facto silentio ab omnibus audiatur.

Lecti pro electi. primi.

Lecti filia fratris.

Lectisternia ubi homines sedere uel iacere consueuerunt.

Lectito as frequenter lego.

Lectores a legendo uocati. hi enim prædicāt populis quid sequātur. idē & pronunciatores dicūtur ꝙ porro annuncient. Tāta. n. & tam clara erit uox eorum ut ꝗuis longe positorum aures adimpleat. quorum ordo a prophetis cœpit quibus dicitur: clama ne cesses. porro uox lectoris simplex erit & clara & ad omne genus pronunciatiōis accommodata plena succo uirili agrestem & subrusticum fugiens, sonum

Nō humilis nec adeo sublimis: non fracta nō tenera nihilq; fœmineū sonans non cū motu corporis: sed tn̄ cū grauitatis specie. Auribus eni & cordibus consulere debet lector: nō oculis: ne potius ex ipso spectatores magis q̄ auditores faciat.

Lector dicitur a colligendo animo quæ legit q̄si collector. uel a legendo id est percurrendo unā nauis dicitur legere quicquid trāsit.

Lectus lectulus a lectis hærbis quibus fiebat dr: significat requiē. Aug. uī uoluptates corporis

Lecturio legere uolo. prisc. a lectu. lecturio meditationem significat.

Lædere: percutere. detrahere. carpere.

Lædo is læsi læsus læsura.

Ledona æstus maris: decrescens dicitur.

Legale ex lege sicut imperiale ex imperio.

Legalis rectus: talis qualem lex præcipit.

Legat: testamento donat uel allegat: legationem facit.

Lego as legationē facio uel mitto. lego gis lectionem lego. Est tamen in prima syllaba differentia. nam lego gis pēultima breuiatur: lego gas penultima longa.

Legatum: legatio defuncti.

Legatarius testationis est cui aliquid testamento delegatur relinquitur & donatur.

Legatus: internuncius. uel missus.

Leges diuinas moyses primus omnium hebræis explicauit: phoroneus uero rex græcis. Mercurius trimegistus ægyptiis. Solon Atheniēsibus. lycurgus lacedæmoniis: ex apollini auctoritate. Numa pompilius qui Romulo successit in regno romanis prius leges dedit. Deinde cum populus seditiosos magistratus ferre non posset: decē uiros legibus scribēdis creauitq; leges ex libris Solonis in latinū translatas duodecim tabulis exposuerūt. leges autē redigere in libris primus consul Pōpeius īstituere uoluit: sed nō potuit paulati uero antiq leges uetustate atq; incuria exoleuerunt. Nouæ autem a constantino cæsare cœperūt & reliqs succedēribus erantq; permixtæ & inordiatæ. postea theodosius minor augustus ad similitudinē rogatiani & hermogeniani codicē factum cōstitutionē a constantini tēporibus sub proprio uniuscuiusq; imperatoris titulo disposuit qui theodosianus dr̄. Sed Iustinianus melius & in itegrū leges restituit. Oēs autē leges aut diuiæ sūt hūanæ. aut diuiæ natura. hūanæ moribus. Fax lex diuina est. Ius lex humana. Transire p alienū fas est. ius nō est. Ius generale nomen est: lex aūt iuris ē species. Oē eni ius legibus & moribus cōstat. Nam lex est cōstitutio scripta a legendo uocata. Mos autē lōga consuetudo de moribus tracta. Consuetudo uero ius quoddā moribus cōstitutū: quod p lege suscipit: cū lex deficit. Na differt: scriptura an rōne consistat: qn̄ & ratio legē cōmendet. Porro si rōne lex constat lex erit oē quod ratione cōstiterit dūtaxat quod religioni cōgruat: qd̄ disciplinæ conueniat: quod saluti pficiat. Cōsuetudo autē uocata quia in cōi est usu. lex est cōstitutio populi. quod maiores natu cū plebibus sanxerunt. Nam quod rex uel imperator edidit constitutio uel edictum uocatur.

Leges quædam ab his dūr q eas cōdiderūt. Satyra lex: q̄ de pluribus simul rebus loquit̄. Rhodiæ uero naualiū cōmercioꝝ sunt a Rhodo insula: in qua antiquitus usus mercatorum fuit.

Leges: societas. pax. fœdus. conuentio.

Legere nauticum uerbum est: quia nauis dicitur legere quicquid transit. lectitare uero ad freqntiam refertur: nam legere ad tempus.

Lego gis leg lectus. Ex eo cōposita præteritum eiusdā seruāt. ut colligo collegi: relego relegi quod dīæ causa nō mutat le in li sic perlego. Excipiuntur mutantia simplicis significationem. Negligo neglexi. diligo xi. itelligo intel'exi: qd antiqui interlego dicebant.

Legere librorum dicimus uel ad custodiendum commendare.

Legere prætenre uel colligere significat.

Lego gis gi lectus lector trix tio. lex legis unde legalis iter. componitur legitimus: legisperirus: legisdoctor. legifer: exlex: eligo: preeligo: deligo: diligo: relego: perlego: negligo: colligo. & quæ ab his fiunt. deriuatur legumē: unā ligura. liguno ns. lecturio ns. lectito & secundū quosdam lego gas: unde legatus legatarius legatio: cōponitur delego: relego: collega.

Legio sex milium armatorum est ab electo uocata quasi lecti, id est armis electi: proprie autem macedonum lingua phalanx. caterua gallorū nostra legio dicitur. habet. lx. centurias uel cētenarias. xxx. manipulos. xii. cohortes. cc. turmas.

Legio minor sex milium: legio maior. xii. miliū.

Legionarii: legalia de legione.

Legi recar: legis constitutor.

Legumen a legendo dictum quasi electum. ueteres enim meliora quæq; legebant id est fabā: lenticulam: pisam. siue q manu legantur nec secentur.

Leucos λευκοσ id est albus.

Lelex lelegis penultima corripitur proprium gētis: uel cum lex legitur & non fit.

Lælius quidā seuerissimus romanus fuit: ad quē scripsit Cicero libros de amicitia.

Lemannus fluuius galliæ: a quo lemanni.

Lemannus lacus prope lasonnam.

Lembus nauicula breuis: quæ alias dicitur cym-

ba & capillus.

Lembus genus naviculæ velocissimæ: quas dromones dicunt.

Lembus vestis regia.

Lemni ce id est fasciolæ purpureæ.

Lemniscata id est maior palma gladiatorum.

Lemnias in libya credunt nasci truncos sine capite, oculos & os in pectore habentes.

Lemnia genus monstri.

Lemnos insula vulcani: inde lemnius vulcanus.

Lemnius luctuosus dicitur.

Lemnunculus lembus.

Lemniones larvæ animæ mortuorum.

Lemniones umbræ quædam: quæ cum corporibus morantur vel quasi a remo cuius umbra in sequebatur fratrem suum Romulum.

Lemures umbræ vigillatorum dicti quasi laresmo.

Lemures diabolicæ imagines: quæ apparent in nocte noxiæ.

Lepsis græce sumptio dicitur.

Lena græce amictus villosus: rotundus duplex qua infulati flamines sacrificabant. huius inventor dicitur lenas.

Lenas proprium cuiusdam qui invenit lenam.

Lena id est coitus. sagum quoddam. vel palla.

Leæna leo fœmina. leæna fœmininum leonis fœmina.

Leneos martius mensis dicitur lingua punicorum

Lenæus liber a leniendo corda. dicitur enim quod ipse invenisset vinum. vel a lacu in quo expressis uvis vinum currit: qui lenos græce dicitur.

Lenis: dulcis. mansuetus. cõmunis. placidus.

Lenire: placare. mitigare. mulcere.

Lenimentum. placatio vel species qua lenit luna.

Lenitas. mansuetudo. misericordia.

Leno præpositus meretricum sive seductor: dictus quod mentes miserorum blandiatur & leniendo seducat.

Leno lenunculus vel lenulus.

Leno a leniendo dictus: cõis generis: invenitur tamen fœmininum lena.

Lenocinari: seducere. conciliare. turpi adulatione blandiri.

Lenocinium: meretricatio. circumventio. seductio

Lenos græce lacus: in quo uva exprimitur.

Lentare: tardare.

Lento as activum est: unde lenteo: inde lentesco lentescis it sensim se flectit. de virgultis dicitur.

Lentaculum: crustacia.

Lenterna: viticula modica.

Lentea: fovea.

Lente: paulatim. gradatim. tarde leniter.

Lenticula in regnorum libro vasculum æreũ quo ungebantur in regno a liniendo dictum.

Lentis: navis pusilla.

Lens lentis. legumen.

Lens dis al'. lentis genus leguminis dicta quod humida & lenta sit. vel quod adhæret humida. hæc in cibo sumpta deducit magis ventrem & urinam.

Lentigo est vestigia macularum parva in rotundo a specie lenticulæ dicta.

Lentiscum genus virgulti dictum quod cuspis ipsius lenta sit & flexibilis & mollis. huius fructus oleum desudat: cortex vero resinã: quæ mastix dicitur.

Lentiscus arbor.

Lentus mons Arcadiæ.

Lentum: molle. tenue. & quicquid flæxibile est.

Lentus. tardus. segnis. inefficax. languidus. otiosus.

Leo græce rex interpretatur eo quod princeps sit omnium bestiarum. cuius genus trifarium dicitur id est breves iuba crispa: qui imbelles sunt. longi & coma simplici acres animo.

Leo est corruptum: leæna vero totum. græcum est lea usurpative dicitur.

Leo quintum signum quẽ fortissimum hercules in græcia interfecisse dicitur: indeque inter astra collocatũ ob memoriam eius virtutis: seu quia præest quadrupedibus: vel quia sicut leo fortior est cunctis animalibus: ita sol cũ ad hoc venerit plus fervet. Ad caudam eius septem sũt stellæ in triangulo crines Beronicis.

Leon leontos græce declinatur. Amb.

Leo piscis est genus.

Leo leæna vel lea. Quinque sunt quæ faciunt fœmininum in a. Draco dracæna. leo leæna. leno lena. caupo caupona: strabo straba. hæc communia esse tam ipsa natura quam exempla græcorum ostendunt: nisi quia faciunt in a fœmininum.

Leo significat christum. in malo etiam diabolũ sæculare regnum.

Leo leonis. a quo leæna. leoninus leopardus leo dalus.

Leontofomos bestia: cuius cinis cum carne datus leonem interficit.

Leopardus ex adulterio leænæ & pardi nascit'. & tertiam originẽ efficit: unde & dicitur.

Leochrysus gemma est colore aureo vena candida interveniente.

Lepidum: molle. dulce. gratum. a lepore quod est mollissimum animal.

Lepidus facetus & homo mollis. Facetus vero qui iocos factis cõmendat.

Lepistum genus vasis.

Lepistum vas vinarium antiquitus dictum.

Lepista genus vasis.

Lepitudo epifora.

Leporina genus hærbæ dicta quod caulem mollẽ

mittat id est saturiona.

Lepo. leporis eloquentia uel facundia: hic lepus leporis. prisc.

Lepos: urbanitas. iocunditas: uoluptas a lepore quod est mollissimum: unde gratum aliqd lepidum dicimus.

Lepra asperitas cutis cũ pruritu & squamosa laphitæ hærbæ similis unde nomẽ sũpsit cuius color nunc in nigredinẽ uertitur nunc in albedinem nunc in ruborem quæ ita dinoscit' si uariatum inter sanas cutis partes color diuersus appareat: aut si ita se ubiq; diffundat: ut omnia unius coloris q̃uis adulteri faciat.

Lepre est albor in cute: non candor a pruritu dcã

Leprosus a pruritu nimio scabiei dictus.

Leptis oppidũ afncæ in prouincia tripolitana.

Lepus filius fratris.

Leptopericæ: minutæ febres.

Leptomeres græci dicũt oleum sabinum: quod est oium tenuissimæ uirtutis & penetrabilis.

Lepus onotis uenantis canẽ fugit.

Lepus blãdicies.

Lepus aĩal timidũ quasi leuipes dictũ. quia uelociter currit. unde græce lagos dicitur.

Lepus significat timentes deum & humiles.

Lepus leporis masculinũ tantũ tertiæ declinationis us correpta solum inuenitur. unde lepos lepusculus: unde & lepuscellus: diminutiuum animal timidum.

Lepusculi tesseræ dicuntur: quia exiliendo discurrunt.

Lepus, genus piscis de similitudine capitis dicit'

Leretica a lertæ id est inuectio.

Lerna lacus uel palus i arcadia: ubi fuit serpẽs hydra cum multis capitibus: quæ ab hercule interfecta est.

Lernæus anguis hydra: quæ in lerna interfecta dicitur.

Lærtia regna: in quibus lærtes regnauit pater ulyxis.

Lærtiades ulyxes.

Lesbos insula in troade: unde lesbos alceus.

Lesbia damnose bibens interpretatur.

Lestes λησθής græce latro. cõmune est. prisc.

Lestrigones fert homines gigantes: unde dicit' lestrigonia populi ætnæ insulæ: qui humana carne uescebantur.

Læsus a lædor ris. afflictus. offensus tristis.

Læta: gaudens. fertilis. luxurians. hylaris. pulchra

Lætamur de nostris bonis: gratulamur de amicorum.

Lætamen dictum eo q᷑ suo nutrimento læta reddat gramina: lœtale uero mortiferum nam lœtum mors dicitur.

Letaniæ græce latine dicuntur rogationes: quæ inducuntur propter rogandum deũ & impetrandum. Exhomologesis uero pro sola confessione peccatorum accipitur.

Letargia est oppressio, cerebri cum obliuione & somno. a somno dicta.

Letargus mortifer.

Letargus genus morbi id est obliuio' mentis qa letes obliuio dicit' græce: unde letea id est obliuiosa. hinc etiã leteus fluuius iferoꝝ ex quo qui potat quicquid passus ẽ obliuiscitur: & ad superos reuertitur iteꝝ corpora ingrediuntur animæ: hoc poetæ fingunt.

Letargus quo comprimuntur ægri ad falsum somnum.

Letafagi obliuionem edentes.

Lœtifer mortem ferens: nam lœtum id ẽ mors.

Lœtiferum: mortiferum.

Lætitia est mẽtis gaudium cum uitiis mixtũ: cuius lator liber esse dr: exulatio uero uerboꝝ atq; membrorum.

Lætor aris deponens absolutum.

Lætor id est gaudeo græce ευχαριστέω εχαριστω eucaristo.

Lætus per æ scribit' quod a latitudine dicitur unũ lætitia. lætor aris: nam lætus dr eo q᷑ mentis gaudio dilatetur: lœtum uero id est mors: qđ per œ scribitur quidã per se dicunt uenire. quidam a leo les id est destruo quod tñ in usu nõ est sed componitur inde deleo.

Læua dicitur quod aptior sit ad leuandũ aliquid & portandũ: ipsa. n. gerit clypeũ ensem & alia ut dextra sit expedita: unde leuus a um id est sinistrum uel contrarium Virgilius. Si mens nõ læua fuisset id est stulta. Item si quæ numina leua sint pro prospera.

Leuare: erigere. adiuuare. soluere. reficere: unde leuamen id est solatium. adiutorium. requies: oblectamentum.

Leucas leucadis uel leucadium pmontoriũ ẽ: ubi pugnauit Antonius cum augusto.

Leucate ĩ pmontorio epiri: ĩ quo octauiãus uicit Antoniũ & cleopatrã: a nitore nimiũ dcũs. nã λευκος græce albũ & est iuxta ambrachiam.

Leucas bellũ nauale: quod octauianus gessit cũ antonio.

Leucate mons est in arabia.

Leuce ciuitas iuxta hadriat' cum mare.

Leucon græce album.

Leuca græce alba.

Leucas significat cucullum.

Leucothoe λευκοθόη curto filia orcami uel leucothea id est alba dea: quæ est aurora.

Leucrocota animal uelocissimum in india.

Leucocinus aqua & oleum

Leuca compositura in lõgum

Leue: subtile inualidum. friuolum.

Leuga finitur passibus mille quigentis.

Leugas galli uocant: græci uocant stadia. nos miliaria.

Leui interpretatur assumptus id est ex omni populo electus uel additus siue appositus: dixit enim lya cum eum peperit: mecū erit uir meus: quia peperi ei tres filios. hic fuit duodecimus filius israel. qui electus est ex omibus ad portanda uasa uel ministrandū deo in tabernaculo uel in templo. a quo leuitæ dicti sunt.

Leuiatan id est serpens de aquis: qui in huius sæculi mari uolubili uersatur astutia. interpretatur autem hebraice leuiathan additamētum eorum hominum. s. quibus in paradiso semel culpā præuaricationis intulit: & hāc usque ad æternā mortē psuadendo quottidie adiicit.

Leuidensis uestis dicta: quod raro filo sit dēsata: leuiterque extensa.

Leuigare: polire. linire. dealbare. leuem facere uel lenem.

Leuir uiri frater dictus quasi a læua uiri uel leuis uir id est sinister. læuir ri a uiro componitur.

Leuita uasa ænea.

Leuis: manis. uentosus uacuus. uanus uel imberbis & lenis pulcher.

Leuis si instabilitatem mentis uel exilitatem pōderis significat breuis & est le: si uero planum uel leuitatē tactus: uñ leuigatus. longa fit le.

Leuitas: uelocitas uel inconstantia.

Leuis leuis in uerbis dicitur.

Leuiter: summ manu. tenuiter.

Leuitæ de nomine auctoris dicti: de leui enim nati sunt. hi græce diacones. latine ministri dicūtur. hic leuita leuitæ.

Leuiticus liber appellatur eo quod leuitarum ministeria & diuersitates uictimarum totusque in eo ordo leuiticus annotetur.

Leuitonum: colobium lineum sine manicis qualibus monachi ægypti utuntur.

Leuum: sinistrum contrarium.

Lex est quam populus centuriatis comitiis sciuerit & decreuerit.

Lex est mens & animus consilium atque sñia ciuitatis a legēdo dicta.

Lexis græce latine locutio id est quælibet syllaba uel uox quæ scribi pōt.

Lexis lexeos hoc est dictionis uel elocutionis.

Lexa: luxuriosa q̄si laxa id est inutilis.

Lia: amurca.

Liues: ruina.

Lya interpretatur laboriosa: utique generando plurimos labores q̄ rachel fæcunditatæ pariendi experta est.

Liba: degustamenta sacrificiorum prima. dicta eo quod libeant & placeāt: hæc & placēta dicuntur. hoc libum singulariter.

Liba panes tōsuræ barbæque excubiti dicuntur.

Libare: sacrificare. gustare. fundere. leuiter tāgere.

Libamina prima sacrificiorum degustamenta.

Libanus phœnicum mons: in quo cedrorum arbores etiam maxime & excellentissime sūt p̄ cæteris arboribus.

Libanus montibus terræ iudææ præcelsior est. significat christum.

Libanus interpretatur candidatio. cuius ea pars q̄ est super eum ad orientalē plagam respiciens antelibanus. i. contra libanum appellatur.

Libanus quæ & thus dicitur: arbor arabiæ imēsa succū aromaticum fundens dicta a monte arabiæ. ubi sabæi sunt: nam mōs eorum libanus dicitur: ubi thura colligūnt: unde scriptum ē odor tuus sicut odor libani.

Libanum: thus masculum.

Libanumannes thuris masculi pulueres.

Libana genus chartæ ob honorem libyæ prouinciæ.

Libanotes id est rosmarinus anteq̄ thus sciretur hac hærba deos placabant.

Libassius liber.

Libare proprie erat quando pateras mero plenas aris fundebant. Nam libare proprie fundere ē unde liber dicitur. Nos iuxta uerborum distinctionem imolamus panem libamus calicem libare proprie fundere est sumptum a libero: qui uitis usum repperit.

Libella tertia pars ponderis: parua libra.

Libenos hellenorum lingua martius mensis.

Libens: plena uoluntate uolens.

Libenter aduerbium. cū magna uolūtate. ex aīo.

Liber unius uoluminis est librorum multorum liber est etiam interior tunica corticis quæ ligno cohæret: quia ante usum charte de libris arborum uolumina fiebant: unde scriptores a libris arborum librarios uocauerunt: qui ātea bibliopolæ dicebantur.

Librarii autem idem & antiquarii dicūtur. Sed librarii sunt qui noua scribunt & uetera. Antiquarii uero qui antiqua tantum. unde & dicuntur.

Liber dictus quasi litterarum uber id est abundātia: unde libellus librarius.

Liber est corticis īterior pars: dictus a liberato cortice id est ablato. Est. n. quiddam medium inter lignum & corticem.

Liber libri uolumen uel cortex corripit penultimam.

Liber a um: non seruus. producit penultimam. hic liber liberi id est bacchus similiter pducit penultimam. hi liberi horum liberorū .i. filii.

Liber ra rum francus homo: unde libertus & libertinus.

Libero as componitur delibero as. liberalis liberalitas & libtas. liberior rimus: & hi libi hore

liberorum: libra libræ. libro as. libramen. tor. tio. cóponit bilibris. & q ab his fiūt.

Libera ia promiscui ludi hébant apud paganos ob honoré liberi. pluraliter declinat. pnsc.

Liberalis: largus. munificus. dictus q libéter donet: nec murmuret.

Liberalitas: donatio. hūanitas. largicas

Liberaliter: magnifice. large. plene. benigne.

Liberalis dictus q liber id ē largus sit ī dádo.

Liberare: eruere. redimere. eripere.

Liberi filii ideo ī legibus dnī: ut isto uocabulo a seruis secernant: qa sicut seruus in potestate ē domini: sic filius ē in ptáte patris: inde etiá filio fit emácipatio: ut sit liber a pře: sicut seruo manumissio. Itē liberi dicti qa ex libero sunt matrimonio orti. Ná ex libero uel ancilla serui si eiusdē cōditiōis sunt: semp eni qui nascit deteriorē parētis statū sumit.

Libertas cōditionis ē: liberalitas uero beneficentiæ & largitatis.

Libertus uocat quasi liberatus. Erat enim prius iugo seruitutis addictus: libertorū aūt filii apd antiquos libertini uocabant quasi de libertis nati. Nūc uero libertinus aut libertus factus: aut possessus ab alio.

Liber qui & dionysius & post morté deus habitus: hunc gentiles uitem ostendisse dicūt hospiti suo in attica: hic liber quádo bellauit ī india multas habuit fœminas in exercitu suo: quæ & bacchæ dicebantur: nō tam uirtute nobiles q furore.

Liber a libetaméto appellatus dicit q quasi per eius beneficia femina in coeūdo liberétur. Idé muliebri & delicato corpore pingit pp mulieres sibi attributas: & unū propter excitádum libidiné: unde & frons eius pampino cingit: sed ideo coroná uiteá & cornu habet. qa cū moderate uinū bibit lætitiam præstat: cū uero ultra modū lites excitat: id est quasi cornua dat. Idem & lyæus dicit græce q uino multo membra soluant.

Liber aliquádo uinū significat. qa id inuenisse liberū poetæ finxerūt.

Liber fit tribus modis: qui species sunt & partes libertatis. Ná uno quolibet modo factū liberū eē cōstat: una qdē pars ut cēsu liber fiat: cēsebant eni id est cōnumerabant antiquitus soli ciues romani. Si quis igit iubente uel cōsentiente domino nomē detulisset & censum ciuis romáus fiebat: & seruitutis uinculo soluebat: Altera pars uídicta dr. Vindicta uero ē uirgula quá lictor manumittēdi serui capiti ipōnēs eundē seruum ī libertaté uídicabat. habēs quædam solēnia uerba adeoq uídicta uocabatur. Tertia uero pars est si quis suprema uoluntate in testamenti serie seruū suum liberū scripserit.

Liberū arbitrium est arbitrium potens retinere rectitudinem bonæ uolūtatis propter ipsam rectitudinem.

Liberū arbitrium est liberæ de uoluntate iudiciū.

Liberū est: licet. tutū ē. fas est.

Libet: placet. in aīo dulcescit. i magna est uolūtate: unde libens enter tius. libētissime. libido.

Libet ipersonale a libeo es: quod modo non est in usu.

Libethros fons ē: ubi colūt musæ unde libethrides dicunt.

Libya africa dicta q inde libs fluat. id est africus. Alii dicunt epaphum iouis filium ex cassiota procreasse libyam quæ postea in africa regnauit. cuius ex nomine libya dicta est. mater fuit agenoris.

Libya tertia pars orbis & libya cyrenensis infra istam libyam maiorē est.

Libya cyrenaica & pentapolis post ægyptū ī parte africæ prima est. hæc incipit a ciuitate parethonia & montibus catabathynon dr locus ī secūdo mari usq ad aras philenorū extendit post se habet usq ad oceanū meri. ianū gentes libyæ æthiopum & garamantum: hinc est ab oriente ægyptus. a septentrione libycum ab occasu syrtes maiores & troglodítæ. contra quos insula calypso est: a meridie æthiopicus oceanus.

Libya cyrenensis proui[illegible] a cyrene urbe metropoli quæ i eius est finibus dicta.

Libyci a filio chaim sunt exorti.

Libycon: hibitátes littora.

Libido p̄ bi cupiditas ē animi. liuido uero p̄ u liuor ē corporis. Sūt aūt multæ uariæq libidines: sicut uescendi quæ ira uocat: uel hēndi pecuniam: quæ auaricia nominat &c. Cū igit non additur cuius libido nō solet animo occurrere nisi illa quæ in carne corruptibili plus omnibus seuit: hæc autem sibi nō solúmodo corpus uerūetiam [illegible] totum commouet & uēdicat hominē animi affectu simul cū carnis appetitu cōiuncto.

Libido dicta eo q libeat alienus pudor.

Libidus dictus quod qd libet agat.

Libidiosus dictus: qa facit quod libeat.

Libyes & libyo dicunt.

Libys: afer uel olla ænea.

Libyssa una de decē sibyllis.

Libystis libystidis: libyca libysticida afra uel maura.

Libysticæ fabulæ sunt dum hominū cum bestiis aut bestiarū cū hominibus fingit uocis eē cōmertium.

Libitina paganorum dea libidinis quam quidá uenerē īfernalē dixerūt: tū lectus mortuorū uel

locus in quo mortui cõtutant' libitina dici'.
Libitina mors uel dea paganorũ a libando:iuxta cuius templum erat cimiteriũ mortuorũ.
Libitinæ:popinæ.
Libitus tus.uolũtas.desideriũ.
Libitus:oblitus.immemor.
Libo as.sacrifico:offero.libor imolor.
Libra.xii.uncis pficitur:& inde habetur perfecti ponderis genus:quia tot constat unciis quot mensibus annus.dicta autem q̃ sit libera & cuncta intra se habeat pondera conclusa.
Libra signum in cælo dicitur: quã etiam habere brachia id est scorpiõis chelas græci fantur:dicta uero ab æqualitate quia octauo kal'.octobris sol per id signum currens æquinoctium facit.
Libripens libripendis a libra & pando componitur:id est trutinator:qui pensat aliq̃d.
Libra.ueritas.iusticia.rectitudo.perfectio.
Librarii scribæ q̃ faciũt chartas publicas.
Librare:trutinare.quatere.examinare.
Librat:crispat.torquet.micat:uibrat.
Libramentũ:æquilibrium.
Libri uocant' a libertate legẽtiũ.Remotis enim ab hoc officio seruis solis tm̃ liberis studium legendi dabat'.Scribebãtur aũt diuersis coloribus quos facere poteris huiusmõi factis cõfectionibus: Argẽteas lřas facies:si florẽ æris & alumẽ æquis põderibus & argẽto cõtriueris: Aureas facies si alumen & æris flos æquo põdere aceto ĩfusum de auro ĩ aurum usq; ad mellis attici crassitudinẽ triti perduxeris. Aereum colorẽ facies si sal & alumẽ rotũdũ æq põderis in æreo uasculo aceto ĩfuso ĩ æramento teras usq; ad mellis attici crassitudinẽ hoc etiã ferreũ facit.
Libri:uolumina.annales.monimẽta.codices.testamenta.
Librũ dicimus pẽsum lanæ:hinc libraria dicitur & lanipendium.
Libs uentus africus.
Libum genus dulciamenti.sacrificium.hoc libũ & hæc liba.
Liburnæ naues dictæ a lybiis.Sunt eñi naues negotiatorum.
Liburnus nauis maxima:uel genus uehiculi.
Liburna nauis uel archa.
Liburni populi acolæ hadriatici maris: prompti sunt ad mouendum.
Lycamba quidam q̃ spernit archilochũ generũ.
Lycaon rex quidam in græcia:qui cum iouem ĩ hospitio suscepisset uoluit probare diuinitatẽ illius:unde scd'm fabulas uersus est in lupũ:q̃ cuiũ pater fuit helicis id est ursæ maio is q̃ αρκτοσ arctos græce:unde lycaonis signũ dicitur.

Lycaonia regio a lycaone rege dicta.
Licanos hypaton dicta q̃ licanos græce index digitus est ad demonstrandum quæ est quarta chorda.licanos uero meson id ẽ ĩ media.
Lichinus genus marmoris:idem & parius.
Licet aduerbiũ permittendi.
Licet:quãuis coniunctio explectiua.
Licet:fas est:ius est.uerbum impersonale a liceo quod non est in usu.
Licetur:appreciat:non habet in usu hoc uerbum amplius.
Liceo & liceor:enfaticos significat aliud q̃ licet.
Licentiosus cui multa licent.
Licẽtiora:maiorum mancipia:q̃bus multa licẽt.
Licenter:licite.unde licentius.
Licæus λυκαιοσ mons arcadiæ.
Licæus deus paganorũ:de quo fingũt q̃ quidã arcades cũ deo suo lycæo sacrificasset: exinde quandam demenetũ gustasse:& in lupũ fuisse mutatũ:annoq; decimo ĩ figura propria restitutũ:unde pan lycæũ putãt nominatũ: lupus enĩ lycos λυκοσ græce dicit'.
Lycia regio in finibus asiæ dicta sicieo q̃ cyliciæ sit adiũcta ab oriente. Ab occasu & meridie mare & a septentrione cariam habet: ibi est mons chimera qui nocturnis æstibus ignem exhalat sicut in sicilia ætna & uesuuius in campania.
Lycii populi de lycia.
Licia sunt quibus stamina telarũ ligant' quasi ligia dicta.
Liciata:ordinata preseminata.
Liciecores apollinis responsa.
Lychiæ ĩ oliuæ dictæ q̃ optimum dent lumen: nã λυχνοσ lychos lumen est.unde lichiniũ dicitur.
Lychinius dictus quasi lucinius:q̃ lumen det:ẽ eni cicendela lucernæ:
Lychni:candelæ.lucernæ.cicendelia.
Lychnos abestos:lucerna inextinguibilis.
Lycius id est lupinus:ipse est pan a lycia.
Lyciniũ genus uestimẽti est dictũ q̃ textura eius ligata est in totũ quasi liginium.
Lycios bizantinorũ lingua maius mensis.
Lycisci dicunt' canes nati ex lupis & canibus.
Liciatur:auctionatur uel qui augmẽtum facit cõmutando.
Licitari:uænditiõe exponi.
Licitator:suasor.prouocator.
Licitatio:proposita uænditio:cum emptor super uædito augmentũ facit.
Licitatio ubi licet publice uændere.
Licitũ quod licet alicui.fas.
Liciunt':defluunt.
Licium fanum apud delon:unde apollo lycius noiat':uel απο του λυκου id ẽ lupo:q̃a sicut

lupus terram siccat.

Lichinus lapis purpureus in india lucernarũ splẽdens fulgore: unde & dicitur: nam lychnos græce lucerna: tactus sub sole digitis paleas trahit: incendium extinguit.

Lychus cretensis.

Licius annus dicebatur: quo lites disterminabãt.

Lychni: cicendelia lucernæ.

Lychnites lapis flagrantiam excitat lucernæ.

Lycon græce dulce.

Lycos λυκοσ græce lupus.

Lycophtalmus gemma quattuor colorum ex rutilo sanguineo in medio nigrum candido cincta: ut luporum oculi.

Lictor dictus quod album filum habeat circa tẽpora de serico.

Lictor idest uirgifer: q ante sedem prætoris uirgam ferebat.

Lictor genus officii illorũ q ante iudicẽ preces portabant.

Lictores: apparitores. præcursores: q ante iudicẽ fascẽ ferebãt. officiales. ministri crudelitatis

Lictores ecclesiæ assertores. hilarii sunt & i choro inter clericos in missa appostolum legunt: ut q subdiacones faciunt: & hi faciunt. hos africa uel reliquæ regiones habent.

Lyctos cretæ ciuitas.

Lycus lucius piscis.

Lydia sedes antiqua regnorum quã pactoli ũda exruit in diuitias torrentibus aureis. hæc ãtea Mæonia dicebat: quæ dum pro breuitate duos fratres. reges lydum & tyrrhenũ ferre non posset. hic eriors tyrrhenus & cũ ĩgẽti multitudine pfectus loca galliæ occupauit & tyrrheniam nominauit. lydia autẽ a lydo regis fratre q in prouicia remãserat cognominata est. Cõiũgitur autẽ ab occidẽte minori frygiæ: ab ortu smyrnam habet: quam melos fluuius cingit: cuius cãpos pactolus & hermus circumfluunt aureis arenis. ditissimi.

Lydia asiæ minoris prouincia unde lydi.

Lyde græce aranea.

Lideros græce maledictus.

Lyen id ẽ splen. quo ridere dicimur. prisc. hic lyen lyenis ræricula.

Lienosus a splene dictum est: græci enim splen lyen dicunt.

Lyenteria dicta q per eam facilius cibus labendo pertransit. lyenõ enim lene. interia intestina græci dicunt Qualemcunque enim cibum acceperint incoctũ digerunt præter semina pomorum. quæ difficile digeruntur.

Lyæus liber uel uinũ dictus græce ab eo q curã soluat.

Ligare: innectere. inuoluere.

Ligo as auis. tor. trix. tio. turus. ligans ligandus ligamen nis: ligatura. cõponitur alligo. re. ob illi. sub. subligar. col. celligo. osus. ositas.

Ligaturæ: uittæ. sacræ. teniæ.

Liget fluuius galliæ: qui ex plurima parte terminus est aquitanicæ prouinciæ.

Ligna dicta q incẽsa cõuertant i lumen lichnos λ χνου enim græce lumẽ ẽ: unde & lichnus.

Ligna significant peccatores igni deputatos.

Lignũ uitæ christus est.

Lignũ secũdm quosdam limo genitũ: unde ligneus id est de ligno & lignarius. cõpõit lignifer

Lignarius generaliter ligni opifex dicit.

Lignus genus gẽmæ ardentis.

Lignisios hærba uocata q a locis humectis nascitur: folia hẽt oblõga angusta lanuginosa subalbida. caulẽ cũ ramis lanuginosis: in summo capite cauculos hẽt: i qbus flos uiolacius prominet: cuius semẽ uino datũ ad serpẽtũ morsus & scorpionũ ictus pdest: adeo ut qdã affirmãt eã scorpiõibus suppositã: stuporẽ his lãgorẽq cõcutere: hæc a græcis centaurea dicit.

Ligones dicti quia terram leuent: quasi leuones fossoria.

Ligo: fossoriũ. rastũ ferrũ. hic ligo ligonis.

Ligulati genus calciamenti q foliati dicitur.

Ligulæ: corrigiæ caligarum a ligando dictæ.

Ligures prope alpes: colunt dura & frigida loca de liguria.

Ligures langobardi fuerunt ẽlati burgũdiæ.

Ligula pro lingula per concisionem.

Liguria a legendis leguminibus dicta: quoq; ferax est. prisc. hic & hæc ligus uel ligur ris.

Ligusticum hærba hortolana a regiõe liguria in qua plurimum nascitur dictum.

Ligustra flores candidi.

Ligustrũ græce κυκλαμεσ flos albus sæpibus plærũq; hæret cuius orpheus in argonauticis meminit.

Ligustrũ ligustri genus floris uel hærbæ.

Ligurire: summatim gustare. lingere. a lingo uel lego.

Lycurgus rex legũ lator propter temulentiã uini abscidi iussit uineta: unde per furorem bacchi sibi crura amputauit.

Liliũ lactei floris hærba unde & dicit quasi lacteum christũ significat: lilia uero angelos uel cõfessores iusticia candidatos.

Liliũ promontoriũ siciliæ dictũ ab eiusdẽ nominis ciuitate: quæ ibidem sita est.

Lylibæũ ciuitas siciliæ est.

Lima trãsuersa omnia antiqui dicebant: inde & limites & limina: & hoc limũ limi.

Lima semitoniũ plato uocauit minus ẽt accipit.

Lima ẽ unde fabri ferrũ limãt a limendo.

Lima dicta q lene faciat: uã limũ lene est.

Limare: purgare. polire. acuere. producere.

Limatus politus. electus. magnificus.
Limax: uermis dicta quod in limo nascatur. haec limax cis.
Limbus est quam nos ornaturam dicimus: quae ambit extremitatem uestium: aut ex filo aureo contexta assutaque extrema parte uestimenti. limbus ora uestis auro texta uel fibulatorium
Limen: patrimonium. domus. familia. lar. uel terminus.
Limen liminis ostiorum domus est per quod intratur dictum a limite nam limina sunt aediũ limites uero regionis uel finium.
Limen graece portus.
Limentinum pagani dixerunt deum qui liminibus praeest.
Limelta semitonia.
Limes terminus agris positus.
Limes est regionum: limen uero aedium. prisc. hic limes limitis. limitaneus.
Limina ostiorum dicta: quod transuersa sunt ut limes & per ea sicut in agrum per limites intrent.
Liminium: captiuitas: seruicium. quando quis de limine id est de domo asportatur
Limites transuersae uiae. limum. n. transuersum est antiquitus: unde limes dicitur. limes decumanus ab oriente in occidentem respiciens cardo a meridie ad septentrionem. Nam antiq omnia transuersa lima dicebant a quo & limina ostiorum & limites agrorum hinc & limus dicitur cingulum quo serui publici cingebantur obliqua purpura. limites maximi in agris duo sunt cardo & decumanus. Reliqui uero limites angustiores & inter se distans imparibus interuallis & nominibus designati
Limitare: terminare.
Limielis quoddam genus marmoris.
Limis: oculis obliquantis. uel obliq intendentibus subtilibus. obliquis.
Lymina graece stagnum.
Lympha aqua απο της νυμφης per y scribitur & n in l mutatur.
Lymphari: bacchari. discurrere. sicut lympha
Lymphaticus proprie dicitur: qui ex aqua contrahit id est huc & illuc discurrere. sed pro furiosis hoc usurpant poetae.
Lymphaticum latini ob aquae metum uocant id est aquaticum stolidum: qui aquam timet hunc graeci υδροφοβαν uocant.
Limpidum: purum. praeclarum: ab aquae specie dictum. manifestum.
Liminiscus id est uirgula inter geminos punctos iacens.
Limon id est pestis.
Limo pro oblique ponitur.
Limosum: paludosum. luctuosum.
Limotheus flumen siciliae.
Limum dicebant antiq omne transuersum.
Limus: cingulus: quem publice habent serui dictus quia transuersus habet purpura id est limam.
Limus id est lutum caenum: dictus quod lenis sit.
Limus uestis quae ab umbilico usque ad pedes producitur.
Limus id est strabus id est tortis & obliquis oculis.
Linamis graece uirtus.
Linarium lignum graece.
Linaria raetia.
Linarius: raetiarius.
Linamentum: directitudo.
Lynces bestia uarii coloris dicta quod in luporum genere numeretur: lycos enim graece lupus: hic & haec lyncis: a cuius accusatiuo fit haec lynca. prisc.
Lynx animal ex cane & lupo natum uel extremi catuli luporum.
Lynx cis & lyncis cis & lynca cae lupa celebralis.
Linea uestis quae ex solo lino fit: unde & dicitur.
Linea dicitur qua lignarii utuntur: ne tortum aliquid construant.
Linea est incorporalis quae ita mente concipitur ut sola longitudine censeatur: latitudinemque habere non possit.
Linnae: saga quadra & mollia sunt.
Lingo gis. xi. leniter ago id est aliquid lene superduco: inde ligua liguosus. lingula per concisionem ligula: componitur trilinguis. bilinguis.
Linguax cis linguae copiosus.
Linguosus qui nimia potest proferre.
Lingula: parua lingua.
Lingo gis xi. prisc.
Lingere: lambere. libare. gustare. Est enim impressa linguae lenitate gustare.
Linguae sacrae tres sunt. hebraea: graeca latina. quae toto orbe maxime colluntur: nam priusque superbia turris illius diuideret una omnium nationum lingua fuit hebraea: modo uero inter caeteras graeca clarior habetur & sonantior: quae quinque partibus uariatur. Prima est κοινος id est permixta uel communis: qua omnes utuntur. Secunda attica id est atheniensis: qua usi sunt omnes graeci auctores. Tertia dorica: quam habent aegyptii & syri. Quarta ionica. Quinta aeolica. Et sunt in obseruatione graecae linguae huiusmodi certa discrimina. Sermo enim eorum ita est dispartitus. Omnes orientis gentes in gutture uerba collidunt sicut hebraei. Omnes mediterraneae in palato sicut graeci. Omnes occidentis gentes uerba in dentibus frangunt sicut itali. Latinas autem quattuor quidam dixerunt id est priscam sub saturno: latinam sub latino: romanam sub poetis: mixtam barbarismis: lingua uero a ligando cibum potumque dicitur: uel quod inarticulatos sonos & uerba liget.
Lingurius lapis dictus: quia fit ex urina lyncis tempore durata.
Liniamenta: effigies. figura. forma.

Linamenta extremitates corporum utputa ubi finitur tendens deorsum auricula: unde picto res uocant linamenta imaginum impssiones quas postea coloribus manifestant
Lino is linire in diuina pagina reperitur. qđ est inungere. idem significat fere quod lino
Lino: imbuo. distinguo.
Linire: aliquid leniter superducere. colorare. in ungere leniter crepitare.
Lino uel linio.
unde litura: & quæ ab hac fiunt. cõponitur illi no re. ob. pns.
Lino is liui & leui & lini facit supinum litum
Linitepia: lineus pannus tegens pedes. hoc lini tepium.
Linostilia uestis dicta quod linum in stamine habeat lanum in trama.
Linosa uulgo ais quæ dicitur curuca
Linquere: peccare. uel dimittere.
Linquo is liqui lictum liquens præsens participium ptm̃ non habet.
Lintea quibus tergebantur. hoc linteum.
Lintres naulculæ uel carabi breuissimi.
Lintris: nauicula parua. cupillus
Linter lintris singulare fœmininum est.
Linum ex terra nitenti specie oritur dictũ a græco quod est linariũ: siue q sit molle & lene
Linsa dea bestiarum syluestris.
Lynx λυγξ lupus uarii coloris similis leopardo.
Lipans insula siciliæ sicut æthna
Liparæus ab insula lipari quæ in æolia est
Liparea genus gemmæ a liparo quodam dicta
Lype λυπη tristicia.
Liperus: tener. mollis. delicatus.
Lyppio lyppiui oculos humidos habeo
Lippitudo est uicium oculorum quod humore defluente fit.
Lipsana reliquiæ.
Lipotomia stomachi defectio uel animi āgustia
Liquamen dictum: quod soluti in salsamento pisciculi eundē liquorem linquant: cuius liquor appellatur salsugo uel muria.
Liquet: datet. apparet. constat. impersonale a liqueo es: quod non est in usu.
Liquens: fluens. aut purum.
Liquare: dissoluere.
Liquo as actiũ. hinc liqueo licui absolutum: ũde liquesco. dicitur tamen & liquor eris deponēs producitur prima syllaba. Virg. liquiť humor & cum liquentia mella.
Liquefio liquesis liquefactus solutus.
Liquo a & liquor eris: liquidus dior dissimus liquamen liquor oris. componiť obliquus
Liquida: pura. perspicua clara. defæcata.
Liquido: clare. aduerbiũ est.
Liquitur: defluit. manat. decurrit.

Liquis: defluxus. decurrens.
Liquor oris aqua humor soluta puritas.
Lyra dicta a uarietate uocũ q diuersos sonos efficiat: hãc mercurius fuisse diciť hoc modo. Egrediēte nilo reliquit testudinē: q̄ putrefacta & exsiccata neruis in corio extēsis: & a mercurio pcussa sonitũ dedit: ad cuius similitudinē mercurius lyrā faciēs orpheo tradidit.
Lyra signũ ideo inter astra locata diciť: qa a mercurio de testudine inuēta orpheo est tradita a musis inter sydera locata.
Lirantes: arantes.
Lira est genus arationis: cũ agricolæ facta semēte dirigũt sulcos i quos seges decurrit.
Lyrici poetæ dicti a uarietate carminũ.
Lyricum carmen erat: in quo ancdēt laudes puerosq deorum & pugiles & equi iuuenes & uina referri.
Lyricus uocať heroicus reciprocus: cuius uerba ĩ principio uersus heroici posita ĩ ultima elegiaci parte iterant: ut est. Vidimus ire deũ reducē sperare iubemur. In cælũ qualem uidimus ire deum.
Liris fluuius cāpaniæ minturnensis.
Lis inter duos comittiť & mora finiť. Rixa uero inter multos.
Lis a contentione limitis prius dicta: qui agros dilcernit. hæc lis litis.
Lisa hebraice: apostolus græce: latine missus dr.
Lyra longa.
Lysias orator penultima breuis.
Lysis grece solutio.
Lysimachus solutor litis.
Listrigones gētes sunt crudelissimæ ut ciclopes
Listrismos est cum plures sensus breuiter expeditos in unũ locũ concernat & cũ quadā festinatione decurrit: ut cicero rempublicā quærentāsi utrāq hoīum: cōiuges. liberos.
Lita: illita. distincta. linita a lino is.
Litare: sacrificare. immolare.
Lito litas litamen. sacrificium.
Litargirum spuma argēti purgamentũ.
Littera dicta quasi legitera: q iter legentibus pstet: uel q in legendo iteretur: uel a litturis: quod plerunq in ceratis tabulis antiqui scribebant: unde & delebanť.
Littera ē minima pars uocis compositæ & litteratæ. uel sic: littera est uox quæ scribi potest indiuidua.
Litteræ cōmunes sunt ut scribere legere qa multi eis utunť: liberales uero quia eis tm̃ utuntur qui sciũt loquendi dictādiq rōnem litteræ aũt sunt indices rerũ signa uerborũ. quibus tanta uis est ut nobis facta uel dicta absentium sine uoce loquantur
Litteræ græcæ & latinæ ab hebræis uidēť exortæ

Illi enī prius aleph. post græci a simili alpha nos a traximus. Hebræi. xxii. elemēta. Græci. xxiii. Latini inter utrūq. xxiii. habuerūt.

Litteræ hebræorū a lege cœperunt per Moysen Syrorum & chaldæorū per abraham: unde cū hebræis numero & sono concordant: solis caracteribus discrepant.

Litterarū græcarū usum phœnices primū inuenerunt. Cadmus uero agenoris filius græcas litteras a phœnice in græciā. xvii. primus attulit. his palamedes & alii cæteras addiderūt: litteras uero latinas carmentis nympha prius italis tradidit: sic dicta quia futura canebat: proprie uero nicostrate dicit.

Litteræ: doctrina. scientia.

Litteralis scientia de litteris.

Litteratus uero litteras doctus. litteris plenus.

Lites: iurgia. discordiæ. altercationes.

Lites sunt ipsæ discordiæ de re: litigiū uero litis actio id est altercatio.

Litigiosum est de quo litigatur.

Litigator qui litigat.

Litigiosus qui unit litigio.

Litigare: id est de lite agere id est altercari. placitari. unde litigium.

Liticines cornicines: qui cornicantur: qui cornu canunt.

Liton græce latum.

Liptote figura quæ minus dicit & plus significat. ut munera ne spernas pro libenter suscipias: uel cōtra cū plus dicit & minus significat.

Lithos λιθος lapis græce.

Littorariæ amnicæ naues sunt: quæ alio nomine trabariæ siue caudicæ dicuntur.

Litostrata: elaborata. arte picturæ paruulis crustulis ac tessellis tinctis in uarios colores.

Lituma: patientia calcata. uel crudelitas infixa.

Liturgi ministri cælestes.

Lituus tuba curua siue buccina aut baculus.

Lituus uirga incurua pastoralis

Liturialis: latria. seruicium religionis. Aug.

Litura: cementum alicuius scissuræ. compositura litura dicta quod liniendo teratur

Lituræ sunt litterarum destructuræ: quia in ceratis tabulis antiqui scribebant ideoq; sæpe delebantur: unde & dicuntur.

Littus: unda. procella uentorum. æstus. finem sæculi significat.

Littus oris quidam dicunt: quod fiat a lito as: q ibi euntes & reuertentes soliti erant litare.

Littus terra erat mari uicina dictum: quia fluctu eliditur: unde littoreus & littoralis: uel q aqua alluitur: Cicero.

Liuia uxor Octauiani cæsaris quæ habuit filios Drusū & Neronē claudiū primo probū sed postea pessimum. Drusus uero melior apud Miguntiam interemptus est: hæc uero ante cæsarē nupserat Tiberio neroni de quo habuit iādictos liberos: & isti priuigni q cæsares sūt appellati dicūt filii augusti cæsaris eos diligētis

Liuida uel inuida nigra.

Liuens: liuidus. iratus. niger. subniger. inuidus. hic & hæc & hoc liuens tis.

Liuor: macula. nigra. nigredo uel inuidia.

Liuor pro inuidia dicitur. nam liuidus est plumbeus idest pallidus. proprie autem liuor plaga uirgarum. inflatio uulneris cū pallore.

Liuellus liueolus de plumbo.

Liuis lenis in uerbis.

Liuitinum locus romæ est: quo occisi gladiatores precipitabantur.

Lix caper λυξ græce lux.

Lyxa aqua dicit ab eo q sit soluta: ūde & solutio libidinis luxus: & mēbra loca mota luxa dicūt.

Lyxa aqua antiquitus dicta: unde & elyxa res dr.

Lyxa seruus militis uilis uel luxuriosus mercenarius dictus ab eo q sit solutus.

Lyxa officiū uiri: masculinum est.

Lyxa ciuitas a lyxo flumine mauritaniæ.

Loca singulæ terræ sunt partes: sicut i corpore locus est pars una multa in se cōtinēs mēbra.

Locare: collocare: mercede cōducere. cōsolari.

Loco as.

Locatio est res ad usum data cum definitione mercedis.

Locationes: fundamenta. possessiones.

Locrus latine gent ē calabriæ: græce uero locros facit nominatiuum.

Locri aiacis socii. insula locrensis.

Loculus ad aliquid ponēdū factus per diminutionē a loco. ut ad uestem pecuniáue custodiendam uel deportandū aliquid.

Locuples dictus quasi locis & possessiōibus plenus diues: copiosus. prisc. hic & hæc & hoc locuples tis.

Locus id ē opportunitas. statio. humus ager.

Locus singulariter masculinū: pluraliter masculini & neutri. hi loci & hæc loca.

Locus dicit quodcūq; illud ē qd partes corporis tenet. siue supra siue a latere. siue subter sit & p oē corpus corporis locus definit d ē ante & retro dextera & sinistra sursum & deorsum.

Loci particulæ quæ obtinent singulas particulas corporis ad eundē terminū copulatur ad quem particulæ corporis.

Locus est sedes argumēti uel unde ad propositā quæstionē trahitur argumentum.

Locusta dicta q sit pedibus longa ut hasta: ūde græci tam maritimam q terrestrem astacon uocant: hæc nō nisi nuptu diuino fert deuastare: hāc quoq; auis deuorat selechis cui creator iexplebilē deuorādi naturā dedit sigficat

populos uel turbas.

Lodices: sagi qbus homines cooperiuntur.

Lodix cis foemininum ē pnsc.

Lodices a ludis dici putant: theatrales eni his faciem cooperiebāt cū lupanar intrabāt.

Logica græce rationalis dicitur: disciplina est q̄ disputationibus subtilissimis uera discernit a falsis.

Logica rationalis uocatur per quam discussis rerum morūq; causis uim earæ rationabiliter pscrutamur: quā plato subiunxit: diuidens eam in dialecticā & rhetoricā.

Logice ius partitur: definit: colligit: colligit uero demonstratiue uel disciplinabiliter pbabiliter siue dialectice sophystice uel cauillatorie.

Logice ces. & hæc logica cæ: quæ sic definitur a Cicerone. Logica ē disserēdi diligēs ratio: hāc peripathetici diuidūt i pertiam inueniēdi & iudicādi. Stoici nihil laborantes de inuētione in sola iudicatiōe cōsistūt: de qua multipliciē præcepta dātes dialecticā nūcupāt. Plato hāc etiam dialecticā uocauit: quæ id quod unum est possit i plura partiri: uel quæ multa sunt in unū colligere. Aristoteles ut Cicero definiens logicā atq; diuidēs in diuersa i probabilibus tantū ponit dialecticā logice uno qdē modo est trina ptitio: nā uis logicæ aut definit aliqd aut ptitur: aut colligit. Colligit tribus modis aut eni ueris & necessariis argumentatiōibus disputatio decurrit & disciplina uel demōstratio nominat: aut tm̄ probabilibus: & dialectica dicit. Necessaria tm̄ & pbabilia mixta utrisq; dant: aut aptissime falsis & sophystica uel cauillatoria dicit. Sūt igitur duæ diuisiōes quæ ita se cōtinēt. Inuentio qppe cæteris oibus uelut materiæ loco supponit: qa nisi hæc fuerint illa non erūt. Formeeni sunt iuētioni supuenietes & argumēta quæ dixi facientes: q̄ hoc modo cōposita rursus iudicatiōi materia fiūt.

Eteni cū definit aliquis uel rei propositæ diuisionem facit aut colligit inuenit diuisioni definitioniq; differētias accōmodatas atq; argumēta iā dicta inter se diuersa: sed an recte definiat diuidat aut colligat iudicatiōe ppendit.

Logos græce & sermonē significat & rationē.

Logici poetæ dicti qa in naturis & i moribus rationē adiungunt.

Logicon græce rationale uel dialecticū.

Logismus: cogitatio.

Logiū manuale: qd̄ latine dicit̄ rōnale.

Logiū pannus duplex auro & quattuor textus coloribus: habēs magnitudinē palmi p quadrum: cui intexti erāt. xii. pciosissimi lapides: hic pannus supra humerali contra pectus pōtificis annectebat̄.

Logotecta græce dicitur qui sermonem facit in populo id est qui edictum imperatoris foris populo nūciat.

Loiter græce luter latine.

Loi declinātes dæmones de honore āgelico.

Loligo hærba amara.

Lolium & reliqua adulterina semina zizania in euāgelio nuncupāt̄. sed ea propriū genus habent non ex tritici semine trāsmutant̄.

Lolium hærba amarissima & inutilis. Virg. infelix lolium.

Lomellum castrū maximū in liguria.

Longa in longitudine posita perseuerās tempore uel loco.

Longanimis siue magnanimis dictus ꝙ nullis perturbet̄ passionibus: sed uniuersa patiēs est sustinendo.

Longanimis perseuerātia. patiētia.

Longaria id est longa scriptura.

Longe: procul. eminus. & pro ualde e longīquo

Longe lateq; ex utraq; parte in multas partes aut ubiq;.

Longæuus ꝙ sit lōgi æui id est tēporis.

Longæui seniores. maiores. ueteres. p̄sci: antiq.

Longæuitas: lōgi tēporis uita.

Longi: cantiones.

Longinquus a lōge se habens. longe separatus. multorū annorum.

Longio intestinū uocat̄: eo ꝙ sit longum.

Longū: lōgo tpe extēsum. diuturnū. innorme.

Longus longior simus.

Lōgitudo id est extēsio localiter uel tēporaliter.

Loquax cis nō loquēs sed uerbosus & garrulus: unde loquacitas.

Loquentium ius quattuor modis distinguitur. Sunt quid in quos sentiendi ac dicendi amplitudo dilatat: hæc laudanda est. Quosdam sentiendi & dicendi simul inopia angustat: hæc miseranda. Quidam efficaciam dicendi habent sed non sentiendi acumen: hæc sola despicienda & reprimenda. Quidam acute sentiunt sed ex inopia locutionis obmutescunt: hæc adiuuanda est. quæ omnia in manāte aqua considerari possunt.

Loqui est hominis: oloqui obtrectantis: alloqui persuadentis hortantis uel iubentis: eloqui oratoris.

Loquor uerbum deponens actiuam uim habet: locutor. locutio. loquella. loquax. ior. simus. loquacitas: componitur eloquor al. ob. præ. e. per. col.

Lora retinacula iumentorū. coria. loramina.

Loramenta dicuntur tabulæ uel reliqua ligna q̄ mittuntur in parietibus: unde & salomon loramento ligneo circundatum fundamētum ædificii non dissoluet̄.

Loramenta plura lora uel laquearia, ligamēta.

Lorandrum corrupte uulgo dr̃ q̄ sit foliis lauri similis arbor uenenata interficit animalia. & medetur serpentum uexationes græce arodādrum dicitur.

Loranus: tortor.

Lorica: thorax munimentũ pectoris.

Lorica uocata eo q̄ loris careat: folis enim circulis ferreis contexta est.

Lorca uilla ē ab urbe miliario duodecimo.

Lorip. s dicitur tortos habens pedes in similitudine lori: uel annpodes.

Loriston græce significat tempus præteritũ infinitum: id est tam modo perfectam rē q̄ multo ante perfectam.

Loth interpretatur declinans siue uinctus: factis eni sodomorũ nō consensit: sed illicita carnis incendia declinauit.

Loth ipse ē lyda. ipse est diospolis.

Lotos λωτὸσ genus arboris quam latini mellam uocant.

Lotus genus arboris uł ligni: uulgo faba syriaca dicitur.

Lotiũ urina dictũ: quod eo lotaud est munda uestimenta fiant.

Lotopobolum prouícia erroris.

Lotus: lauatus. mundus.

Lohusta fuit uenefica famosissima: quæ de gallia ad Neronem adducta est. ut eius propl̃ıs doceret.

Loxos zodiacus.

Luapatiatur. persoluat.

Lubentina dea a libidi e.

Lubellũ per diminutionē dictum a globo corrupt. quasi globellum.

Lubricus: labilis. luxuriosus. leuis. friuolus. defluens.

L . bricus dicit' locus ab eo q̄ ibi labit' quis.

Lubrica: lena. meretrix.

Lubrũ: rasile lignum.

Lucanicæ dictæ q̄ prius í lucania factæ sunt: carnis confectio est.

Lucana faba.

Lucanũ: matutinum. a luce.

Lucar lucus aptus uel uectigal uł æs quod ex lucis extrahit'.

Lucat erogatio q̄ solebat in lucis fieri. hoc lucat aris.

Lucas interp̃tat' ipse cōsurgēs: uel ip̃e leuans.

Lacenna: æreorũ armorũ splendor.

Lucellum paruum lucrũ.

Lucelia est lucina.

Lucena ciuitas apuliæ.

Lucerna a lychno dicta est ũde breuis ē lu nō a luce ubi lu longa est.

Lucernanũ. candelabrũ.

Luce. es luxi luctum debuit facere: sed auctoritas deficit.

Lucida: splendida.

Lucide: aperte: eleganter. distincte.

Lucidum quod aliunde illuminat'.

Lucibile quod per se lucet.

Lucifer d ctus q̄ inter omnia sydera plus lucē ferat. Est autem una ex planetis quæ proprie iubar dicitur. Fertur autem q̄ hæc stella oriēs luciferum occidens uesperum faciat.

Lucifer solem præcedens & mane nuncians tenebras noctis lumine sui fulgoris aspergit: hæc peragere circuli sui partes annis. ix. dicit'.

Luciferiani hæretici a lucifero syrmiæ episcopo orti sunt qui episcopos catholicos qui coustātii persecutione perfidiæ arrianorum consenserant & postea correcti redire in catholicam delegerunt: hos recipere nolentes ab ecclesiæ cōmunione recesserũt.

Lucifugæ: lucem fugientes.

Lucigena luce genitus uel genita.

Lucina dea q̄ lucē nascētibus præstat hoc poetæ fingunt.

Lucinam alii iunonem alii lunam dicunt q̄ partubus præest.

Lucinare: suadere.

Lucinium dictum q̄ lumen det. Lychnos enim græce λύχνοσ lumen est. Est autem cicēdela lucernæ.

Lychnos abestos fingunt poetæ quoddam ueneris fanum atq; ibi in candelabro lucernam sub diuo sic ardentem ut nulla tempestate uł uel imbre extingueret': unde sicut abeston lapis: ita istud lychos abestos lucerna iextinguibi is dicitur.

Lucretia a poetis dicitur fuisse matrona nobilis romana n. ptis bruti pulcherrima. quá cũ uiolenter oppressisset tarquini regis filius illa marito collatino & propiquo suo bruto uiris fortissimis indicauit: & ad uindictam eos cōstrixit: deinde semetipsam peremit.

Lucret us auctoris sermo.

Lucretilis mons in fabinia.

Lucrinus lacus proximus bais dictus: q̄ olí propter copiá piscium lucra magna idest uectigalia præstabat.

Lucrinus & auernus lacus sunt in campania iter quos mare irrumpit.

Lucrinus mons in italia iuxta mare: unde lucria paulus. oppositus est peloro.

Lucrũ ex negotio fit incrementũ.

Lucrosus quæstuosus.

Lucrari aliq d ex negotio adaugere. adipisci. quæstum facere.

Luctantes dicti q̄ erecti inuicem se teneant qui græce athletæ uocantur.

Luctationis locus palestra dicitur.

Lucto pro luctor.
Luctito pro luctitor.
Luctare pugnare.
Luctus dictus ꝙ sit hūano cordi q̄si uulnus uel ulcus cui ſmando cōſolatiōes adhibent᷑.
Lucubrare:uigilare.præliari.
Lucubratio:uigilia.lucerna.qa antiqui ad lucernas uigilabant.
Lucubratio:nocturna lumina:alii lucubratiūcula diminutiue.
Lucubros dicta ꝙ lucē faciat umbris:eſt enī hærba quā latini lucernalē uocant ab eo ꝙ ad lucinia faciat.
Lucubrū dcm̄ ꝙ luceat ī umbra:ē enim modicus ignis q ſolet ex tenui ſtupa ceraq; formari.
Luculētū.dagr.luce pleuū:na ātiq lētū ꝓ pleno dicebāt:unde ſomnolētus & temulētus.
Luculētus dictus ab eo ꝙ ſit lingua clarus & ſermone ſplendidus.
Lucullenm genus marmoris albi dictum a lucullo conſule.
Lucus locus amœnus:ubi multæ arbores ſunt.
Lucus dictus κατα αντιφρασιν qa caret luce pro nimia arborꝝ umbra uel a collocādo crebris uiminibus:ſine luce ꝙ ī eo lucebāt funalia pp nemorꝝ tenebras.
Lucuſtinus:attactus.
Ludere:exultare.decipere.illudere.defluere. laſciuire.
Ludo is luſi luſum.ludo is ludus ludi:a quo ludificator.ludicrū.ludibrū.luſor.luſus.cōpōit᷑ alludo.colludo.il.de.per.inter e.pro.
Ludi a lydiis dūr noīati ꝙ ibi ꝑmū id genus delectatiōis fuerit īuētū aduerſus famē:quo facilius ſpectaculo occupati eſuriē tolerarēt: uel ut alii dicūt a luſu qa iuuenes ſolebant p dies feſtos ludi exultatiōe populū delectare.
Ludus aut gymnicus ē ut circenſis:aut gladiatorius aut ſcæticus.
Ludi in honore populi erant.
Ludus gladiatorius dictus ꝙ ī eo iuuenes uſum armorum diuerſo motu cōdiſcant gladiis aut pugnis certantes.
Ludia uxor luſoris dicitur.
Ludificare:deridere.decipere.fallere.allicere.
Ludifico pro ludificor:cōmune.
Ludibrū ē aliq̄ res q̄ ludo & cōtēptui hēri digna ē modo uero ꝓ oībus crimibus ponitur.
Ludibunda adoloſcens.
Ludicrū ludibrū.turpe.
Ludicra q̄ ī ludis gerunt᷑ turpia & inhoneſta ludorum certamina.
Luere:ſoluere pœnā.purgare.laxare.
Lues a labe & luctu uocata:ē enim morbus late peruagatus & repētinus lāgor ſimul cū morte uenit eadē ē peſtilētia.priſc.hæc lues.

Lugdunū ciuitas galliæ dictū quaſi lucis dunū: id eſt mons:qa ibi oratores certabant.
Lugeo & luceo luxi ꝑterītū facit ſupinū luctum: ſed a luceo deficit.a lugeo uero ēt luctus dī.
Lugere:eiulare.plorare uel mærere cū dolore habitū imitare ſordidū:lugere cū aliqbus dictu miſerabilibus:unde dicitur quaſi luce egere: plorare uero cum uoce.flere autem lachrymis ubertim fluere.
Lugens dictus luce egens.
Lugubre:luctuoſum.exitiale.funeſtū.
Luicio:iuris uerbum eſt.pœna.
Luligo auis quæ plurima dicitur eſſe in oceano mauritaniæ.
Lumbare uocatur lumbis religetur uel hæreat: hoc & renale dicitur.
Lumbare:brachæ modicæ.
Lumbotorū coxale.
Lumbi ob libidinis laſciniā dicti quia in uiris cā corporeæ uoluptatis in ipſiſ eſt:ſicut fæminis in umblico.
Lumbulū ſup lumbos iacens caro eſt.
Lumbucus uermis inteſtinorꝝ dictus quaſi lubricus:quia labit᷑:uel qa in lūbis ſit:horꝝ aūt tria ſunt genera:rotundi longi & lati.
Lumentū uitrū.
Lumen eſt quod a luce manat ut dies ut candor lucis.
Lumē dicit᷑ a luo:quia eo oīa abluuntur ſicut a mo numen ut uult priſc.
Lumina oculi dicūtur quod ex his lumē manat. uel ꝙ clauſam teneant lucem:aut extrinſecus refundant.
Luminare lumē emittere:unde dicit᷑ hoc luminare huius luminaris & pluraliter hæc luminaria id eſt ſol & luna uel cæteræ ſtellæ & cætera.
Luminariorum genera uaſa dicūtur focus: ignis lucerna: ichinus cādelabrū cæreus. lacunaria funalia.lampas.fax.laterna:lucubrū.pyra. rogus.boſtar.farus:lucifer.
Luna dicta quaſi lucina.Sumpſit aūt nomē p deriuationē a luce ſolis eo ꝙ ab eo lumen accipiat & reddat.
Luna inde lunaris lunaticus:componitur interlunū plenilunū.
Lunæ prima figura bicornis.Secūda ſextilis.Tertia dimidia.Quarta plēa.Quīta iterꝝ dimidia Sexta iterꝝ ſextilis.Septima iterꝝ bicornis.
Luna ciuitas fuit italiæ ī finibus liguriæ & ethruriæ cui ꝑlabit᷑ macra fluuius.
Lunaris annus idem & communis p.xii.lunares mēſes decurrit id eſt diebus.ccclxviii.
Lunatus in modum lunæ formatus ut panis
Lunatici dci ꝙ ꝑ lunæ curſu comitēt᷑ eos īſidiæ dæmonū:nde & barbatriꝑe & morbus comitialis.hic & επιληψια epilepſia dicitur.

Lunulæ sunt ornaméta mulierū in similitudine lunæ dependentes.bullæ.
Luo luis lui lutū debet facere pducta penultima
Luo duas habet significatiões & scdm alterá dr: inde lutū a quo luteus:cópōit luculétus lues luxuriosus:cópōit elluuies.elluo cóluuies.illuuies polluo.Scdm alterá significationē dicitur ab eo lumen.
Lustro as.uñ cópōit lupus.illustris.a quo lumino as:lux luceo es sco.lucar lucus.lucerna. cópōitur luscus luna lucia lucidus & quæ ab his fiūt cópōit iterluceo.col.per.re.præ.luculétus. lucifugus:añlucanus: cóponit alluo.per.il.ab.di a quo diluculú diluuium &c.
Lupa meretrix a rapacitate dicta.
Lupa animal a lupo uel meretrix:unde lupanar.
Lupanaria cellæ meretricū prisc.
Lupata dicunt fræna duriora inæqualiū & aspernimorū dentiū ad domandos equos.
Lupati fræni id est acculeati.
Lupata a lupinis détibus & inæqualibus dicta.
Lupercus deus luporū:ipse est & pan:unde lupercal:prisc.
Lupercal appellatur locus ubi pan deus colitur: cui sollénia ludicra celebrant quæ luperca uocant ubi meretrices conueniút.
Lupercalia gentiliū cultus lupæ nutricis martis.
Lupi genus pisciū:qui alios deuorát in mari.
Lupini genus leguminis:græcū est:tristes dicti quia amari sunt.
Lupi bestiæ sunt q insidiant ouibus:quarū gutturi iuadūt:ut cito strágulét:feri & rapaces: ac natura corpis rigidiore:ut facile non possint ceruicē flectere:ípetu uero quodá suo ferunt: & ideo sæpe luduntur:qui si priores hoiem uiderint uocē eius quadá naturæ ui feruntur eripere:Vnde uirg.in bucol.lupi merim uidere priores:unde & subito tacēti dicit lupus ē in fabula.Quod si præuisos senserint depoñút feritatis audaciá.
Lupus a græco tráslatū ē:græce.n.lycos λυκοσ dicit.qd rabie rapacitatis quicqd inenerit trucidet.Alii aút dicūt ideo dictū q quasi leonis sit ei uirtus in pedibus:unde quicquid pssent pede nō uiuit.Ambro.
Lupus scyllæ folia sugere cōsueuit.
Lupus toto áno nō áplius q.xii.dies coit.famē diu portat & post lóga ieiūia multū deuorat.
Lupus piscis lucius.
Lupus signficat diabolū uel hæreticos:& in bono paulum.
Lupos æthiopia mittit ceruice iubatos & omni colore fere uariatos.
Lupus q & canicula ferreus arpax dictus:quia si quid i puteū ceciderit rapit & extrahit. ἁρπάζειν arpe eni græce est rapere.

Luria genus potionis.
Luridus:pallidus.liuidus.tabidus.merēs diuersi coloris.pallens.
Luridus dictus a loro q sit pallidus & eiusmodi habeat cutem.
Lurcones:deuoratores.
Lurgo:glutto.
Lustra:lupanaria loca.uel abdita.
Lustrū quíquénii tépus ē apud romanos dictū: q censu p quíquénniú in repub. peracto urbs roma lustrabatur.
Luscinia auis inde dicta qa cátu suo significat ortum diei:quasi lucinia:eadē & acredula.
Lusciciusq i die parū uidet his ob scuratos ocl'os
Lusciciosus q uespño aut nihil uidet aut parū.
Luscus dictus q ex parte lucē sciat.
Luscos cocltes dixerūt átiq:uñ & cyclopes coclites dci q unū oculū phibeátur habere.
Lusit a ludo is.fefellit.decepit.
Lusitatio:lusus breuis.cachinnus.
Lusores falsi testes.
Lustra obscura latibula ferarū per contrariū dicta q parū illustrent.
Lustrare:illuminare.peragrare.circūspicere.
Lustrale dicit a lustrádo uel a lustro id est spatio quinq annorum.
Lusus us.iocus a ludēdo dictus.
Lusus frater mariti.
Luteus roseus uel rubeus:rubicūdus uł croceus.
Luteū:splendidū.
Lutes:splendentes.
Luteola crocei coloris
Lutulentus.turbidus.
Luterris uas æneū.xl.batos capiens a luēdo.
Luteres i regnorū libro conchæ uel cantari aqrū dicūtur.
Lutū dictū p antiphrasim:qdá putát q non sit múdū.Nā lotū est múdum.
Lutū sigficat pccorū glutinū & i bono carné xpi
Lux ipsa substātia ē:lumē uero quod a luce manat:sed hoc cūfundūt auctores.
Lux dies uł sol:sed alia ē lux dici:alia ē sol.amb.
Lux cis qd diluat tenebras dcá.uñ luceo.sco.lucar.lucus.lucerna.luscus.luna.cópōit lucifer.lucifugus.luculétus.lucidus añlucanus.itē luceo.perluceo:colluceo.reluceo.
Luxa mēbra dñr:q loco mouēt idē quassata.
Luxus:luxuria.uoluptas.dissolutio abūdantia.
Luxus dicit quasi laxus.
Luxus us.inde luxuria.luxuriosus:luxurio as.
Luxuriatur:lascit.defluit.gestit.
Luxurior aris pro quo luxurio.
Luxuries luxurici ubertas.id quod fæcundat.
Luxuriosus quasi solutus i uoluptaté.ūde & mébra loco mota luxa dicuntur: prodigus uero sumptuosus:qui oía ut porcus agit & pdit.

m Littera obſcurum ī extremitate dictionum ſonat: ut tēplum apertum in principia ut magnus: mediocre in mediis: ut umbra. Trāſit ī n. maxime c.d.q.t. ſequētibus: ut tandē anceps nūq̄ identidē: am etiam ſequēte f.m.in n. mutat: ut anfractus ſicut ancifus anquiro: uocali ſequēte intercipit b. ut ambages. ambeſus ambuſtus. ambitus & combuſtus: finalis ſubtrahit' in metro uocali ſequēte in alīa dictiōe: ut illū exſpirantē: licet uetuſtiſſimi nō ſubtraherent. Anceps etiā uel liq̄da dicit': quia poſt mutā poſita ſicut r. l. uel in eadē ſyllaba cōem faciat ſyllabam.

Macabeus bellator interpretatur.

Machabei de iſrael erāt a machabeo iuda dicti.

Machamos december menſis bizantinorum lingua dicitur.

Macarios græce beatus.

Macarini quidā hæretici.

Macharoneſon creta inſula ſic primū dicta.

Machaon æſculapii filius. medicorū maximus.

Mache grande.

Macedoniani hæretici a Macedōe cōſtātinopolitano epō dicti: negātes deū eē ſpūm ſanctū.

Macedonia ab æmatho rege prius emathia dicta: poſtq̄ uero macedo deucaliōis maternus nepos ibi regnauit: a ſuo nomine uocauit eā macedoniam.

Macedonia habet ab oriēte ægeum mare. a borea thraciā. ab euro euboeū & macedonicū ſinū. a meridie achaiā. a fauonio mōtes acroceraunos ī anguſtus hadriatici ſinus. q̄ montes ſūt cōtra apuliā atq̄ brūduſium. ab occaſu dalmatiā. ab euro dardaniā: a ſeptētriōe meſiā.

Machelath interpretat' principatus.

Macheloth interpretatur ab initio.

Macellum dictū q̄ ibi mactentur pecora.

Macellarius laniſta: qui carnes laniat ferro.

Maccellare id eſt occidere. inde macellum locus & macellarii homines.

Macetæ: regiones.

Macetu origani.

Machæra gladius lōgus ex utraq̄ parte acutus: Machæra uocatur locus in macello: ubi maxie actiones fiebāt commertii: unde & macellum dicit'. uel a macerādis carnibus.

Machæræ petrinæ id eſt cultri de ſaxis in Ieſu naue

Macerare: cruciare. lacerare. torquere: urere.

Maceriæ ſunt parietes longi: quibus uineæ clauduntur: Macron enī græce longū dicitur: hæc maceries ſepes eſt.

Macer: exilis excisus. tenuis Virg. Heu heu q̄ pingui macer ē mihi taurus in eruo.

Macra: macerata.

Macer: cra. crum. cri cræ cri.

Macianū pomū: quod noſtri terræ malū dicūt.

Macies: corporis exilitas.

Machil eſt tunica talaris tota hiacynthina.

Machina fabrica inſtrumentum manganum: inſidiæ compoſitio.

Machinari: moliri. cogitare. fabricare. inſtruere. conficere.

Machinor aris. cōmune antiquitus fuit.

Machiones cōſtructores parietum.

Machiones dicti a machinis: quibus inſiſtunt ꝓpter altitudines parietum.

Macor oris. pro macies.

Macra fluuius italiæ terminus inter liguriam & tuſciam.

Macrobii gens habēs ſtaturam. xii. pedum: fert' in India eſſe: unde & dicitur. macron enī græce longum dicitur βιοτος uita dicitur eſſe: hinc macrobii dicuntur qui ſunt longæ uitæ.

Macrologia eſt longa ſentētia uel oratio: res neceſſarias comprehendēs.

Macronoſia longa & grauis ægritudo.

Mactare; occidere. affligere. īmolare.

Macto as. actiuum.

Mactatus: occiſus.

Macte maior facte magis aucte aut magnæ uocatiuus eſt: macte uerbum eſt bene alicui optāns: ut Virg. Macte noua uirtute puer inquit. id ē multum aucte

Mactra magida græce uulgo mōſtrum dicitur.

Mactus magis auctus: dictum eſt a ſacris: quando enī uinum ſuper uictimam fundebatur. dicebatur mactus eſt taurus: id eſt cumulata eſt oſtia & magis aucta.

Macula: turpitudo. peccatū. nota.

Macula eſt ueſtigium ī qualibet parte corporis nigrum uel album.

Maculæ ſunt foramina rætis.

Maculare: polluere. contaminare. uariare. īde maculatus contaminatus.

Maculoſa: uaria.

Madet aſperſus eſt ſanguine uel unguento humidum eſt.

Madentia: humida loca.

Madeo es. unde madeſco madidus componitur madefio. madefacio.

Madefacere: undare.

Madet: exurit: coquit.

Madidus: īfectus uino uel aqua ſeu qualibet re.

Madian interpretat' declinans iudiciū.

Madian filius iaphet. a quo medi.

Madian & efa regiones ſunt trans arabiā abūdātes camelis & dromedariis: omniſq̄ prouīcia appellatur ſaba. Interpretat' uero madian iniquitas; efa reſolutio uel effundēs.

Madius mensis dictus. q tunc terra madiat: qui & maius.

Mador pluuia.

Maius mēsis a maioribus natu dictus. uel a maiestate ut uult Ouidius in libro fastoꝝ.

Malech hebraice latine chorus.

Magalia lingua pūica casa pastoralis. & dicta q̄si magaria: q magar punici nouā uillā dicunt.

Magalicæ dicuntur a græcis semisphena in monochordo.

Magas ægre magnus.

Magdalena dicta ē maria a magdalo castello ubi fuit orta.

Magdalum: turris.

Magi sunt qui uulgo malefici ob facinorū magnitudinē nuncupant: qui q̄uis uideant nec corpore nec anima mutant aliquid.

Magi sunt qui sydenbus philosophant: dicti q̄si magas. id est magni.

Mage ponit pro magis: sed hoc poetica licētia.

Magorum primus zoroastres rex bactrianoꝝ fuit: quem Ninus rex assyrioꝝ prælio interfecit. Hanc artē multa post sæcula Democritus ampliauit quādo hippocrates medicinæ arte efflonuit. Apud assyrios aūt magicæ artes copiosæ sunt: h̄ magus magi: unde magicus ca. cū.

Magis est alteꝝ e duobus præferre utrum cōpetit potius uero alteꝝ dānet.

Magis aduerbiū compādi. ut magis bonus iste q̄ ille: q̄uis iste sit bonus.

Magister maior ī statione. Nam ϖασιο graece statio dicitur.

Magister componitur cū multis: ut magister militum: magister a secretis id ē primus consiliarius: a caliculis id est pincerna. Sic quoq̧ a responsis. qui dat regalia: ab athis qui p̄eēst mēsuis: & multa alia his similia quibus subauditur magister: uel aliqd tale: ut concuis minister. præfectus. & hoc scd̄m græcos.

Magistratus prætores uel consules dicti q maiores sunt reliquis officiis.

Magmentum alii pinguissimum ītestinum: alii secunda profecta: cornutus uero quicquid mactatur id est distrahitur.

Magnalia id ē p̄stantiora: magnifica salubria.

Magnanimis & magnanimus dicitur id est liberalis & munificus.

Magnanimus dictus quod magni animi & magnæ uirtutis sit: huic cōtrarius ē pusillanimis.

Magnates: nobiles: præclari. potētes.

Magnessa ciuitas thessaliæ.

Magnetes populus thessalie.

Magnesia regio scythiæ uicina thessaliæ.

Magnes lapis indicus ab inuentore eiusdem nominis dictus: cui tanta uis est ut ferrum ad se trahat: q si iuxta eum adamas positus fuerit mox remittit. Magnes tanto melior est: quanto magis ceruleus: anuloꝝ quoq̧ ferrorum: quos rapit q̄si cathenā facit uelut ferro uim suam præbeat: hic magnes magnetis.

Magnificat: collaudat. p̄clarum habet exaltat.

Magnificus egregius. magna faciens. magnificentior tissimus: cōponitur quasi magnificēs: quod non est in usu.

Magnifice: egregie. excellēter.

Magnificētia: celsitudo. sublimitas. magnitudo dignitas: amplitudo.

Magniloquus: gloriosus. magni se faciēs.

Magnus maior maximus: magnitudo magnalia pluraliter. maioro as maius maiusculū maiestas magis: unde magister componitur magistro as: magisterium magistralis magistellus. componitur magnifico as. magnificus. ca. mis. mus. minitas. magniloquus.

Magnum & paruum ad dignitatem refertur uel indignitatem. Longum & breue ad quantitatem corporis uel temporis. Multi & pauci ad numerum: sed in partibus abutuntur.

Magnopere est ad magnū opus pertinet.

Magnum ad animū refertur: grāde ad corpus.

Magnū est omne quod rarum ē & speciosum.

Magnus annus dicitur quādo omnia sydera certis temporibus: numerisq̧ completis ad suū locum uel ordinē reuertuntur.

Magog filius iaphet: a quo arbitrantur scythas & gothos traxisse originem uel massagetas: interpretat uero decretum.

Magudaris ris tim. quod significat genus frugis caulis: qui nascitur ex ea pte unde scyrpus auellitur uel siligo.

Maguncia ciuitas germaniæ.

Maia mercurii mater. pris. maia pro ucrsa maia apud grecos ai diphthongus ē: apud latinos pro duplici consonante: sicut aias pro αιας aeas.

Maiugena maia genitus id est mercurius.

Maiestas: honor. dignitas. splendor dicta quasi maior potestas.

Maiorica & minorica insulæ hispaniæ maior & minor: quæ & baleares dicuntur.

Maius mensis dictus a maia matre mercurii siue maioribus natu. nā huic maioribus: sequentem minoribus consecrauerūt: unde iunius dictus. Ante enī in cēturias maioꝝ & iunioꝝ diuisus erat populus. hic maius & madius dr̄.

Maius græce artemysios: hebraice iar: ægyptiace pachon.

Mala græce obstetrix: mala græce mela. mala mantica q duas quasi pēdentes maxillas habeat.

Mala poma sunt generis neutri: mala etiam maxilla diminutiuum facit uel pessima.

Malachias interpretatur angelus meus uel domini id est nuncius. Quicquid enim loquebatur quasi a domino mandatum credebatur. Idem etiam beidmas sacerdos.

Malachim qui liber est regum secundus: proinde dictus: quia reges iudæ & israelis gestaque eorum per ordinē tempoꝝ dirigat. Malach enī hebraice latine regnū interpretatur:

Malachias serenitas absque uēto latine.

Malachia: mollicies. græcū est.

Malachina: emendatio.

Malagma: medicamentū dicta. ꝙ sine igne maceretur & cōpræhendatur.

Maleforus bizantinoꝝ lingua september mensis dicitur.

Malach hebraice: angeli græce: nūcii latine.

Malaciana a loco unde prius portata sunt dicta.

Malacydonia dicta ab oppido: quod est insula creta.

Malagranata idest punica: dicta ꝙ interius grana habeant olentia quæ comeduntur. significat ecclesiam de multis gentibus cōgregatā. uel gratias habētes.

Mala omnia poma mollia a malis uocamus: sed cū adiectiōe terrarum: in quibus nota sunt ah: ut p̄sica mati ma: cydonia punica & cætera. Mala dulcia uis egeruntur. flegma nutriūt: fellis ardorē mouēt inflationes faciūt: quia uis frigida ē & hūida. Mala uero acida & matura oībus cōmota sunt & bene digerūtur. Sunt & agrestia mala: stringunt corpus. cocta bene digerūtur succus eoꝝ suspiriosis prodest.

Mala græce ouis dicitur. hic malanomos pastor ouium.

Malassas: maceras. subigis.

Malaxatus: maxillatus aut certe subactus.

Malatus: maxillatus a malis.

Mabbella uestis quæ ex maluaꝝ stamine cōficitur quā alii molocinā uocant.

Malba: mauritaniæ fluuius.

Malchus interpretatur rex uel regnaturus.

Malæ sunt eminentes sub oculis partes: dictæ ꝙ infra oculos emineat in rotūditate: quæ græce μῆλα appellātur: siue ꝙ sint super maxillas.

Malæ: maxille. male. inique.

Malech hebraice parturiens interpretatur.

Malea: promontoriū laconiæ.

Maleū: promontoriū græciæ: ad quod nemo uenire potest nisi magno circuitu.

Malæus mons in superiori india: ubi septentriones page apparent; umbram in septētrione facit.

Malle p duo l. magis uelle. mallē etiam.

Maledicere: increpare: detrahere. actiuum.

Maledictum iurgiū. probra: amaritudo linguæ: uel maledictio.

Malefici: uenefici. malefici ob magnitudinem facinorum dicuntur: & hi sanguie & uictima utuntur: & sæpe mortuorum corpora contingunt.

Malefida: non tuta. periculosa.

Maleiurus: periurus.

Malleus: martellus uulgo dictus ꝙ dū quid calet & molle est cædit & producit illud. inde malleolus diminutiuū.

Malleolus est nouellus palmes innatus prioris anni flagello dictus ob similitudinem rei: ꝙ in ea parte qua decidit ex ueteri sarmento prominens speciem mallei habeat.

Malesuada: quæ ad malū cōpellit id est male suadens. malesuasa uero q̄ ad malum suadetur.

Malidus: emollitus effectus.

Malignor aris. atur. malitiā peragit.

Malignus a male. sicut a bene benignus.

Malignus: qui malitiæ uotū uel opus pagit.

Malitia: cogitatio p auæ mentis dicitur: malignitas uero malitiæ uotū uel opus appelatur.

Malitiosus: calidus. uafer. astutus. uersutus. subdolus. insidiosus. maliuolus. inuidus. male cupiens alteri.

Malina crescens æstus maris.

Malo. magis uolo componitur. malo mauis mauult. & pluraliter malumus mauultis malunt. malui. malā futuꝝ sed nō ē in usu. Imperatiuo deficit. Optatiuo mallē maluissem mali. Subiūctiuo cū malim mallē maluerim maluissem maluero. Infinitiuo malle maluisse. participiū malens: licet sine l: debeat esse.

Malobaꝝ: genus unguenti.

Malogranatum dictū ꝙ intra corticis rotunditatem granoꝝ contineat quantitatē. Idē & malum punicum.

Malogranatū neutrū pomum significat. malogranata fœmininum arborem; malogranatū & malum granatum dicitur.

Malomellū: genus pomi a dulcedine pomi dcm ꝙ fructus eius mellis saporem habeat: uel ꝙ in melle seruetur.

Malos & ægeæ ciuitates sunt.

Malos μαλοσ græce coma uel lana.

Malonē græce comā capitis dicūt. quā nos cirros.

Malua: genus hærbæ hortolanæ: quæ ex græco μαλαχη malache dicitur eo ꝙ mouendi aluum soluendique naturā habeat.

Malua hærba diminutiuū eius maluaceus idē non bonus & uilis ut malua.

Maluauiscus hærba dicta. ꝙ glutinosa sit.

Malua agrestis: maluauiscus siue altea.

Malum nullam esse naturā dicimus: quia natura oīs aut incōmutabilis ē sicut deus: aut cōmutabilis ut creatura. malū uero ideo natura nulla ē, quia accidēdo in bonā naturam efficit eā

uitiosam:ꝙ dũ discedit natura manet & malũ qđ inerat nusquã ẽ:ac ꝑ hoc malum nihil est: quia sine deo factum est nihil. deus aũt malũ nõ fecit. a diabolo uero inuẽtum est malũ nõ creatũ: uerũtamen non ẽ dicendum: qa alicubi aut aliquãdo erat malũ. unde fieret diabolus malus: sed qa uitiũ est: dum esset angelus bonus supbiẽdo factus est angelus malus. & ideo recte dr̃ ab eo inuentum esse malũ.

Malum dupliciter appellatur. unũ quod homo facit. quod est peccatum. alterum quod patiť quod est pœna. Malum autem tunc plenum dicitur esse cum & præteritum est. & impeditur: ut sit & dolor & metus.

Malus malum dictum a nigro felle: quod græci μελαν melan dicunt: unde & melancolici dicti sunt homines: qui conuersationẽ humanã refugiũt. & amicoꝝ caroꝝ suspecti sunt: qbus abũdat nigꝝ fel.

Malus: unde malitia. alitiosus. ositas: malignus malignitas. malignor aris. maliuolus maliuolentia.

Malum si pessimum significat breuiatur: & quæcunqꝫ deriuantur ab eo uel componuntur: ut maliuolus malignus. Si autẽ significat arborem nauis uel pomũ producitur.

Malus pulchritudie & fructu aliis arboribus præminet. & odore delectat: & umbra ꝓtegit ab æstu: quæ oĩa in xp̃o considerantur apte.

Malum a græcis dictũ: ꝙ fructus eius sit pomorum rotundissimo tũ. unde hæc sunt uera mala quæ uehementer rotũda sunt. Mala græce μελα mela dicuntur.

Malum punicũ dictum quia ex punica regione translatum est. Idem & malogranatum interius rubet: exterius candet.

Malum ꝑsicum: cui breuis uita ad modicum cõcessa ẽ: trium geneꝝ fertur esse: duracinus: armeniacus & pessimus: ꝑsicũ a persia dictum.

Malũ generale placitum dicebať: quando totus conueniebat populus ter i anno.

Malus est arbor nauis: quo uela sustinenť dictus ꝙ habeat instar mali in summitate: uel qa q̃si quibusdã malleolis ligneis cingitur: quorum uolubilitate uela facilius eleuentur.

Mambreæ ciuitas iudeæ uocata ex uno amico abrahæ: ipsa est & arbe idest hebron.

Mambreæ: uisio.

Mambres interpretatur mare pelliciũ siue mare in capite.

Mammæ mulierum dicũtur: mãmille uirorum: ubera pecudum.

Mamma: unde mãmilla mãmillaris mammillata mater: & quæ ab hoc fiunt.

Mammæ μαμμη græce auia.

Mammona apud hebræos diuitiæ dicuntur.

Mãmona demon ille dicitur q diuitiis & lucris carnalibus ꝑest. Mamo uero pũice trepide dicunť pueri: q lac diu sugũt a parẽtibus.

Mãmuræ: ciuitas duoꝝ fratꝝ.

Man quod est mãna. interpretať quid ẽ hoc. cũ em deus prius plueret mãna filiis israel: quasi mirantes dixerũt. quid ẽ hoc.

Mãna hebraice sacrificiũ uel uictima dicit̃.

Manaen interpretať consolans.

Manales lapides qui in modũ cylindoꝝ per limites trahebantur.

Manas: malas. maxillas.

Manasses: filius ioseph dictus ab eo ꝙ pater eius oblitus sit laboꝝ suoꝝ: hebraice eni manasses dicit̃ obliuio.

Manasses interpretať obliuiosus siue ꝙ oblitus est. fuit enim oblitus dei.

Manare: ꝓfluere. exire. erumpere.

Manceps seruus: hic manceps cipis. pris.

Mancipium est manucapto datiuus ẽ. & iũgitur figurate aliis casibus oĩbus. uel ẽ quod de manu in manũ transferť ut liber: & est oĩs generis ĩdeclinabile ꝑ oẽs casus.

Mancipi res ueteres appellabãt: quæ alienabanť per quãdã nexus solẽnitatẽ ut adhibitis non minus quinqꝫ testibus romanoꝝ ciuium puberibus. & alio eiusdẽ cõditiõis: q librã æneã teneat atqꝫ æs ita dicẽs: hoc ego ex iure quintum meũ esse aio. hoc quoqꝫ emptũ est: hoc ære æneaqꝫ libra. Deniqꝫ ære ꝑcutit librã: idqꝫ æs dat ei a quo accipit rẽ illã precii loco.

Mancipiũ non sexum sed conditionẽ significat: mancipiũ dicit̃ quicqđ manu capi subdiqꝫ potest. ut homo equus ouis.

Mancipare: mancipiũ facere. manu tradere in seruitutẽ redigere. nutrire.

Mancipare: in potestatẽ mittere: emãcipare uero de subpotestate emittere.

Mãcipatio dicta: quia res manu capiť.

Mancipatus ẽ uinctus est.

Mancipalis originis ciuis uel loci officiũ gerens.

Mancus dicit̃ manu carẽs.

Mãdare: iubere. præcipere. cõponiť cõmendare. demandare.

Mandatũ est quod olim in cõmisso negotio alẽ alteri manũ dabat. Ratũ uero erat quasi rõnabile & rectũ: unde quod polliceť dicit ratum eẽ. mandatũ in manu depositum in fide traditum.

Mando is. a molo dictum: uel quasi moueo dẽtes. unde mandibula: componitur manduco: quasi mandendo ico uel hio.

Mandere: masticare. comedere.

Mandibulæ sunt maxillaꝝ partes: moles dentiũ unde & dicũtur.

Mando as. iubeo uel cõmendo.

Mando is. comedo. cuius pteritum quidã mandi: quidã mandidi: alii mandui.

Manducare: comedere. ad hoies ptinet solũ: q̃si manũ ducere ad os.

Manduco: or idem significat antiquitus similiter mando or.

Madulus: genus clausuræ horti.

Mandicus lignea hominis figura ingens: quæ solet orcensibus malas mouere quasi manducando.

Mandrator: cauillator.

Mandragora lœtalis ægris: tamẽ uigilia laborãtibus somnũ frequẽter accersit.

Mandragora genus hærbæ: cuius pomum simillimum paruo peponi: quem latini malũ terræ uocant: hanc propheræ & anthropomorpheos appellant eo q̃ habeat radicem ad formam hominis. Anthropos ἀνθρωπος enim græce homo dicit.

Mandragora: hærba aromatica. pomi eius optimi sunt odoris in similitudinẽ pomi maciani. qui incõmodo uigiliaꝝ laborãt. haustu huius pomi releuant. qui secãdi sunt. si exteriorẽ huius corticẽ biberint. non sentiunt.

Mane lux matura & plena nec iã crepusculũ dictum a mana: mãu eni antiqui bonũ dicebãt: quid enĩ melius luce? Alii dicunt a manibus: quoꝝ conuersatio a luna ad terram est. Alii ab aere: qa manus id est rarus & pspicuus ẽ.

Mane inde maturus ra. rũ. itas. maturo as: a quo maturasco componitur immaturus. prematurus matutinus.

Mane significat peractis errorum & peccatorũ tenebris.

Manere: stare. expectare. perseuerare. restare. relictum esse.

Maneo es. si. maneor ris mansus.

Manes: umbræ uel aniẽ mortuoꝝ: infernus aut sepulchra fauillæ quoq̃ malorum aut monumenta.

Manes dicti boni a manu id est bonum.

Manes mortuoꝝ deos pagani dicũt: quorũ potestatẽ inter lunã & terras asserũt: quos putãt dictos ab aere. quia manu. id est rarus est: uel quia late manãt per auras: uel p antiphrasim manes. i: mites: cũ sint imanes & terribiles.

Mangones: id est negotiatores. q̃ ideo pueros uel aliud emũt ut carius uændant.

Mãgon nis. seductor: qui uulgo dr̃ mãganus.

Mania μανια id est sane mentis alienatio sine febribus. aut hilaritatem aut. uãitatem aut timorem nũciat. unde ab ĩsania dicta ẽ: hãc eni græco maniã μανιαν uocauerũt. ex quo nomine multe significationes possunt ostendi. Nos uero a mẽtis turbata sanitate sub cuius dñnio corpus agens sanũ dici minime põt. Manicoꝝ eni spẽs multe sunt. ut subito rideant. irascant. plangant. timeãt. cantent. saltẽt

Mania ab insania uel furore dicta. nã græcoꝝ uetustas furorẽ maniam μανιαν και μανικον furiosum appellauit. siue ab iiquitate quã græci maniam. uel a diuiatiõe. quia diuiare græce μαντευομαι dicit. Maniæ hæc signa sunt. aliena loquũtur. hoies timẽt. in tenebris se abscõdũt. alii ferro se peutiũt & præcipitant. alii cũctanter sunt mstes & taote. uel quia oĩa q̃ eis fuerit pcepta faciũt. alii inobediẽtes sunt & nudi currũt. uel illicita faciũt: hæc causa nascit ex coloribus nigris & nimiũ uiridibus. aut qui biberint succũ hyosciaminis aut succũ του μανδραγορου mandragoræ. aut conii: quod latine dicitur cicuta: multi etiã sine uenenis & coleribus in hãc passionẽ incidũt ex nimio uino: uel quibus solet sanguis ex naribus aut ex æmoroidibus uenire: & nõ uenis aut quibus cerebꝝ siccũ est & calidũ. Calorẽ hñt liuidũ & subnigrũ uel sanguineum. Qui aũt taciti sunt: humore ĩfestant frigido & sicco. Qui uero loquũtur & clamãt. calido & humido. Sunt etiã qui p nimiũ meditatiõis studiũ maniam ĩcurrũt: hos anteq̃ in causam ueniãt sic cognoscos: primo patiunt cõsuetas uigilias: egrediunt nocte i cassum. Sunt eni inquieti: nec uno loco sedere possunt: & assidue male faciũt: nõnũquã sine causa irati sunt: aliquotiens expoliãt se incongrue: & tinitus aurũ ab eis frequẽter audit: nec odorem bonũ nec malũ sentiunt: ex his interrogati uera respondent.

Manicæ sunt uincula qbus manus uinculantur. licet etiam tunicarum sint.

Manico as p manũ tenet uel mane surgit.

Manticulare dolũ uel strophas excogitare.

Manichæi a quodã manes dicti: hi duas naturas duoq̃ pricipia boni & mali int̃ se bellãtia fingũt: & xp̃m non de uirgine natũ sed corpus hñisse fantasticũ credũt. blasphemãt pphas: uetusq̃ testamẽtũ: nuptias quoq̃ spernunt.

Manifesta: clara. pspicua. certa.

Manifestare: apire ad manum: foras stare uel facere ad manum.

Manifestũ: conuictũ. comptum. apertum.

Manifestũ: manet fessis tuitio.

Manifestarius: nocens.

Manipulus dicit fascis sceni uel culmi: q̃ manu capiat uel impleat.

Manipulus ducẽtoꝝ militum dictus: siue quia bellũ primo mane incipiebãt. uel quia anq̃ signa essent manipulos id est fasciculos alicuius hærbæ p signis faciebant.

Manipulares milites dicti sunt.

Manipulus ligatura culmoꝝ temeratio oparii.

Manipulares:signoꝝ portitores: manipularius uero dispensator.
Manipulati:aggregati.
Manipulosus:directus.
Manipulus breuis nũerus militũ sex aut.xii.uiri
Mansa:comesta:mãsueta.Aug.mansa masticata.
Mansitat:frequenter manet.
Mansus:mãsuetus.
Mansuefacit:mulcet.placat.
Mansuetus ẽ qui nulli iniuriã irrogat . Modestus uero q nec læsus irascitur.
Mãsuetus:mitis.uel domitus.q̃si mãu assuetus.
Mansus dictus a manẽdo ꝙ integrum sit.xii.iugeribus.
Mantilia mappæ uillosæ mensales.
Mantilia nunc pro opiendis mensis sunt:sed ut nomen ip̃m idicat olim a tergẽdis manibus. uel quasi mandelia a mandendo.
Mancia μαντεία græce diuinatio.
Manticora anial in idia ferox & uelocissimum.
Mantica:pera uiatoria:sportella. bargilla . bisaccia uulgo.
Manticula:mantellaria.
Mantipara:leuata.
Manticulare:furari.fraudare.
Menticulo as mãticulatio:fallacia uel lenociniũ.
Mantũ hispani uocãt ꝙ manus tangat tñ:ẽ eni breuis amictus.
Manto tiresiæ filia uatis fuit:mantuam condidisse dicitur.
Manto tiresiæ filia post interitum thebanorum in italiam delata est.& in uenetiã q̃ gallia cisalpina dicitur.
Manuales forcipes ferrarii.longũ ferratũ.
Manubiæ spolia rapinæ res de præda manu collectæ.
Manubiæ dictæ ꝙ manibus detrahunť: id ẽ uestes mortuorum.
Manubrium dictũ ꝙ manibus teneatur: uulgo manicum dicitur.
Manumissus libertus diciť quasi emissus.'Apud ueteres eni quotiens emittebãt eos alapa percussos circũuagebãt:& liberos confirmabãt: unde dicti ꝙ manu emitterenť.
Manutergium a tergendo manus dictum:sicut frontergium a tergendo faciem:linei panni solent esse.
Manni qui & burides dicti ꝙ mansuetudinẽ manuum sequantur.
Manus dictæ ꝙ per ipsas mandimus : uel ꝙ sit optimum membrum:nam manum bonum. uel ꝙ mutat hoiem.
Manus dicta ꝙ sit totius corporis munus . Ipsa eni cibũ ori ministrat & oia operatur.
Manus:multitudo.turba uel pretium.Aug. opera significat.

Manus impositio ideo fit: ut per benedictionẽ detur aduocatus spũs sanctus. Tũc eni paraclitus ille post mũdata & bñdicta corpora libẽs a patre descẽdit:& quasi sup baptismi aquam tanq̃ super pristinã sedẽ recognoscens quiescit: Nã legitur ꝙ in principio spũs dei ferebatur super aquas.
Manum antiqui:bonum dicebant.unde & mane diciť:quod bonũ sit:& manes iferi:qa nõ sunt boni & imane.
Manus scd̃m quosdã dicta quasi means nudat manubriũ inde manualis cõponitur manica manipulus.eminus.cõminus.cẽtimanus.manicus.mansuetus.mansuesco.immanis.mantile.manutergium.mancipo as.mancepſ.mãcipis.mancipium & cætera.
Manzer:filius scorti.
Mancerinus:adulterinus.
Mappalia:pastoralia tabernacula.
Mappæ epulaꝝ sic dictæ quasi manuppæ: cuius diminutiuum ẽ mappella:hæc mappa oratius ponit:mappa pictura uel forma ludoꝝ.unde dicitur mappa mũdi.
Maran hebraice amarum
Maranathan domini aduẽtus.syrum est.
Maranatha magis syrũ est q̃ hebræũ: quãuis & confine sit utriusq; linguæ:interpretať dominus noster uenit:ut sit sensus:si qs non amat dominum xp̃m sit anathema:& sequiť dominus noster uenit non contendamus:hoc maranatha thæ.sicut pascha ee.
Marathonius cãpus ὁ μαραθών ĩ hellade p̃lii crudelissimus.
Marathon τὸ μάραθον græce feniculũ.
Marbonei hæretici iudeorũ dicũt ipsum esse christum qui docuit eos in omni re sabbatizare.
Marca dicitur comitatus terræ alicuius unde ipse marchio dicitur.
Marca diciť pondus argenti minus libra.
Marcere:languere.arescere.
Marcescit:languescit.
Marcipor pro marti puer antiqui dicebãt.
Martius primũ deriuať inde mars.martius a um martiaticus ca cum.mauors etiam ex quo mauortius cia um.diciť autem maspiter martis pater:sicut diespiter diei p̃r iupiter:hic & hæc martialis & hoc martiale.
Martius diciť uel a marte quẽ romani colebãt: uel quia tunc cuncta aganť ad matrẽ & ad cõcubendi uoluptatẽ:hic mensis græce distros. habraice adar.ægyptiace famenor.
Marcionistæ a martione hæretici dicti q cerdonis dogma secutus:alterũ bonũ: alterũ iustũ deum esse asserunt.
Marcomãni populi quidam in europa.
Macor:defectus quidã.a marcẽdo dictus.

Marcor oris ipsa res: macor enī est macies.

Marcus interpretat̄ excelsus mandato utiq; propter euangeliū altissimi.

Marcus malleus maior: dictus ꝙ maior sit ad cædendum.

Marculus: malleus pusillus.

Mare significat sæculū uel populos. Aug. fluctus huius sæculi.

Mare elemētū est totū: maria uero partes maris.

Mare est aquaꝝ generalis collectio: oīs enī congregatio aquaꝝ siue salsę sint siue dulces abusiue maria nuncupant̄: proprie autē dictum ē aquæ eius amaræ sint. Mare altius eē t̄ris phisici putāt: maris certus est color: sed pro uarietate uentoꝝ mutat̄. Salsum uero uel amarum idcirco dicit eū ambrosius esse: quia cum diuersi fluuii in illud currant: solis calore ac uentorum flatibus quicquid puꝝ ac leue est rapiatur: quod uero graue siue terrenū relinquitur

Mare magnū est: quod ab occasu ex oceano fluit & in meridiē mergit: deinde ad septentrionē tendit: quod inde magnū appellatur: qa cætera maria in cōparatiōe eius minora sunt. Istud est & mediteraneū quod p mediā terrā usq; ad orientem ꝑfundit̄ europā & asiā africamq; disterminans: cuius primæ partes quæ hispanos ꝑfondūt hibericus sinus & balearicus appellant̄. deide gallicus: mox ligusticus qui iuxta genuam urbē ē proximus. post hæc tyrrhenus qui italiā tāgit: quē græci ionium: itali infernū uocāt: inde siculus: qui a sicilia usq; ad cretā uadit: inde creticus: qui in pamphiliā & ægyptū pertendit. Inde helespōtus: qui in septētrionem se torquens anfractibus magnis iuxta græcias & illyricū i angustias vii stadioꝝ stringit̄: quo Xerxes ponte nauibus facto in græciā cōmeauit. Ibi est Abydos inde diffusus æquore patenti rursus stringit̄: & facit proponnidem: qui mox i quingentos passus coartat̄: sitq; bosphorus. Inde est pōticus sinus amplissimus a tergo mæotidis paludis: hoc mare magnū pro diuersis locis uariis nominibus uocat̄: uel a positione cæli: ut supū & inferū: uel a memoria regis ionicū: Ion ꝙ pe rex græciæ fuit. unde Iones athenięses. Et sciendū ionicū esse immensum ab ionia usq; ad siciliā: & huius partes esse hadriaticū achaicum & epiraticū. Sinus dicunt̄ maiores recessus maris: ut i mari magno Ionicus: i oceano arabicus: qui & mare rubꝝ: quia oceano ascribitur. Rubꝝ uero ꝗuis sit: tn̄ non talē naturā habet: sed pp adiacētē terrā: ꝗ oīs rubra ē. Ob hoc etiā rubræ gēmæ huius littoribus inueniūtur: qa humi iuolutæ & terræ & maris colorē hn̄t. Hoc mare in duos sinus scindit̄: in ꝑsicū ab oriente & in arabicū.

Mare mortuū dictū ꝙ nihil gignat uiuū: nihilq; recipiat ex genere uiuentiū. sed abiiciat: neq; uentis mouet̄ resistente ibi turbine bitumis: & oīa uita carētia in profundū mergunt̄: nisi pro bitumine illustrent̄. Dicūt accēsam lucernam supnatari: & hoc & mare salinaꝝ siue lacus asphalti. id est bituminis.

Mare galilææ idem & tiberiadis & stagnum genesar.

Mare cū totū significat est propriū: cū uero partes appellatiuū.

Maria: æra: uina: mella: ordea: & gtōs plurales & datiuos in usu raros habēt nisi apud uetustissimos: apud quos multa inuenis deficiētia. Sed oportet nos analogiæ rationē scire: usum tn̄ auctorum magis æmulari.

Mare ueliuolū: per quod uelis naues uolant.

Mareotides uites a loco dictæ: mareotis enī regio est ægypti.

Mareoticæ uuæ a regiōe ægypti: mareotides dictæ uñ prius uenerūt: sunt albæ & nigræ.

Mareoticū uinum.

Maredus: madidus. udus.

Mares: masculi uel mariti: hic mas maris.

Marræ: sappæ. instrumēta rusticoꝝ.

Marra terebrum: idem uerrubius.

Maresuam hebraice october mensis

Margidus: lassus. grauatus.

Margarita prima candidaꝝ gēmaꝝ dicta ꝙ i cōchulis marinis inueniat̄.

Margaritū & margarita neutri & fœminini generis

Margaritæ conchæ sunt maris: quæ concipiunt rorem certo tempore: quibus captis eximitur unio mox durescens: nec unꝗ duo reperiut̄: unde unio dicit̄

Margo ē pars uel summitas cuiuslibet loci & rei maris: unde dicit̄ hic & hæc margo.

Maria mater domini.

Maria cleophe siue alphei uxor: quæ est mater iacobi episcopi & apostoli: & simonis & tadei: & cuiusdā iosep. Maria salome uxor Zebedei mater ioānis euāgelistæ & iacobi. Maria magdalene. istæ.iii. in euangelio reperiunt̄. Atmo Iacobus & Iudas & Ioseph filii matertetæ domini fuerūt. Iacobus quoq; & Ioānes alterius matertetæ domini. Maria iacobi minoris & ioseph mater uxor alphei soror mariæ matris domini quā cleophe Ioānes nominat: ul' a patre uel a gētilitatis familia uel alia cā. Maria salome a uiro uel a uico dr̄: hanc eandē quidam cleophe dicūt: qa duos uiros hūerit.

Maria illuminatrix siue stella maris iterp̄tat̄: genuit eni lumē mūdi: sermōe aūt syro dn̄a nūcupat̄: quia genuit dn̄m

Maris syriace domina.

Maridis græce particulæ.

Maria multarum aquarum congregationes appellantur: ut in genesi legit' correpta penultima: inde deriuat' marius na num quod a mari côtinet'. ut marinû monstrû: maritima uero loca mari uicina dcã q̃si maris intima uel terminus.

Marinus color cæruleus.

Marisca: ficus ani.

Mariscæ extra ꝓminêtia: quæ uulgo ficus dicit'.

Marica: nympha agrestis latini mater: a qua fluuius uel ciuitas dicit'.

Marillis: roma antiquitus dicta.

Maritus: qui coniugê habet a mare dictus: quasi mas: unde dicitur maritare: q̃si marito dare.

Maritare: fœtare.

Marmaria: ubi populi sunt ferocissimi: marmarides dicti.

Marmora dicunt' eximii lapides: qui maculis & coloribus cômendant'.

Marmor græce a uiriditate dictû: q̃uis postea diuersorum colorum inueniatur. Est eni porphyreticum: lacedæmoniû. scythicum. symmaticû: chium: hoc marmor ris.

Marmor aliquotiês pro mare ponit'.

Marmoreû: de marmore.

Marm reû æquor: id est splendens. relucens ut marmor.

Maron: interpretat' amaritudo.

Maros: mons epiri.

Mars tis: pro pugna uel deo belli ponitur: inde hic martius tia quo martialis: mauors tis: unde mauortius a um.

Mars quasi maris id est pugna uiri dicit'.

Marsus: romanus.

Marsi gens italiæ dicta a comite liberi marsia qui usum uitis illis ostendit: cui statuâ fecerunt.

Marsi & maurucini iuxta fucinum lacum sunt.

Marsi populi incantatores sunt: quos græci usquos uocant: q multos serpentes habent.

Marsus pro incantator ponit'.

Marsyas fluuius phrygiæ a nomine marsyæ ibi sepulti.

Marsya fluuius lidorum a marsya dictus q uictus ē ab apolline cantâdo: de cuius sanguine fluuius nascitur.

Marsyda: fons i phrygia saxeus erat.'

Marsupium sacculus pecuniæ a græcis nomen inflexum.

Martha: irritans. prouocans: syriace interpretatur dominans.

Martê deû esse dicût dcm̃ quasi mas: quia per uiros pugnat'. Item quasi effectorem mortuorum nam a marte mors dicit'. hunc adulterum dicût: quia belligerantibus incertus est exitus: nudo pectore statuit bello sine formidine se quisq; obiciat. Gradiuus dicitur q pugnantes i bellum gradatim eant.

Martellus: mediocris malleus.

Martyria in mortario ex pice fiunt: unde & dicitur sciola partia.

Martia. mœnia romana palacia a marte.

Martyres græce: testes dicunt': unde dicti quia ꝓpter testimoniû christi mortê passi sunt: unde & testimonia martyria græce dicût' μαρτυρ martyr martyros græce & o martyros prisc.

Martius mensis nouorum dicit': quia initium anni est. Idem & nouû: uel propter initium germinum: hic primus mensis apud hebræos dr.

Martius câpus: uallis q̃ possessio fuit quiri & romuli: i quo colebat' mars: & romana iuuêtus exercebat': qui olim fuit tarquini superbi: quo reiecto marti consecratus est.

Marrubiû hærba campestris amara: græce prasiû dicitur.

Marrubii: populi marsorum iuxta mare.

Mas ris. id est uir: cuius diminutiuû masculus: inde masculinus na um dr̃ maritus. & marito as.

Mas dictus quasi maioris sapientiæ q̃ uxor: ûde & eius caput dicit'.

Massa: magnitudo: collectio: prisc. massa ꝑ maya græco dicimus.

Massagetæ pluraliter scytharum origine populi sût: dicti quasi graues & fortes getæ: hi inter scythas & albanos sunt..

Masculus per diminutionê a mas fit addita culus. Masculinus uero dicitur qui ad masculû pertinet.

Masculus dicitur succus arboris arabicæ: quæ uocatur thus: dictum q sit natura rotundum in modû testiculorum.

Massicus mons campaniæ ferax uini optimi.

Massylia ciuitas africæ est nô longe ab atlâte hesperidum: a qua massyli dicûtur: quos massulos nos corrupte uocamus:

Massiliam urbê phocêses a cyro expugnati & in ultimos galliæ sinus nauibus ꝓfecti: armisq; se aduersus gallicâ feritatê tuêtes côdidert: & noie ducis nûcupauerût: hos uarro trilingues eê ait: qđ græce loquât' & latie & gallice.

Massyli: gens maurorum.

Masanissa rex numidarum fuit.

Maslingua: genus auis parieth dicitur.

Maslot hebræi: græci parabolas: latini ꝓuerbia dicunt.

Masphat hebraice iudicium interpretatur.

Maspiter martis pater.

Maspit' huius maspitis & maspitris: id est mars.

Mastigia: corrigia qua mantellum conglutinat'.

Mastygia taurea flagella: uel malus seruus neq̃.

Masticiala dicta q colorem masticis habeat: crocea est

Mastix resina lentisci gutta est: hæc granomasti-

cis dicta quasi in modū granoꝝ est.

Mastiscon græce uirorum fortium.

Masticare: comedere.

Mastruga a barbaris latinis nomen est insertum uestis germanica ex pelliculis feraꝝ. dicta quasi mēstruosa: qui ea induuntur quasi i feraꝝ habitū transformantur. mastruga fortis ualde lingua sardorum.

Massucus: edax.

Mataxa dicta quasi metaxa a circuitu scilicet filorum. nā meta circuitus est: uel q̄ transferat in strumentū est texendi.

Mata: tapetum.

Mata uulgo cella dicitur: grego. in dialogo. inde matula pro culcitra. Hiero.

Mateca noua mors interpretat᷑.

Mathematica latine dicit᷑ doctrinalis sciētia quæ abstractam consyderat quantitatē. Abstracta enī q̄titas est: quam intellectu a materia separantes uel ab aliis accidentibus: ut est par impar: uł aliis huiusmodi in sola rōe tractamus: cuius spēs sunt quattuor. Arithmetica. Musica. Geometria. Astronomia.

Mathematici idē & genethliaci dicti q̄ de nataris hominū disputant. primo magi dicti sunt post uulgo mathemathici: quoꝝ superstitionis genus constellationes latini uocant. id est notationes syderum.

Matesis sine aspiratione dicit᷑ instrumētalis scientia ut facere ostium quod aperiri non possit. cū aspiratione uero doctrinalis.

Mathematicum corpus insubstantiale.

Maton theon μαΤοῦ θεοῦ p deū: μαΤοῦ Διὸς per Iouem μαΤοῦ ἀπόλλω per apol. inē.

Mater dicitur q̄ in efficiat᷑ aliqd. mater enī quasi materia est: pater uero causa.

Mater a māma dicta quasi mā mas terens.

Mater græcū est μήΤηρ: īde dicitur maricula. matertera. maternus na num. matrimoniū. matrona. matria. componit᷑ cōmater. matricida. matricidiū. materia.

Matertera matris soror dicta quasi altera mater.

Materia quasi mater dicta: q̄ ex ea aliquid efficiatur: sicut elemēta materiā reꝝ dicimus.

Materia occasio uel sylua.

Materia uel materies dicit᷑: sed materies artificiorum. materia uero cōsilioꝝ.

Maternus ex pte matris.

Matthæus hebraice donatus exp̄mit᷑. idē appellatur leui: ex qua tribu fuit ortus. In latino autē publicanus uocatur: q̄r ex publicanis ad apostolatū electus est. Matthæus sortitus ē æthiopiam. Matthæus apostolus & euangelista ex publicano electus primū p̄dicauit in iudæa: postmodū in macedonia & passus ī psida: iacet i mōtibus parthoꝝ. xi. kal. octobris.

Matthæus & matthias per duo t sunt scribenda: q̄r græci per Τ & θ scribūt μαΤθαῖος.

Mathesin μάθησιν tetraden id est doctrinam quaternariam.

Matthias qui inter apostolos solus habetur sine cognomine donatus interpretatur. pro iuda enim donatus est & restitutus loco eius. Matthias interpretatur der paruus de. lxx. discipul᷑ unus: pro iuda subrogatus sorte electus: cuius natalicius dies ē. vi. kał. martii.

Maria intestina q̄ sordes emittūt: unde matiarii dicuntur q eadē tractant ac uendunt.

Matina saltus in calabria.

Matrinus: qui matrē habet.

Maton uł maten ubi dicit græcus iurat. sicut matontheon.

Matrona est quæ iā nupsit. dicta quasi mater nati: uel quia iam fieri mater potest: quia in matrimonium conuenit mater uero familias dicitur quæ per quandam iuris solēnitatem in familiam uiri transiuit. Itē matrona dicitur maꝛ primi pueri.

Materfamilias uero quæ plures peperit. Alii dixerunt matronā dici. que in mammoniū cū uiro uenerit: & ideo mammoniū dictū. matrē uero familias eā esse quæ i mariti manu mācipioq; esset in familiam quoq; mariti & sui hæredis uenisse. matronæ autem etiam nobiles uirgines dicunt᷑. quæ matres iam fieri possunt.

Matrimonium est nubiliū iusta conditio & conuentio: fœdus nuptiatum: coniugium.

Mammoniū idē est quod nuptiæ.

Matrisa: nimola dicta: quod menstrua moueat. Est genus hærbæ: quæ alio nomine herpillus dicitur.

Matrix dicitur q̄ fœtus in ea generetur. Semen enim receptum confouet & corporat.

Mathuitu græce de deo corpore induto uel de pericia dei.

Matura dicuntur: quæ apta sunt ad mandendum.

Maturare: accelerare. repræsentare. gubernare.

Matura dea paganorum quam leucothean græci dicunt.

Matura uirgo uiripotens id est nubilis.

Maturus nunc dicitur. antiqui matur: unde maturissimus & maturrimus.

Mature: extemplo festinanter.

Maturius: citius.

Matusalem interpretatur mortuus est. Quidā enim eum putant præterisse diluuium: sed ideo hoc nomine dictus est: ut significetur non uixisse eū post diluuium: sed eodem cataclismo fuisse defunctum.

Matutam pagani dixerunt deam esse quæ maturescētibus messibus præsit.

Matuta significat auroram: uel quidam dicũt leucorhean id est albam deam.

Matutinum est inter abscessum tenebraꝝ & auroræ aduentũ. dictum ꝙ hoc tempore icohãte mane sit.

Matutinum a matuta id est aurora: uel a mane ꝑ manu.

Mauors mars belligerator: inde mauortius fortis bellicosus.

Mauortia martia res: quæ ad pugnam pertinet bellicosa uel romana.

Mauorte matrõale opimentũ quod caput operit: uocatũ autẽ sic quasi marte.

Mauorte signum est maritalis dignitatis: idem & stola dicitur.

Mauortim id est excussio equitis de equo.

Mauri prius medi dicti sunt qui medi & armenii ad Libyes iuncti fuerũt. Persæ uero cũ getulis: mauri & numidæ sic sumpsere exordiũ: medi enĩ & armenii & persæ in hispaniã amisso duce hercule transuecti sunt in africã nauibus ꝓximos nostro mari locos occupãtes. Nã in initio getuli africam & libyes hũere: sed persæ secum getulos miscuerũt: qui per solitudines diuersas uagantes semetipsos numidas appellauerunt: id est uagos & icertos: medi autem & armeni accessere libyis: qui prius mare africũ agitabant. Getuli uero magis sub sole nomen eoꝝ paulatim libyes corrupere barbara ligua. mauros pro medis appellãtes: licet mauri ob colorem a græcis uocent: græci enim nigrum mauron dicunt. calore quippe afflati speciem atri coloris ducunt.

Mauritaniæ tres sunt id est sitifensis quæ sitifi oppidum habuit: & cæsariensis ubi ciuitas cæsarea fuit: & tigitania a tingi ciuitate: quæ utræque prouinciæ sibi coniunctæ ab oriente numidiam hẽnt: a septẽtrione mare magnũ: ab occasu flumen malbam: a meridie montẽ atrixim: qui discernit inter fæcundam terram & harenas iacentes usq; ad oceanum. Mauritania uero tingitania ultima africæ exurgit a mõtibus septẽ hẽns ab oriente flumen malbam: a septẽtrione fretũ gaditanũ: ab occiduo atlanticum: a meridie gaulalum gẽtes usq; ad oceanum hesperium.

Mauritania ob colorẽ populi dicta est: mauron enim græce nigrum significat.

Mauron: equus niger.

Maurosia: gens maurorum.

Mausolea sunt sepulchra a mausoleo rege ægyptioꝝ dicta: quo defuncto uxor eius mire magnitudis & pulchritudinis extruxit sepulchrũ: unde adhuc ꝓciosa monumenta eodem nomine nuncupantur.

Mausoleum: bustum. monumẽtũ. sepulchrum.

Mauult: magis uult.

Maxillæ per diminutionem a malis dictæ. mandibulæ.

Maximus meritis: aut ætate: aut honore uel uirtute seu omnibus rebus dicitur.

Mazeloledan filii rema nepotis cham.

Mazites populi sunt africæ qui naturali ferocitate sanguinem fundũt humanum.

Maziuorla: psalmus hebræum est.

Mazuroth in iob zodiacus: quẽ duodecim signa mathematici asserunt.

Mazonomũ genus uasis scutella.

Mæander amnis asiæ: inde dictus ꝙ sit flexuosus nascitur in campis mesiaticis & currens milia lxxxiii. in mare fluit cycladum.

Mæander inter cariam currens & ioniam ꝓcipitatur in sinũ qui melitũ diuidit & prienam.

Mæandro duplici idest recursio a mæandro fluuio qui in se recurrit.

Meapte. tuapte. suapte id est mea tua sua: ꝓpꝛia causa.

Meare: ꝓficisci: exire. a meo as.

Meare unde meatus tus & mare & secũdũ quosdam marius componit quasi meis nuda: cõponit cõmeo as re per. cõmeatus tus fames comes comitia comitor ris: & q̃ ex his fiunt.

Meatus inde dictus: quia per eũ meãt id est egeruntur stercora.

Meatus uena modice recurrens: meatus trãsitus cuiuslibet rei. locus transitionis.

Menacha græcũ: unde & mechania id est ingenia fabroꝝ.

Mechanica est q̃dam doctrina: ad quã subtiliter fabricã omniũ reꝝ cõcurrere dicunt.

Mechaon. æsculapii filius medicoꝝ maximus.

Mechanemata uocantur quædam mirifica humanis actibus facta de dei creatura: quæ qui nesciũt opinant esse diuina.

Mechapus fatuus.

Mœchatur: adulteratur.

Mœchus: adulter cum marita.

Mœchia græce adulteri. Nam græci mechos non nisi adulteros dicunt: qd tamẽ pro latio utitur: & potest significare fornicationem.

Mecœnas atis: nomen cuiusdam nobilis uiri romani: cui uirgilius georgica inscripsit ut i ꝓncipio ait. Quid faciat lætas segetes quo uertere terrã Mecœnas &c. & ad quẽ horatius ꝓles ex odis direxit. primum sic. mecœnas atauis edite regibus.

Meconethin regũ fulturæ: quas bases dicimus.

Mecũ qd est a me ꝓnoie per c solã scribendum mœchus uero qui est adulter per œ.

Mechanites gẽma papauera exprimit.

Medẽagan μηδὲν ἄγαν ne qd nimis græcũ ẽ

Medea: malefica q̃dã fuit unde & medeas dicimus.

Mederi:curare.

Medela.curatio.remedium.

Medeor & medicor tibi dicimus.actiuá uim hñt dicit' tñ medico & medicor te & medeor te.

Medeth nomen loci.

Media:regio asiæ a medio rege:qui cũ' bellando aggressus est:hæc ab occasu trãsuersa parthia regna amplectit':a septẽtrione armenia cingitur:caspios uidet:a meridie psida. huius terra medicã arborẽ gignit:quã nulla alia regio habet.Sunt aũt duæ mediæ maior & minor.

Media a medo puguo iasonis rege athenienſiũ prius dicta.Sed inuenimus i genesi q̃ madai filius iaphet auctor generis medoꝝ fuit.unde & dicuntur.

Median urbem medius'ægæi filus cõstruxit: unde & regio eius media dicta est.

Meducon:confectio olei omnia comburens.

Media:gẽma nigra ẽ a medea illa fabulose iuẽta.

Media noĩa dicta quia ex parte græca sunt & ex parte latina.eadem & notha: quia corrumpũt ultimas syllabas prioribus manẽtibus ut alexandros græce:latine alexander.

Medianus qui in medio est.

Me-iamna:a medio & amne.

Medica dicta a medis translata sit in græciã. hæc semel serit' & decẽ annis pmanet: ita ut quaẽ uel plus possit recidi per annum.

Medica genus leguminis opulenti.

Medica arbor primũ asportata a medis. hãc græci cedromellã latini citriam dicunt: q̃. eius poma & folia odorẽ cedri referãt. malum eius inimicũ uenenis:hæc pene õi tpe plẽa ẽ pomis: q̃ ptim matura pti acerba sunt:ptim in flore.

Medicina est scietia curationũ:quæ corporis uel tuet' uel restaurat salutẽ:cuius materia uersat' i morbis & uulneribus.Ad hãc ptinẽt nõ solũ ea q̃ ars coꝝ exhibet qui medici noiant': sed ẽt cibi & potus regimẽ & oĩs munitio.Nom aũt medicinæ a modo.i.tẽperamẽto tractũ ut non satis sed paulatim adhibeat'. Nã i multo cõtristat' natura:mediocriter autem gaudet.

Medicinæ artis reptor apud græcos perhibetur Apollo.hanc filius eius æsculapius laude uel opere ampliauit.Sed post q̃ fulmis ictu periit æsculapius:interdicta fert' medẽdi cura: & ars simul cũ auctore defecit:latuitq; per annos pene qngẽtos usq; ad tẽpus artaxerxis:tũc eã in lucẽ reuocauit hippocrates ab æsclepio patre genitus in insula choo.hi itaq; tres uiri totidẽ hæreses inuenerũt.prima methodica: quæ remedia sectat' & carmĩa nec obseruat alias causas sed solas morboꝝ substãtias. Tribus enĩ generibus constat id est diætico pharmaceutico chirurgio.Diæta est quã latini regulã uocãt:q̃d' st legis acutæ obseruatio. Pharmatia

que medicĩa est quã latini medicamĩna nũcupant:q̃ fit medicamẽtoꝝ curatio. Chirurgia est ferramẽtoꝝ incisio: hæc latine manuũ operatio dr̃.manus enĩ apud græcos chir uocat'. hæc aũt metholica:quæ & prima dicit' ab apolline inuẽta est.Secũda emperica id est experiẽtissima ab æsculapio inuẽta est: quæ nõ indicioꝝ signis sed solis constat expimẽtis.Tertia logica idest rationalis ab hippocrate inuenta est.Omnis aũt curatio:aut ex cõtrariis' aut ex similibus adhibet'.Quærit' autẽ a quibusdã quare inter cæteras liberales disciplinas medicinæ ars non cõtineat'. ppter q̃ ille singulas contineat causas:ista uero omniũ.Grãmaticã uidelicet ut intelligere possit Rhetoricã propter uera argumẽta Dialecticã ppter infirmitatum causas ratione adhibita perscrutandas. Arythmeticã propter nũm horarũ Geometriam propter qualitates regionum.Musicam quoq; & astronomiã ad cognoscendã ueritatem naturæ.hinc est q̃ medicina secunda philosophia dicitur:sicut enĩ illa aĩam:ita hæc corpus curat.utraq; ergo totũ hominẽ sibi uẽdicat.Medicinæ curatio spernenda non est.meminimus.n.ezechiæ languẽti Esaiã medicinale q̃d madasse: & paulum Timotheo modico uino utendum.Medicĩa alia theorica alia practica theorica alia theologica alia senectica alia physiologica.Physiologica i.vi.cõstat.In humoribus ut cal'm frigidũ siccũ hũidum.In uirtutibus ut aĩalis in cerebro: uitalis in corde: nutribilis i corpore.In elemẽtis ut ignis aqua terra aer.In mẽbris ut homoymẽra: sicut ossa uenæ nerui uel alia.quæ' dicunt' orgãica sicut cutis manus.In pfectiõe sicut i artibus.In naturis sicut de hærbis medicamĩbus metal'.practica uero in duo diuidit' in diætã ut nutrire infantes:senes moderari post ægritudines homines reparari. In curam sicut in medicaminibus:quæ de itra accipiunt':ut per os uel meatũ:uel de foris ponunt': & in chirurgiã uelut secare & incẽdere. Virtutes aliæ ptinẽt ad animam:aliæ ad naturã. Ad animã ptinẽtes: aliæ principales ut quæ phantasias id est figuras omnium percipiunt intellectu: & memoria retinent quæ audiunt uel uident. Aliæ sensuales sicut quæ quĩque sensibus insunt: aliæ motuales quæ per neruos fluunt & extendere corpus aut circunferre aut flectere possunt.naturæ uero uirtutes partiuntur in duo:in nutribilem & uitalem. Nutribilis in quattuor: una q̃ trahit:altera quæ tenet:tertia quæ digerit: q̃rta quæ impellit.uitalis uirtus habet subiacentes pulsus: qui aperiuntur & extrahunt aera: clauduntur & expellunt fumum perfectiões uirtutes sequuntur ethiotica peregumina se-

nectica.

Medicus qui medicinam nouit: medicinale uero qd' ad medicinā ptinet uel adiuuat medicinā ut hærba ferramentum.

Mediestini: qui in medio lauantiū stant: eisq; ser uiūt: & balnea custodiunt.

Mediestinus media stans urbe. pris.

Mediestinus a medio & sto uel tenēdo compre. producit penultimā.

Medimna mēsura est quinque modiorum dicta q medietur decē modus: qui sunt perfecti nu meri idest. x. medietas.

Mediocris: tēperatus suauis modicus cōmunis dictus: q modicū illi sufficiat: uel q mediū te neat: unde mediocritas temperantia.

Medioximus dicitur quasi medius proximus.

Mediolanū galli quidam propriis sedibus expul si: & ad Italiā profecti condiderunt necnon & alias urbes: dictū ob id q ibi sus media lanea perhibetur inuenta.

Meditari: cogitare. exponere. exercere imitari.

Meditor cōe antiqtus: pro quo medio dicitur.

Meditamen. igressus rationis.

Meditatio: deliberatio cogitatio: cōmentatio.

Meditatiua a meditātis sensu dicta ut lecturio.

Meditatiua uerba dicta a meditādo in uno quar tæ sunt coniugationis & cætera: deficiūtq; p̄ teritis: & quæ ab eis deriuantur duobus extre mis supinis & ab hiis deriuatis participiis.

Mediterraneus a diuersis casibus componitur si cut multa alia: id est a medio & terræ.

Meditullū in medio campo eminēs locus:

Meditulium locus meditationis ad docendum uel discendū: uel in quolibet alio loco.

Medius: internūcius: pacificator: uel auctor con cordiæ.

Medius, speciei adiectiue & ad aliqd & mobile & uidet' esse deriuatum a modo & hoc est a mē sura: & differentiæ ci mutato o in e uel a græco μεσοσΤου id est medius deriuatur. Inde ad uerbium medie: medietas: mediocris: meditu lium: medicus quoq; propter tēperantiam ex contrariis elementis.

Mediator componitur inde mediestinus & me diterraneus medimna & dimidio as.

Medius fidius dicitur hercules id est semideus: quidā dicunt iouis. Nam antiqui d pro l po nūt: uel dicitur quasi filius dios. Nam iouis græce dios id est clarus dicitur.

Medulla dicta: q eā cū madefaciant ossa: irrigāt enim & confortant.

Medullus mons hispaniæ.

Medus dictus quasi melus qui ex melle fit & a qua: sicut calamitas pro cadamitas.

Medusa interp̄tatur obliuio: que omnes se aspici entes in saxa dicta est conuertere.

Mephitis dea: cuius fons est: qui grauissimū sul phureumq; reddit odorem.

Mephitis proprie est terræ putor: qui de aq̄s na scitur sulphuratis.

Megan græce magna.

Megas magnus.

Megara: castellum syracusanorum.

Megale ciuitas græciæ: apud quā primū ludi re perti sunt: unde megalensia p ludis dicūtur.

Megæra una de tribus furiis interp̄tatur munda.

Megistos græce maximus pris.

Meio as & meio is minxi: quod est mingere.

Mel græce ab apibus nominatum probatur. Nā apis græce μελισσα melissa dicit': antea mel la de rore inueniebantur i arundinis foliis. Omne autem mel dulce: Sardum uero amarū est pro copia absynthii. pris. hoc mel addita lis mellis sicut fel fellis.

Mel melculū facit diminutiuum pris.

Mella galliæ fluuius est.

Mella græce μηλα mala latine.

Melan græce nigrum unde deriuatur malum.

Melancolia dicta q sit ex nigri sanguinis fæce admixta abundātia fellis: græci enim melan nigrum: fel autem colen appellant.

Melancholia mania est.

Melācholicus nigri coloris est a melancholia di ctus. melan græce nigrum fellis dicitur hinc & melancholia nigra colera dicitur.

Mella: arbor fructum habens dulcem: unde & dicitur: q uulgo ppter formā & colorē faba sy riaca dr. hanc græci laton appellant.

Melampus mons uel niger campus.

Melapous melāpodos græce. hic melāpus podis

Melantes lapis dictus: q melleum & dulcē suc cum emittat.

Melantus: græce fuscus.

Melanurus piscis dictus q nigram caudam hēat & pinnas: & in corpore lineas nigras.

Melax fluuius qui de thesalia exit.

Melchisedech interp̄tat' rex iustus. Rex q̄ impa uit salem: iustus pro eo q̄ discernēs sacramēta legis & euāgelii nō pecudū uictimas sed ob lationē panis & calicis in sacrificiū obtulit.

Melchisedechiani hæretici: qui putauerunt mel chisedech nō hoīem fuisse sed dei uirtutem.

Mellechrysis gēma dicta: q ueluti per auge since rum transluceat.

Melese græce apis.

Melesias compositor cantus.

Meleto græce meditor.

Meletopian græce mel.

Meletontas græce meditantes.

Meli græce mel.

Meliboea ciuitas thessaliæ: unde fuit Philocte tes, cui dedit hercules sagittas suas.

Melibœa prouincia est.

Meliboeus dictus ὁ τιμελεῖ τοῖς βοῖς id est quia curam gerit boum.

Meliboeus nomen est a custodia boum.

Melicerta palæmon græce latine portunus dictus est deus.

Meliceraton græci uocant potionem: quæ ex aqua & melle efficitur: quam latini mulsum uocant.

Melicus cantio carminis musicus.

Melinum metali genus dictum a melo insula q̃ eius est ferax.

Melipepo græcum est: & origo eius latinis incerta.

Melipsylla genus herbæ: quam uarro apiastrum dicit.

Melimella poma a loco uel a dulcedine dicta.

Melior dictus q̃si mollior: non durus uel ferreus

Meliuscula paræ melior diminutiuum.

Melo animal quadrupes armatum ungulis: dictus ꝙ sit rotundissimus mẽbro: ut malum: uel ꝙ male captet.

Melo prius dictus est nilus fluuius.

Melodia: dulcedo: cantus: suauitas uocis uel melodiam uel a conuenientia chordaꝝ tanquã mẽbroꝝ: quæ græci τελεῖα uocant.

Melos suaue sonus dulcis cantilenæ a suauitate & melle dictum.

Melodontis: gratissimus sonus.

Melos una cycladum omniũ insulaꝝ rotundissima: unde & nuncupata.

Melophos arbor in africa punica lingua uocata ex qua profluit lentus succus: qui a loco hammoniacus nominatur.

Melopeos quasi carminis factor.

Melopeum: dulce compositum.

Melones: genus pomi: hic melonis.

Melotes: pelles ouium sordidæ.

Melota: lanuta.

Melotis quæ & pera uocatur: pellis est caprina a collo pendens usq; ad lumbos præcincta. Est uero necessaria proprie ad operis exercitium. Fiebat autem prius ex pelliculis meloniũ, ut q̃dam estimãt: unde & melotis dicta.

Melota ex pellibus caprinis esse dicitur: ex una uero parte dependens. Alii uero dicunt ꝙ ex pellibus asperis taxi: qui melus dicitur fiat. unde melota uocatur: qua utuntur monachi i ægypto propter asperitatem.

Melpomene tragico ꝓclamat mesta boatu: musarum una est.

Memalia mons orientis: ubi amomũ nascitur.

Memasteron aprilis mensis tenedum lingua.

Memana solaria de cœnaculoꝝ parietibus eminentia a quodam inuentore dicta.

Membra partes sunt corporis.

Membratim: particulatim per singulas uices singularim.

Membroꝝ oratio: sensus uerbis conclusus a toto corpore per se nihil efficiens.

Membrana fœmininum a membra uel mẽbrũ Priscianus.

Membrana pergamena dicta quia ex membris pecudum detrahitur. Sunt autem membrana candida lutea purpurea.

Memphomai μέμφομαι græce queror.

Memphim ciuitatẽ ægypti ædificauit Epaphos Iouis filius ubi optimi mathematici fuerunt: ubi usus chartæ inuentus est primum.

Memphitis lapis uocatus a loco ægypti hic tritus atq; in his quæ adurenda & secanda sunt ex aceto illinitus ita obstupescere facit: ut non sentiantur cruciatus.

Memini totum præteriti temporis est quod ante actam rem in præsens reuocat: unde semper fere cum præsenti uerbo iungitur: ut memini me uidere. habet tamen memento & mementote futurum id est mente habetote.

Memini inde deriuatur mentio. Memor unde memoro memoras memorabilis mẽoria memoriter memoriale aliter. Componitur ĩmemor commemoro commemoras: mens inde componitur demens. tia. amens. tia. menteca prius reminiscor comminiscor: commentum: commentarius: cõmentor tans: commentator trix. tio. pri. meminí illam rem & illius rei dicimus.

Memnon Tithonis & Auroræ filius rex indæorum fuit uel æthiopiæ.

Memnon memnones græce memnon memnonis dicitur latine.

Memnoides aues ægypti appellatæ a loco ubi memnon periit. Ad sepulchrum enĩ eius q̃nto anno dicuntur cateruatim uenire & biduo circumuolantes post unguibus se lacerat.

Memorare: in memoria habere: exponere: referre.

Memorat: qui sæpius memoriæ conseruãdum tradit.

Memorantur pauca: commemorantur multa.

Memoror memoraris deponens quandoq; inuenitur.

Memorabile: laudandum celebre.

Memoria est rei inuẽtæ recordatio.

Memor memoris: immemor immemoris a memoro uerbo deriuatum corripit penultimam quod solum in or desinens habuit comparatiuum memorior: coniungitur etiam neutro sed figurate. nam non sunt communia trium generũ quæcũq; non faciunt in a pluralia neutra ut pauper: auctor: memor: quæ non faciũt paupera: auctora: memora: sicut uetus uetera:

felix felicia & cætera.

Memoriosus qui memoriam habet: memor uero beneficus uel qui defensionis memor est.

Memolicinenos græce incestus.

Mena nigra uel iouis filia: quam pagani dixerũt deam esse. quæ mẽstruis fluoribus præesse dicebatur fœminis.

Mena næ genus piscis. Menas uero propriũ menatis. proprium maris uel duplex uestimentũ mene dicitur liber: unde menades sacerdotissæ dicuntur bacchi.

Menalus & licæus mõtes arcadiæ sunt ἀπὸ τοῦ μηλων id est bubus quibus plenus ẽ dictus prius. Menala pluraliter. Menalus singulariter idem significat.

Menalii pastorales: uersus loquaces.

Menandros græce menãder dr. latine ꝓpriũ ẽ.

Menãdriani hæretici: qui ab angelis mũdũ absq; dei consilio asserunt factũ: a menãdro mago discipulo simonis nominati.

Menceps: mentecaptus.

Mendacium. fingere quod uerum non est.

Menda in culpa operis uel corporis: Mendũ uero mendacium.

Mendacioꝝ octo sunt genera. capitale: lõgeq; fugiendũ. qđ fit in doctrina religiõis: ad quod nulla cõditiõe qs debet adduci. Secundũ qđ aliquẽ iniuste lædat & nulli prosit. Tertiũ qđ ita prodest alteri: ut obsit alteri q̃uis nõ ad immundiciã corporalẽ. Quartũ quod fit in sola mentiẽdi fallẽdiq; libidine: qđ uere mẽdaciũ est. Quintũ qđ fit placẽdi cupiditate de suaui loquio: quia nec ipsa ueritas placẽdi cupiditate enũciãda ẽt his oibus peritus euitatis sequitur sextũ. qđ nulli obest: & ꝓdest alicui: uelut cũ iniuste tollendã alicuius pecuniã qs ubi sit sciẽs nescire se mẽtiatur quocũq; interrogare: qđ fit ꝑ tpali cõmodo. Septimũ qđ nulli obest & ꝓdest alicui uelut si nolẽs hoiem ad mortẽ q̃sitũ ꝓdere mẽtiatur siue iustus siue reus sit. Nec si q̃sq̃ i recte factis nr̃is moueatur: ut homo peior fiat: qr xp̃ianæ disciplinæ ẽ ut neq; de cuiusq̃ correctiõe desperet: neq; cuiq̃ pœnitẽdi aditus iterdudatur. In his duobus nõ ẽ mentiendũ q̃rẽti: sed potius suscipiẽdæ & fortiter tolerãdæ q̃libet icõmoditates: fortiusq; rñdendũ nec ꝓdã: nec mẽtiar. Octauũ genus ẽ qđ nulli obest: & ad hoc ꝓdest ut ab imundicia corpali aliquẽ tueatur: nec hoc mentiendũ ẽ: qr i bonis castitas animi & pudicicia corpis ꝓferẽda ẽ & i malis id qđ ipsi facimus eo quod fieri sinimus maius ẽ. In his octo generibus tãto minus q̃sq; peccat cũ mentitur: q̃to emergit ad octauum: tãto amplius q̃to mergit ad primũ. omne igitur genus mendacii peccatum est.

Mendax: negator ueritatis: dictus q̄ mentem alterius fallat.

Mendum in libris proprie: unde emẽdare dr. nã mẽdaciũ in cæteris rebus est.

Mendicus dr qr minus habet unde uitã agat: siue agat: siue quia mos erat apud ãtiquos egenũ os claudere & manus extẽdere quasi manu dicere debent.

Mẽdicare: egere: ab aliis necessaria quærere.

Mene: nigri coloris aquilæ.

Menæ uero pro an me: uel pro me ergo.

Mene græce luna: unde mẽsis uocatus est: inde mẽstruus & mẽsumus.

Menecus dr portus iuxta britaniã uel potius galliã ubi expectãt herculẽ. Hercules eni menecus dicitur: qr ibi solus hẽat tẽplum.

Menetus ꝓprium gentis uel loci.

Menetes gubernator gyræ.

Mœnia sunt muri ciuitatis dicta ab eo q̄ muniant ciuitatẽ q̄si munimẽta: pluralr hæc mœnia

Mœenia interdũ dicũt abusiue oĩa ædificia publica ciuitatis: ꝓpe aũt muri: inde mœnio. is. it. ædificat: munit.

Meniana dicta a meniano collega crassi: qui ea ꝑmus inuenit: hæc & solaria quia sola apparẽt: hæc romani rhipheas dicunt.

Menia græce membranula cerebri uel uentris dicuntur.

Mænades furiæ sacerdotissæ menatis. i. bacchi.

Menigan græci uocãt mẽbranã capitis.

Mens uocatur q̄ emineat in anima: uel q̄ meminit: unde & imemores amẽtes: quapropter nõ aĩa sed quod excellit in aia mens uocatur tanq̃ caput eius uel oculus: unde & ipse homo secundũ mentẽ imago dei dicitur. Ita aũt hæc omnia adiuncta sunt aiæ: ut una res sit. Pro efficiẽtiis eni cãꝝ diuersa noĩa sortita ẽ aĩa. Dũ enĩ uiuificat corpus aĩa est: dũ uult aius ẽ: dũ scit mẽs est: dũ recolit mẽoria est: dũ rectũ iudicat ratõ est: dũ spirat sp̃us ẽ: dũ aliquid sentit sensus ẽ:

Mentẽ ab aĩo antiqui sepauerũt. mentẽ ut sciat: aĩum ut uelit: ut possit dicere: uel pro uiribus ponitur interdum animus.

Mens est pars animæ ꝑstantior a qua ꝓcedit intelligentia. Ratõ uero quidam ẽ motus animi uisum mẽtis acuens: ueraq; a falsis distĩguẽs. mens. n. ẽ sensus aiæ: aĩus uero uolũtas ipius.

Mensam ꝑmus dædalus fecit: uocabulũ uero a comesu factum est.

Mensale dicitur: q̄ in mensa est.

Mensa maior cibus id est doctrina: sacrã scripturã significat Augustinus.

Mensisumus: uagauimus q̄si mẽsurauimus.

Mensis græcum est a luna tractum. luna eni græce mene dr: uñ apud hebræos mẽses legitimi ex lunæ cursu nũantur qđ ẽ de noua ad nouam ægiptii ãt ꝑmi ne error cõputatõis fieret pp

uelociorē cursum lunæ ex solis cursu dies mensis adinuenerūt.

Mensis dicitur quattuor modis: ab idolo: ut ianuarius a iano: uel a re q̄ sit ianua anni. A regibus ut iulius augustus: A numero ut september october.

Mensis nouorum martius mensis qui apud hebræos anni est principium.

Mensorium: quod est in mensa: sicut motorium quod est in motu.

Mensumū unius mēsis: sicut diurnū unius diei.

Menstruus a mense pro mensuus causa euphoniæ assumit t r.

Menstrua supuacuus mulierꝝ sanguis: dicta a circuitu lunaris luminis: quo solet hoc prouenire profluuium: luna enim græce mene dicit': hæc & muliebria nuncupant'. Nam mulier solum animal menstruale est: cuius cruoris contactu hærbæ moriantur.

Menstruum tempus unius mensis.

Mensulæ: paruæ mensæ.

Mensura ē quicquid pōdere capacitate animoq̄ & longitudine finitur.

Mensura est res aliqua motu suo uel tēpore circūscripta. hæc aut corporis aut tēporis est. proprie aūt mensura uocata q̄ ea fruges metiant' atq̄ frumēta: humida etiam & sicca.

Mensura quasi i passiua significatiōe qcq̄d mēsurat': deus uero solus omniū uisibiliū & inuisibiliū ē mensura qui oia metitur.

Menta: genus hærbæ odoriferæ: cuius genera sunt sex.

Menta: aggrestis quam græci calamenū: nostri uero nepetam dicunt.

Menta uirtutem habet refrigeratoriam. nam sucus eius cū aceto & sulphure aguinariā tollit.

Mentitur: qui uult uideri quod non est. Qui autem non uolens aliud putatur q̄ est: non mētitur: sed fallit: sicut lapis aliquando.

Mentior & mentio idem significat antiquitus.

Mēticulare: dol' & fallaciis attēptare ul' diuinare.

Mentinosus: fallax aut mendax.

Mentor: inuentor.

Mentum dictum q̄ inde mandibulæ oriantur: uel ibi iungantur.

Menum dictum sit colore nigro. græci enim nigrum melan dicunt.

Meōes lidii q̄ aū a meōe rege meōes dicti sunt.

Meonia labia iusta fryges. uñ hōerus fert' fuisse.

Meonius: homerus dicitur a meonia.

Meroros græce ineptus.

Mæotis palus scythie ē sub plaga septēmōis i europa: ubi aqua nimio frigore adeo cōgelascit ut palustris iter p̄beat: inde mæotica deriuat'.

Mæotia uel mæotica scythia dicit' a mæotide palude que ibi est.

Mephitis. tis. p̄priū est fetidæ paludis a græco mesitis s in ph mutato

Mera: synceta: manifesta: pura: probata.

Meraca potio dr: merosum aūt uinū appellatur.

Mercari: emere: nundinari.

Mercatus a cōmertio nominatus: ibi enim res uel emere uel uændere solitum est.

Mercedarius qui pro labore sibi impēso dat mercedem.

Mercenarius: qui accipit mercedem: negociator: institutor.

Mercenarius ab officio dicitur sicut cærarius: sagitarius: ostiarius.

Mercenarii: sunt qui seruiūt accepta mercede: idē & barones id est fortes græce.

Mercedes: premia: munera: cōmoda.

Merces: compendium: lucrum: emolumentum: redditus.

Merces. dis. præmium: merx uero mercis lucrū.

Mercimonia: cōmertia.

Mercolion murorum a græco.

Mercurialis: hærba est similis ozymo.

Mercurius nepos atlātis ex maia filia hic tēporibus moysi p̄hibetur fuisse multaꝝ artiū peritus claruit: quas & hōibus tradidit: unde post mortē deū esse uoluerūt. mercurius uero sermo iterp̄tat'. Nā mercurius quasi medius currens dr q̄ sermo inter hoies medius sit. ideo dr & hermes græce: qd' sermo ul' iterp̄tatio q̄ ad sermonē p̄tinet. hermenia dr: adeo & mercibus p̄esse dicit': quia inter uendētes & ementes sermo fit medius. habere pēnas fingit': qr sermo citius discurrit: furti magister dr: qr sermo aios audientiū fallit. Virgā tenet: qa serpētes. i. uenena diuidit. Nā dissidētes interp̄tantiū ratiōe sedant': ob uirturē quoq̄ multarum artiū trimegistus. i. ter maxius dr: capite cāino fingitur: quia cais sagacissimus & p̄spicax est.

Mercurius quasi incrementum kyrios dicit': quē in præesse negotiis uolūt: uel medius currens uel sermo discurrens.

Mercurius lapidum congeries in cacuie mōtiū

Mercurius dicitur interptes diuum.

Mercules mel album.

Merēdare. i. meridie edere: quasi post prādium. Inde merenda cibus qui declināte die sumit' quasi post meridiē edenda dicta.

Merēda dicta q̄ pura sit: quia panis purus dabatur pueris.

Mereo rui: & mereor meritus idē significat sicut multa alia in eadē significatione protulerunt mereor a te deponēs passiuā uim hñs & mereo idē significant: mereo unde mereor merui debuit facere: sed non est in usu.

Mæreo mæstus sum: sed tamen mæstus potius est nomen.

Mæstus.ior.stissimus mæsticia.

Mereri promereri dignus fieri.militare:unde de riuatur meritum.

Merito aduerbium.

Meritus ta tũ.componitur meretrix:unde meretricula meritoriũ meretricalis meretrious meretricor aris.Mærere uero tristari:cum silentio dolere.

Mereris dignus.uel tristaris.

Merengæ:manifestæ turpitudines siue nigratæ maculæ.

Meretrices a merendo stipendia libidinis dictæ hæc meretrix meretricis.meretricatio fornicatio.

Mergi aues nigræ ab assiduitate in aquam mergendi dictæ.unde & cibũ quærunt. Sæpe enĩ demisso capite in profundum tempestatum & aurarum signa colligentes cum clamore ad littora tendunt & fugiunt sicut fulicæ & ardea Ambr.

Merges a mergo maipulus.uel lignum quo colligitur messis.uel id totum quod messor metendo simul mergit.unde & dicitur.

Mergites fasces spicarum & lini.pris.hic merges gitis.

Meridies et dictus quasi medides idest medius dies.uel quia tũc merus dies est idest purior: merum enim græce.purum latine.

Meridior aris & meridio idem significat antiquitus ꝙ est quiescere media die.

Meridies:particulæ græce.

Meriopes dicunt græci parum uidentes in die. mera enim pro die græci dicunt.

Merior turpis uel timidior uel temerior propter fœditatem.

Menstæ hæretici iudeorum græce dicti ꝙ separent scripturas omnibus prophetis non credentes:dicentes aliis & aliis spiritibus illos ꝓphetasse. Merizein μερίζειν enim græce separare est.

Meritum:beneficium. præmium: quod quisq; meretur.

Meritoria loca tabernaria uel ubi fornicationes committuntur a merendo loca:in quibus fiunt mercimonia.

Merito as at:frequenter meretur.

Meroe insula nili:quam in medio sui fluens ad occasum facit.habet aquas calidas.

Merois est primum clima cæli.

Meropes genus auium.idem & gauli.qui parentes suos recondere & alere dicuntur.Sunt aũt uirides & uocantur apiastræ.

Meropes grossior Picus:auis est & uermis & uelox piscis.

Mæror amaritudo cordis cum silentio atq; tristicia.dictus ꝙ moueat mentem.pris.

Mæror a mæreo es deriuatur.

Merotheta:domus unguenti.

Mersare:frequenter mergere.obruere.

Merso as.a mergo frequentatiuum.

Merula genus auis nigrũ.dicta quasi modula

Merula antiquitus medula eo ꝙ moduletur:Alii dicunt quia sola uolat:quia mera uolans hæc omnibus locis nigra: in achaia candida est.

Merum dicitur quicquid nulli rei ad mixtum est.

Merum uinum purum significat. nam merum dicimus quicquid purum est:sicut aqua mera nulli utiq; rei mixta.hinc & merenda & meridies.

Mes filius aram:a quo meones orti sunt.

Messala quidam perfectus orator causarum.

Mesaphat hebraice interpretatur iniquitas.

Mesapus fuit filius neptuni.

Messas nunc panificus deorum signifer.

Mese octaua chorda est : & interpretatur media scilicet inter septem & nouem.

Messes quasi tonsas de omnibus dictum est.

Meseroth interpretatur excludens.

Mesembria μεσημβρία græce meridiem significat.

Mesembrinos circulus:qui efficit diem mediũ.

Messias hebraice:græce christus:unctus latine dicitur.

Mesia:ciuitas phrygie nõ lõge a troia.Nã misia prouincia.

Mesia regio est iuxta macedoniam.

Mesida marrubium.

Messis a metendo dicta.

Messis significat ubertatem & copiam fidelium & consumationem sæculi.messores uero angelos.

Mesos græce:medius.

Mesomela:genus gẽme nigrioris.

Mesomela nigra uena quemlibet colorem secãs per medium.

Mesopicatum:dimidium picatum.

Mesopontus terra iuxta pontum sextum clima cæli.

Mesopotamia græce dicta ꝙ duobus fluuiis ambiatur:nam ab oriente tigrim habet ab occiduo euphraten.incipit autem a septẽtrione inter montem taurum & caucasum:cuius meridiem sequitur babylonia:deĩde chaldæa nouissime arabia.

Mesopotamiam eleuatam uocatam quidam interpretãtur.

Mesores ægyptiace iulius mensis.

Mespila arbor spinosa:dicta ꝙ pilulæ formã habeant eius poma:quãuis minora.

Mesraim filius cham a quo ægyptii orti sunt.

Mæsticia est cordis : tristitia uero uultus.Itẽ mæsticia temporis est & fit quandoq; ex aliquo

accidenti dolore: tristitia uero uicium naturæ perpetuum.

Mestica deefica.

Mestonum: tristitia.

Mœstus naturaliter: tristis uero casu. Est enim natura animi & mentis: unde metus mæstus ior mæstissimus. mæsticia.

Mestouol ciuitas in tribu iuda: ubi sepultus est Sampson.

Messum: sectum. secatum.

Meta græce de ꝓpositio: uel post quãdo ordinẽ significat.

Metabatita græce transitiua.

Metalla ut aurum argentũ æs ferrũ græce dictũ απο του μεταλλαν φ natura ea sit ut ubi una uena apparuerit ibi spes sit alterius inquirendi. Septem sunt genera metallorum. aurum. argentũ. æs. electrũ. stãnum. plumbũ. & quod domat omnia ferrum.

Metallum est ubi exules deportatitur ad eruendã uenam marmoraq; secanda.

Metallorum fæminũ uel humidorum noĩa ad mensuram uel ad pensum pertinẽtiũ pleraq; singularia semp inueniũtur: ut aurum. argentũ. æs. electrum. auricalcum. uitrum. plumbũ. stannum. triticũ. eruũ. opiza. faba. lens. pisum. conchis. acetũ. liquamen. mulsum. oleum. Adeo autẽ hæc ex usu non ex regula perhibentur: quod quidã ꝓpria auctoritate horum pluralia ꝓtulerũt: ut frumenta ordea fabæ uina mella.

Metacismus est quotiens uocalis sequitur m. ut bonum aurum: dictũ a μετα græca ꝓpositione. i. trans & κιζω cizo: ũde fit μετακιζω metacizo idest habitationem muto.

Meta finis circuitus: dicta quasi mẽsa a metiẽdo.

Meta signum recursus.

Meta tæ. inde deriuatur metor tis. & metior iris.

Metafrasis græce interprætatio.

Metaurus fluuius in piceno oritur.

Metaphora est uerbi alicuius translatio usurpata: hæc quattuor modis fit ab animali ad animale: ut aligeros conscendit equos: ab inaiali ad inaiale: ut pontũ pinus arat: sulcũ præmit alta carina: ab inanimali ad aiale: ut florida iuuẽtus. ab animali ad inaiale: uti neptune pater cui tẽpora cana crepãti Cincta salo resonãt: magnus cui prepete mento Profluit oceanus & flumina crinibus errant. Sic & aliarum rerum nomina de alio genere ad aliud genus decẽtissime decoris gratia transferuntur: ut oratio perornet. Metaphora autẽ aut partis unius est: ut fluctuare segetes: quia nõ possumus dicere segetare fluctus: aut antistropha idest reciproca: ut remigium alarum: nã alæ nauiũ & alarum remigia dicuntur.

Metabole iteratio unius rei sub uarietate uerborum.

Metanoea μετανοια pœnitẽtia & incõstãtia.

Met. te. pte. adiectiones syllabicæ sunt: adiũgunt tũ ꝓnomibus: uel discretionis causa pleruq; uel significãtiæ: ut egomet feci & non alius. Tute facis pro tuipse per te & non per aliũ: & breuiat te adiecta. Similiter meapte tuapte suapte nostrapte uestrapte: ce etiã ut huiusce hosce antiquitus & hoccine. e. in. i. mutato causa euphoniæ: unde quasi cum duabus: ce producitur hocce.

Metalepsis tropus dicta ab eo: q; ꝓcedit: id quod sequitur: ut scelus expendisse merentẽ. scelus enim pro pœna. Itẽ persius Vtq; manus chartæ nodosaq; uenit arũdo: per manum uerba: per arundinẽ litteræ significatæ sunt. Itẽ mirabor aristas: per aristas grana: per grana annos significat.

Metamorphosis græce transformatio interꝑtatur.

Metaplasmus græce trãsformatio dr: quæ fit in uno uerbo propter metri necessitatẽ & licẽtiã poetarum. huius species sunt. xiiii. prostesis. epẽthesis. paragoge. aphæresis. syncope. apocope ectasis. systole. diæresis. episinaleophe: id est synæresis. synaloephe: eclipsis. antithesis. metathesis. Barbarismus uero in prosa uitium. In carmine metaplasmus est.

Metathesis transmutatio: cũ rem a nobis remouemus alio.

Metathesis est quæ mittit animos iudicũ i res ꝑteritas aut futuras: hoc modo Recordamini malorum quæ fecit. aut prouidete: quid euenturum sit cædes rapinæ.

Metathesis est translatio litterarum in alienũ locũ: ut euãdre pro euander metri necessitate.

Metangismonti hæretici ideo sic dicti: quia ἀγγεῖον angios græce uas dicitur. Asserunt. n. sic esse filiũ intra patrẽ quasi uas minimum intra maius.

Metari: constituere. locare: mutare.

Metatur dictum: quia mutatur: ũde est & castrametati sunt: pro mutauerunt.

Metator qui locũ ꝑparat aduẽtui potestatis.

Metator mansionis præparator.

Metator dictus quia castra designat a metiendo scilicet.

Metellus mercenarius a metendo dicitur.

Metere: seccare. succidere priscianus.

Meto & metor idem significabat antiquitus.

Meto is sui uel messem feci secundũ quosdam.

Metior tiris mensus sum.

Metiri. perpendere. mensurare.

Metor atis terminũ pono: sic cõe antiquitus.

Metor aris metatus.

Meticulosus: timidus metu plenus.

Methymna ciuitas in lesbo abundans uitibus.

Metoche μετοχη græce: latine participium.

Methodus: disciplina. remedium.

Methodici:medici aliquo opposito curantes.

Metonymia transnominatio ab alia significatiõe ad aliam proximitatẽ translata. Huius multæ sunt species:aut enim per hoc quod cõtinet: id quod continetur ostẽdit:ut pateras libant: aut contra:ut uina coronant:aut per inuentorem id quod inuentum est.ut sine cerere & libero friget uenus.aut contra:ut uinum pcat. Item per efficientẽ id qđ efficitur: ut pigrũ frigus:quia pigros facit homines.Itẽ contra: ut spumantia fræna. hoc exempli causa reliqua monstrabit.

Metra dicta qr certis mensuris pedum terminentur.mensura eni græce metrũ dicitur.

Metra instituta sunt pro delectatione aurium.ꝑterea tam apud græcos q̃ apud latinos prius omnia uersibus condebãtur.Primus aũt apud græcos pherecydes soluta oratione scripsit. Apud romanos aũt appius.Omnibus autem metris heroicus prior est. hunc Athesius milesius fertur primus condidisse: uel ut alii putãt pherecydes.

Metra uel a pedibus nominata: ut dactylica.iambica.trochaica a dactylo.iambo trocheo: uel a numero:ut exametrum pẽtametrũ trimetrũ. nam quos nos senarios a numero pedũ uocamus:hos græci trimetros dicũt: qr geminos ferunt pro uno:uel ab inuentoribus ut anacreonticum sapphicũ archilochichũ:ab anacreonte sappho archilocho.uel a frequẽtatoribus ut asclepiadea.tiam nõ ea asclepiades inuenit sed elegantissime usus est.uel a rebus quæ scribuntur:ut heroicum elegiacũ bucolicum.

Metra uulua.prisc.

Metra græce matrix.

Metreta mensura liquidorũ hñs sextarios decẽ a mensura dicta μετρον metron eni mensurã græci dicũt licet amphora & quicqd plus minusue capit mẽsura sit:tñ hoc nomẽ spẽalr sibi assumpsit:ꝙ sit mensura perfecti numeri idest x.Notandũ mensurã hebræũ nomen esse.

Metræ uuluæ.

Metreos bithyniensium lingua october mensis dicitur.

Methrydates rex ponti:qui inuẽit antidotũ methrydaticũ.quoddã genus pigmẽti est.

Metriasmos est medietas:quando rem magnam humiliato uoto dicit.

Metron μετρον græce mensura.

Metropolis:humilitas inanis:uel respõsio fanis naucupatur.

Metropolis ciuitas ideo dicitur ꝙ sit caput & q̃si mater cæterarũ sibi subiectarum.

Metropolitani a mensura ciuitatũ dicti: singulis eni prīncipis ꝑeminẽt:quorũ auctoritati & doctrinæ cæteri sacerdotes subiecti sunt:sine quibus nihil cæteros episcopos agere licet.Sollicitudo eni totius prouinciæ ipsis subiecta est.

Metuere:timere.uereri.

Metuo te & metuor a te in actiua uoce passiuam in passiua uim actiuam habet. Absolutum est cũ non iungitur accusatiuo sed datiuo:ut tibi metuo.deficit futuro infinito sicut & timeo.

Metus est motus animi iterior subitus factus ex aliqua tristi recordatiõe siue quolibet terrore.

Meuania:pars tusciæ.

Meuania.insula proxima hiberniæ.

Meus.a.um.a genitiuo mei deriuat.a quo meapte meaptim componitur.

Mutuum unde mutuo as.

Mia græce una & myia græce musca est.

Michael interpretatur quis ut deus. Quando eni aliqd in mũdo miræ uirtutis fit:archãgelus michael mitti perhibetur: & ex ipso opere nomẽ eius est.quia nemo ualet facere quod deus potest facere.

Micare:splendere.radiare.uibrare.

Mica dicta quasi minima cadẽs de pane.

Micheas interpretatur quis ille quis iste?corruptus est eni samariæ ob causam simulacrorum illo modo quo de heliu dicitur. Quis est iste inuoluens sententias?

Miche:qs est iste?

Micenæ ciuitas græciæ:unde agamemnon pluraliter declinat:dr cũ mycena singulariter.

Micipsa rex fuit numidarũ.

Miconus & gyarus nomina cicladarũ insularũ steriles:quibus exulabant.

Microcosmus μικροκοσμος a græcis hõ appellatur id est minor mundus.nam sicut mũdus ex eadẽ & diuersa & mixta natura: sic homo:& sicut mũdus ex quattuor elementis.sic homo ex quattuor hũoribus & cætera.

Michronum:unius temporis.

Micropsis μικροψυχος : pusillanimus : parui animi.

Mictos μικτος græce mixtũ uelut est poeta cũ introductus loquit.personis.

Micticon uero imitatiuum: in quo poeta nusq̃ loquitur.

Micturio & micto a mictu deriuatur.micturio mingere uolo.

Micito:frequenter mingo.

Mida quidã rex fuit.

Midas quidam rex fuit.

Midra aur lamina.

Misius id est conscius.

Migale ignota bestia q̃ tamen cameleon dicitur uel serpens.

Mygdon rex frygiæ:unde mygdõiæ opes.

Mygdonides mygdonis filius uł ex mygdõia.

Mygdonia regio est iuxta troiam.eadẽ mæonia

uel bithynia post dicta.

Migma hebræum est:id est mixtura:palea minu ta uel tritura frumento permixta.

Migma μίγμα græce cōmixtum latine.

Migrare.proficisci.ire.ambulare.exire.

Milago genus piscis dictus:quia euolat super aqua: q quotiens cernitur tēpestas significatᷓ.

Mille a multitudine dicitur: unde & milia: qđ græci mutata littera myriades uocant. pluralitᷓ indeclinabile per omnes casus.& est adiectiuū generis omnis.millia quoq; pluraliter declinatur propriæ neutrum.

Mille inde deriuatur millenus millesimus millenarius. Milies uero & milliarium a millia deriuantur.

Mille pro multis finitus pro infinito ponitur.

Miles dictus:quia mille ante i uno numero erāt: uelquia unus ex mille electus est.Romulus ꝑmus milites ex populo sumpsit & appellauit.

Miles aut ordinarius aut extraordinarius. prisc. hic & hæc miles.

Millenarius dicitᷓ:qui mille militibus ꝑest: quos græci chiliarchas uocant.

Milesia ciuitas uel isula:unde fuit milesius thales unus de septem sapientibus.

Miletus ciuitas est asiæ:ubi lanæ optime tinguntur:unde milesia uellera dicūtur.

Milete insula est iuxta siciliā: in quā descēdit sanctus paulus in tyrrheno mari.

Miletos Ioniæ caput.

Miliaria nos dicimus mēsuras uiarū:græci stadia galli leucas:ægyptii signes: persæ persangas. miliariū uero mille passibus terminatᷓ dictum quasi milliadū hēns pedes quinq; millia.

Milissæ apes.

Militare sub stipendiis agere.arma portare. milito militas.

Militaris castrensis hostilis.uetus miles.

Militia dicta a multis quasi multicia: aut a mole rerum quasi molecia.huius tria sunt genera:sacramentum:euocatio:coniuratio.

Milimindrum uulgus uocat pro eo:ꝙ alienationem mentis inducat:hæc hærba hyosciamus appellatur.

Milium genus sæminis minuti a multitudīe fructus dictū:huius farina cū sicca est restringit: cum cario's mixta fortiter medetur. uolentes uero ipsum miliū edere saginat qdem:& non egeritur & replet:neq; restringit.

Miluius piscis genus.

Miluius pons romæ est.

Miluus dicitur a molli uolatu uel a moli uoce & est onomatopoeion.i.nomen de sono factū.

Miluus dicitur quasi mollis auis & uiribus & uolatu rapacissimus:tamen domesticus insidiatᷓ auibus.significat rapacem elatum.

Mimi græce dicti:ꝙ rerū humanarū sunt imitatores: nam habebant suum auctorem qui anteq̄ mimū ageret fabulam pronunciaret: nam fabulæ ita componebantur a poetis:ut aptæ essent motui corporis.

Mimus ioculator.

Mimæ fœmeninū est.

Mimologus:qui mimos docet.

Mimographus:qui mimos scribitᷓ.

Mina quæ græce Mna dicitur c.drachmis appenditur:& habet lx. siclos:qui faciūt obolos mille & ducentos.

Mina hebraice caldaice syriace computusᷓ dicitur.

Minas mons non longe ab ephelo.

Minatur:iminet.promittit.pollicetur.

Minator cū nunciat aduersa.monitor uero cum bona pronunciat.

Minare:ducere:de loco ad locum promouere.

Minerua apud græcos athena dicitur.i.fœmina: apud latinos autem minerua uocata quasi dea & multarū artium inuentrix idest lanificii oliuæ & fabricæ:unde eam artem & rationem interpretatᷓ:ideo dicunt eam de capite iouis nasci:quia sensus sapientis qui omnia inuenit in capite est:in cuius corpore caput gorgōis fingitur:quia illi est oīs prudentia:qui confundit alios & imperitos ac saxeos comprobat. hæc & titon dicituᷓ propter tritōida africæ paludē: circa qua fertur habitu uirginali apparuisse:unde tanto ꝓcliuius dea credita est: q̄to minus origo eius innotuit. pallas autē dicta uel ab insula pallene in thracia: in qua nutrita est uel απο του παλλειν apotoy pallei id est hastarum concussione uel ꝙ pallantem gigantem interfecit.

Minerua id est non mortalis. Nā min græce nō: erua mortalis dicitur.

Minæ terrores.clamor.uociferatio altitudīes murorum:hæ minæ harū narū: unde minor naris minās.minitor:unde cōponitur miles miser interminor.

Minuū genus pigmenti plus in hispania abūdat unde nomen flumini dedit. huius distillatio argentū liquidū gignit.

Mineus enim fluuius est galliciæ a colore pigmenti dictus:quod in eo plurimū inuenitur.

Mineus rubicūdus.

Miniatus rubricatus.

Minyæ populi sunt thessali a quodam rege sic dicti:uel a terra quæ dicitur minya: uel ab habitu scilicet a rubore:qr capillos rubicūdos habebant sicut est minium.

Minos iouis & europæ filius rex cretēsiū.

Mincius amnis italiæ mantuam preterfluit ebenaco ueronensi lacu habēs.

Mincius hericius.

Mingo is xi ctum mingere. urinam facere.
Minimus dicitur a nomine monadis: quod ante eum numerum non sit alter.
Minime gentium: uilissime gentium omnium id est hominum nusquam.
Minister minor in statione siue quod officium debitum manibus exequitur.
Ministrat: qui obsequium reddit. Subministrat uero qui subsidium progat.
Ministerium obsequium.
Minitari: frequenter minari.
Minos minoos græce minos minois rex cretensium: unde minoia regna.
Minotaurus monstrum dictum quod ex homine .i. pasiphæ & tauro natus fuerit. caput fuit taurinum. per cætera homo fuit
Minorarctos stella quæ bootes dicitur.
Minores esse res aliquas aliis dicimus. mioris uero æstimatum uel emptum subauditur pretii.
Minor iunior: posterior magis paruus.
Minorare: minuere.
Minor aris & mino idem significant átiquitus.
Minito uero & minitor similiter frequentatiuum a mino.
Mino as at uulgo significat ducit.
Minturnæ pro[n]um ciuitatis inde miturnensis.
Minuere. minus facere. minorare.
Minuor eris minutus.
Minus nomé & aduerbium cōparandi. quod é deterius
Minus aduerbium cum pōsitiuo iunctum: quãdo significat compatiuum contrariæ significationis: ut minus stultus prudénor: & pro non ponitur: ut minus bonus id est non bonus.
Minutatim: paulatim. leuite circũscripte.
Minutal dictum quod fiat de piscibus oleribusque concisis.
Minutal species cibi: hoc nomie etiam fragméta panis dicuntur.
Minutalia pluraliter modica.
Minutus quadrans id est unus nũmus.
Myoparo barcha scapha nauicula. nauis piratica.
Myoparo dictus quasi minimus paro: est eni scapha ex uiminibus facta: quæ contecta crudo corio nauigium præbet.
Myrrha arbor arabiæ: unde mortuorum corpora cō diuntur ne uermibus putrescant. habet enim guttam nauantem.
Myrrhá unguentũ pigmentum uel genus odoramentorum. inde myrrhatum.
Myrrha & aloe hærbæ sunt.
Miramur opera admiramur uirtutes.
Miror illum illius & illo.
Miraculum ut suscitare mortuum. Mirabile uero ut in aqua ignem accendi: auriculas hominem posse mouere.
Mirabilia audi. Apud garamátes est quidam fons tam frigidus diebus: ut non bibatur: tá feruidus noctibus: ut nō tangatur. lignũ cuiusdam ægyptiæ ficus in aqua prius mergitur & post aliquantulum supnatat. poma in terra sodomorum gignũtur & ad maturitatis speciē puenũt sed morsu pressuque téptata in fumũ & fauillam corio fatiscente uanescũt. In cappadocia equæ uento concipiũt & ménio seu decénio uiuũt. In tilo indiæ insula nulla arbor tegmine foliorum spoliatur. In epiro fons est in quo faces ut in cæteris extinguuntur accensæ: sed non ut in cæteris accenduntur extinctæ. De asbesto pyrete. adamante. magnete.
Mirandina bithynia olim uocata est.
Mire: egregie excellenter.
Myrrhine μυρρίνη græce myrtus.
Myrrheum amarum. myrrha perfusum.
Mirias græce una de decem sibyllis.
Myrias una hoc est decem millia.
Myriades plura dena millia.
Myrrhinum genus optimi uitri & saphyrini coloris. inde myrrhina uasa dicuntur.
Myrrhina potio diuina: quæ a græcis nectar dicitur.
Myrica quam latini tamarinũ uocant ex amaritudine nominata: gustus eni eius nimis amarus est. hæc in sollitudine & humo amara nascitur.
Myrice generis fœminini uirgulta humillima.
Myrrites gēma est dicta quod in ea myrrhæ color sit compressa autem usque ad odorem nardi spirat suauitatem.
Myrsylon quæ & balausticon id est centifolia.
Myrmidones gens græca dolopes dicti propter astutiam: quasi myrmice græce .i. formice: uel a myrmidone duce iouis & eurimenes filio.
Myrmidones: dolosi sunt.
Myrmicæ græce formicæ.
Myrmicoleon aíal maius formica dictum quasi formica & leo: uel formicarum leo. abscōdit eni se in puluere & uenientes deuorat.
Myrmicites gemma: quæ formicæ reptantis effigiem imitatur.
Myconies fantasiæ mitatores.
Myroplasion græce in numeris unum uocatur.
Myropolion græce dicuntur stationes: ubi pigmenta uænũdantur.
Myropola unguétarius: qui unguéta portat.
Mirobalanum incensum dictum: quia fit ex gládé odorata uel ex grandi odoratu latine seplasium dicitur.
Myrtus temperatiue uirtutis est ut dissoluta mébra constringat: significat eos qui proximis cōpatiuntur per consolationé.
Myrtus speties arboris boni odoris amari dicta eo quod sit magis littorea. hinc & a græcis myrene dicitur. medicorum uero libri appellatá ea dicunt a mulierum necessitatibus plurimis.

Myrta pluraliter. myrtum singulariter.
Myrteus de myrto. myrtetum uero ubi myrti na scuntur.
Myrtoum mare dictum a myrtili lapsu q illuc ab oenomao præcipitatus sit.
Myrteus: equus est pressus in purpura.
Myrtum bene olens.
Mirum mirabile componitur quasi mihi rarum: uel multum rarum: inde miror aris unde mira bilis, ior. liter: miraculum componitur mirifi co admiror.
Missa tempore sacrificii est: quando cathecumini foras mittuntur clamante leuita. Si quis cathe cuminus remansit: exeat foras: & inde missa qr sacramentis altaris interesse non possunt: quia nondũ regenerati sunt. Ordo autẽ missæ uel orationũ quibus oblata deo sacrificia cõsecrã tur primũ a sancto petro est institutus: cuius celebratio uno eodẽq modo est in uniuerso pariter orbe. Orationem dñicam idcirco mox post precem dicimus: quia mos apostolorũ fuit ut ad ipsam solũmodo orationem oblatõ nis hostiam consecrarent: & ualde mihi incõ ueniẽs uisum est ut precem quam scolasticus composuerat super oblationem diceremus & ipsam orationẽ quã redemptor noster cõpo suit super eius corpus & sanguinẽ non dicere mus. sed & dominica oratio apud græcos ab omni populo dicitur: apud nos uero a solo sa cerdote. Missæ totũ officiũ id est ordo in quat tuor diuiditur species. precationes orõnes. po stulationes. gratiarũ actiones: quicqd. n. agit' i officio missæ anteq̃ oblatæ ponant' super alta re precatio nominatur: quia precant' bona po pulo. quicqd ab hora sit: qua secreta canit' usq ad agnus dei oratio dicitur: & oratio quæ post agnus dei dicitur postulatio appellatur: quod autẽ in fine missæ a populo respondetur deo gratias: gratiarũ actio nominatur.
Misahel qui populus domini ipse & misach qui i terpretatur risus uel gaudium.
Miscere: turbare. confundere simul fundere.
Misceo sces miscui mixtus sed melius secũdum regulam prisciani mistus.
Miscitare. frequenter miscere.
Misellani cõmisticii.
Miscllaneum cõmistum cæna gladiatorum.
Miser infelix dictus a miseret impersonale: ul' mi nus aptus. inde miserior. rimus. miseria.
Miselus diminutiuum.
Misereor rens & miseror aris componit' miseri cors. corditer. cordia.
Misereor tui & tibi dicimus. deponẽs est: actiuũ non habet: pro quo misereo: unde miseret. & miseretur impersonalia.
Misereor aris acusatiuo seruit: unde miseratus.

Misereor reris misertus indoluit. ignouit. miseri cordiam fecit.
Miseret me te se dicimus.
Miserabilis cui misereri debemus. Misericors ue ro qui miseretur corde: uel qui miserꝫ idest cõ patiens cor habet erga alium.
Misellus: qui miser aut minor est: aut mortuus diminutiuum.
Miserandi. a: dolendum. timendum.
Miseratus: misericordiam habens. doluit.
Miser dictus ꝓpe: q omnẽ felicitatem amiserit.
Miseremur quantum necesse est. Miserescimus uero rogati.
Misericors uero a compatiẽdo alienæ miseriæ di ctus: hinc & appellata est misericordia: q mise rum cor faciat dolendo alienã miseriã. In deo uero sine cordis miseria misericordia est.
Miserere est beneuelle: miserationis uero bene fa cere est: miseratio enim dicit' quasi misericor diæ actio. Nam misericordia affectus cordis tantum est.
Miseria calamitas. labor. casus aduersus.
Miserum adhuc uiuentem dicimus: misellum ue ro mortuum.
Misenus mons a miseno uiro dictus.
Misenum ciuitas siciliæ.
Mysius fluuius quidam.
Mysia prouincia est europæ: quam danubius in cludit a messium prouentu dicta: unde horre um antiquitus dictum græce.
Missina græce latine minsica.
Missitius: qui mittitur.
Missilia hostilia tela quæ mittuntur. hoc missile lis a præterito misi dicitur.
Misi a mitto tis preteritum: unde misus sa sum: unde misito tas frequentatiuũ.
Mysterium græce dictum: q secretam & recondi tam habeat disputationem.
Mysticum græce secretum id est corpus & sangu is christi.
Mysta græce mysterii auctor Symysta uero aliqs ab eo est: siue qui conscius mysterii est.
Mistra odia mensura.
Mistum confusum concretum.
Mittere: dirigere. ponere.
Mitte pro dimitte.
Mitto tis misi missum.
Mitescere: quiescere. qui cædit improbitatibus & non desistit mitis fieri.
Mitier pro mitti duæ breues pro una longa si cut populatier pro populari.
Mythicon fabulare græce. mythos enim fabula.
Mitificat: mitem facit. mitigat.
Mitigare: cõpescere. sedare. misericordiam facere:
Mitis cõmunis est mediocris. humilis. hic & hæc mitis & hoc mite.
Mitis est q pietate nõ cõtradicit sentẽtiis diuinis:

quæ in sua peccata proferuntur: neq; illis dei sermonibus: quos nondũ intelligit: sed tamẽ nullũ beneficiũ præstat ei: cui non contradicit nec resistit. misericors uero ita non resistit: ut ꝓpter eius correctionem ita faciat: quẽ redderet resistendo peiorem.

Mitis maturus.

Mitis: lenis. & ad sustinendam iniuriam patiens quasi mutus.

Mitis tior tissimus.

Miteo es: unde mitesco cõponitᷣ mitis mitigo.

Mitulus piscis genus digestibilis.

Mythos græce fabula: hic mytologiæ liber.

Mitra frygium pileum id est tiara eadem & cithara uel metalla.

Mitra funis est: quo nauis medio cingitur.

Mitre cappadocum lingua october mensis.

Mitridax lapis eufratæ sole repercussus coloribus micat uariis.

Mixtum: confusum concretum.

Mna græce latine mina dicitur: quæ habet. lx. siclos qui faciũt obolos. m. cc.

Mna habet libram unam & semiunciam: q̃ sunt solidi. lxxv.

Mna duas libras & semis appendit.

Mnasiterna urna aquæ idest urceus.

Mnema μνημα græce monumentũ dictum propter recordationem defuncti.

Mnestheus unus de principibus troianis.

Moab & Amon filii loth a quibus moabitæ & amanitæ nati ex filiabus eius.

Moab interpretatᷣ ex patre: amon filius generis mei: uel ut in hebræo est filius populi mei.

Mobilis motioni habilis.

Mobilitas motus celeritas quasi mouilis a motu dicitur.

Mocum: simile est fabæ albæ. legumen est.

Moderare: temperare. cohercere. compescere.

Modero & moderor idem significat antiquitus.

Moderatur: frænat. gubernat. sub conditione habet.

Moderatus: mediocris lenis cõmunis.

Moderatus tior tissimus.

Moderate: modeste. parce. æqui animi.

Moderatio irreprehensio. auariciæ fruens liberaliter.

Modestia. mansuetudo. uerecundia. Modestiæ ꝑtes sunt. frugalitas. pudor. castitas.

Modestus dicitur qui nec irascitur. moderatusᷣ ue ro a modo & tempore nec plus quicq̃ nec minus faciens.

Modi a motu dicti ꝙ unus moueatur in alterũ.

Modi sunt diuersæ inclinatiões animi uarios eius affectus demonstrantes. hos sequitᷣ uaria declinatio uerbi. Sunt autẽ quinq;. indicatiuus. imperatiuus. optatiuus. cõiunctiuus. isinitiuus.

Modicus moderatus a modo enim deriuatᷣ: nã modicus pro paruus abusiue dicitur.

Modicat uel modificat temperat.

Modius a modo dictus. Est autem mẽsura librarum. xliiii. id est sextariorum uiginti duorum: cuius numeri causa a moyse ob hoc inuẽta ẽ: quia in principio deus uiginti duo opera fecit: id est materiam informem. angelos. cælos superiores. terram. aquam. lucem. & aerem ꝑma die. Secunda firmamentum solum. Tertia die quattuor. maria semina. sationes. & plãtaria. Quarta tria. solem. & lunam. & stellas. Quinta tria. pisces. reptilia aquarum. & uolatilia. Sexta die quattuor. bestias. pecudes. reptilia terræ. & hominem. Et quia uiginti duæ generationes sunt ab adam usq; ad iacob & uiginti duo libri ueteris testamenti & uiginti duo elementa: q̃uis enĩ aliæ gentes huic mensuræ: uel adiciant ignoranter uel detrahãt: apud hebræos constitutio diuina tali ratione seruatur.

Modius est cui arbor nauis insistit ob similitudinem mensuralis uasis dictus.

Modi artis musicæ sunt octo. lydius. hyppolydius. frygius. hyppofrygius. dorius. hippodorius: mixolydius. hippomixolydius.

Modix: chorus.

Modo pro nunc uel pro tantũmodo.

Modirio quoddã aĩal in gange maius elephãte.

Modus: obseruatio. finis uel terminus. tropus τροπος græce dicitur.

Modus unde modius modulus: modulor laris. modulamen. Merula quasi modula.

Moderor aris moderamen componitur modernus modernitas modicus ĩmodicus. commodus. cõmodo as: a quo accõmodo as.

Modo: unde componitur amodo postmodum. quẽadmodũ quomõ quodãmõ multimõus.

Medulatur: librat. cantat.

Modulatio: dulcedo. suauitas uocis.

Modulo & modulor idem significat antiquitus.

Modulamina. cantiões. suauitates.

Mœchus quod est adulter per œ scribitur.

Mœchatur: adulteratur.

Mœnia munimenta urbis per œ scribitur priscianus pluraliter semper declinatur.

Mænio is niui: mœnia cõstruo: uel tale aliquid.

Mœnicare: cõmunicare.

Moeri pro muri. Virg.

Mœsia ciuitas phrygiæ.

Mofora. interrogatio.

Mogilalus: mutus.

Mos ægyptiace aqua: unde moses.

Musa musicus ca cum. musica prisc. ἀπὸ ὕδατος græci nos musa.

Moses dicitur aquaticus: quia de μῶσ aqua de q̃ sublatus est dicitur.

Moses interpretatur sumptus ex aqua: inuenit .n. eum ad ripam fluminis expositum filia pharaonis quẽ colligens adoptauit sibi: unde sic dictus est.

Moses interpretatur assumptio uel liniens.

Moschos μοσχος græce uitulus.

Mœchia μοιχεία adulterium.

Mola a rotunditate sui uocata quasi mala pomorum. sic & græci.

Molares ultimi dentes qui confracta a prioribus moluntur: unde molares dicuntur. hi sunt maxillares.

Molaris lapis in parietibus utilis: qr est quædam pinguior natura eius cutaq; & aspera: ex quo molæ fiunt: unde & dicitur. huius genera sunt quattuor. albus. niger. permixtus. fistulosus.

Mola far cum sale erat.

Molaris quando adiectiuum est cõmune. pro dẽte uero masculinum est.

Mola uel molares significat uolubilitatem huius sæculi.

Molæ pro dentes maxillares dicuntur.

Molle: tenerum. fragile. sinuatum. blandum. iucundum.

Molere. frangere. cõterere. a mola. i. lapide dictũ: unde molẽdinus a molẽdo dictus. i. molinus

Molestus: inusitatus. grauis.

Moleste: indigne. grauiter.

Molestor aris atur. iniuriam facit.

Moles: magnitudo. uastitas. congeries. hæc moles lis difficultas.

Moliri: conari. disponere. parare & aliud cũ mora agere.

Molior liris litus. prisc. molio pro molior.

Molimina: conatus artificia a moliẽdo dicta hoc molimen. molitio dispo' tio. cogitatio.

Mollire mulcere. linire. blandiri. temperare. mollem facere.

Mollio lis liui actiuum. mollior liris pass.

Mollis dictus ꝙ uigorem corporis dedecoret & quasi mulier molliat'. hic & hæc mollis & hoc molle. unde mollicies cieis effœminatio.

Mollis: imberbis. lenis. effœminatus. iucundus: blandus. Mollis. ior. issimus. molliter.

Mollio is inde mollisco mollimẽ mollicies. unde mulier muliercula muliebris. briter. componitur mollifico as & milu us.

Moly μωλυ indeclinabile cuius posterior syllaba breuis fit. est autem herba & flos albus.

Molliarcere: extrahere. parcere.

Molycina uestis quæ albo stamine fit. quam alii malbellam uocant.

Molo lis lui multum debuit facere.

Molo conterere significat.

Molo lis dicitur a mola: unde & molaris & molendinus molendinaris componitur emolo emolis unde æmulus pro inuidus unde æmulor aris: a quo emolumentum.

Molo lis id est mando dis.

Malache agria μαλαχη αγρεια malua agrestis

Molochites lapis spissus uirens a colore maluæ dicitur.

Molochitus lapis uiridis & grandis.

Molocrus: morbus quem græci molion dicunt.

Molorchus pastor quidam qui hospitio suscepit herculem dũ necauit næmeum leonem.

Molosi dentes molares.

Molosus canis rusticus.

Molossia epirus prouícia græciæ prius a molosso filio pyrrhi & andromachæ dicta molossia chaonia.

Molossus pes dictus a saltatiõe molossoꝝ quã exercebant armati. constat ex tribus longis syllabis: ut æneas.

Moloch idolum amonitarum fuit.

Momentum minimum tempus: a motu sydetum dictum quasi mouimentum.

Momentum dictum a temporis breuitate: ut in aliqua mora nullo modo producatur.

Momentaneũ: incertum. uanũ. uolubile. mutabile: uel ad momentum factum. transitorium non durabile. i. momentum & uanum.

Momentum: stilus a quo momentana: quia cito ad modum stili inclinatur: sumpsit nomen.

Momentana duabus lancibus & uno in medio filo librata æqualiter constat dicta ꝙ parua modicaq; pecunia in ea solita sit appendi.

Monas græce unitas: similiter & enas. Sed monas proprie ipsa unitas est: ex qua omnes numeri procedunt principium quippe & causa ẽ totius numerositatis. enas uero est ipsa unitas substantiarum siue in superessentiali essentia: quæ deus est siue generibus siue informis & simpliciter in omnibus quæ unã eandẽq; participant essentiam.

Monocasmũ genus uehiculi dictum ꝙ ab uno iumento ducatur.

Monachus græce singularis. monos enĩ singulariter. Monachorum sex sunt genera: tria optia reliqua teterrima prim ũ cœnobitæ κοινοβιτοι id est cõmune uiuentium. Secundũ heremitæ qui deserta inhabitant. Tertium anachoritæ: quæ optima sunt. Quartum genus teterrimoꝝ qui e imagine anachoritæ blandiuntur. Quintũ circumcellionũ: qui sub habitu monachoꝝ circunquaq; uagantur. Sextũ ꝙ per anani & saphyrã pullulauit: id est sarabaitæ quiq; ab eo ꝙ cœnobiali disciplina semetipsos sequestrent suasq; liberi appetũt uoluptates. abusiue cennitæ dicti sunt ligua ægyptiaca. Monachoꝝ quattuor sunt genera. primũ cœnobitæ id est monasteriale militans

sub regula uel abbate. Secundum anachoritarum id est heremitarum qui diuturna pugna contra diabolum secundum multorum solatia docti pugnare ad singularem pugnam heremi instructi sine consolatione alterius sola manu uel brachio contra uitia deo auxiliante carnis uel cogitationum pugnare sufficiunt. Tertium est teterrimū genus sarabaitarum qui nulla regula approbati adhuc operibus seruientes saeculo fidem mentiuntur deo per tonsurā qui bini aut terni uel certe singuli non dominicis sed suis inclusi ouilibus pro lege eis desideriorum uoluptas est. Quartum genus dicitur gyrouagum: qui tota uita sua per diuersas prouincias ternis uel quaternis diebus per diuersorum cellulas hospitantur.

Monachus graece dicitur quasi monos id est unus achos id est tristis.

Monasterium: mōachorum habitatio: nam monos unus steron habitatio dicitur.

Monarchae sunt qui singularem possident principatum: qualis alexander apud graecos & Caesar apud romanos. hinc monarchia dicit' unius principatus. monas quippe singularis graece αρχη arche principatus dicitur.

Monedula auis quaedam quasi monetula dicta: quia cū aurū inuenit aufert & occultat.

Monet qui praecipit: admonet uero qui quod exciderat ad memoriam reducit.

Monemus futura. admonemus p̄sentia. cōmonemus praeterita.

Moneo nes nui moneor monitus tor trix monitio. monimentum mouimentum moumen moneta monetarius. cōponit' admoneo prae. com. sub. inde cōmonefacio.

Moneta eadem & trutina dicta: q admonet ne qua fraus in metallo uel in pondere fiat locus ubi denarii fiūt: inde monetarii dicuntur.

Moneta similitudo.

Monycus gigas quidam thessaliae.

Monile ornamentum ex gemmis: quod solet foeminarum pendere collo. dictum uel a munio uel a munere. plaerunq; omne ornamentū muliebre significat.

Momimen monitio.

Monimentum amoris pignus.

Monoceron graece latine unicornis dicitur: eo q unum cornu habeat in media fronte. monos enī graece unum κερα cornua.

Monocerus significat christum uel sanctos: qui tenent unicum dei uerbum.

Monocentaurus nomen sumpsit ex tauro & homine.

Monocentaurus: homo caput habēs bouis:

Monodia graece cum unus canit: quod latine dicitur cicinium.

Monogamus dicitur q' uni tm̄ uxori nupsit: gamos. n. graece nuptiae: inde monogama uidua semel nupta.

Monodian: longum carmen.

Monometrum uersus unius pedis.

Monoplima, statio ubi una res uenditur.

Monopolium: pigmentalium.

Monoptota: noia dicta q uno tm̄ casu, utunt': ut frugi. Nam monos graece unus: ptosis casus. Monoptota uero sūt: q̄ p oi casu una tm̄ t'mi tiōe funguntur: ut gumi. neq̄. quot. tot. & litterae noia. a. b. c. uel numerorum: ut quattuor qnque. & barbara ut iob. monos graece solus.

Monois: singulis.

Monoscenium: genus carnis.

Monosticon: opus unius uersus.

Monosyllaba pars orationis si naturaliter longa fuerit ut res circunflectit': si uero natural'r breuis: ut uir aut positione longa ut ars acutum accentum habet.

Monosyllaba p̄positiua fere omnia habēt grauē accentum nisi differentia prohibeat.

Monotas mon: luscus.

Monotanus: rigidus.

Monstrum est q extra naturam nascitur: dictum a monstrando.

Monstra dicta q nos moneant in futurum: abutitur tamen.

Mōstruosū īusitatū sil'e mōstro contra naturam.

Monsilicis urbs uenetiae.

Monstranselis: equus detestabilis.

Mons dictus a mouēdo per contrariū: uel motū non habens. inde monticulus.

Mons significat supereminentem charitatem christi uel iustitiam.

Mōs sigt dominiū uel iusticiam uel ecclesiam.

Montanus na nū. componit' monticola.

Montigena: montiuagus. montuosus.

Monstrare: ostendere. indicare.

Montana circūcastella in montibus posita.

Mōtanus di' a mōte: uelut lupus de montibus.

Mōtani hetici dicti q tpe psecutōis i mōtibus latuerūt: unde se diuiserunt a catholica ecclesia.

Mōtes sunt tumores terrarum altissimi, dicti: q sint eminētes: Colles uero iuga montium.

Montes significāt apostolos uel sanctos in celsitudine uirtutū: & i mala pte hereticos diabolos.

Montuosa: arida. macra. aspera. uel inculta: montibus plena.

Monumenta: memoria dicta: eo q moneant mētem. annales libri historiae.

Monumentum nūc sepulchrum: nunc historiarum gestarum ordinem demonstrat. Monumentum autem dictum q mētem moneat: uel ad recordationem rei scriptae.

Mopsus nomen proprium.

Mora: poma sunt agrestia uel de arbore celsa.

Mora impedimentũ uel tarditas.

Mora est q̃ ĩpedit: tarditas q̃ impedit̃: inde mora in re: tarditas ĩ hoie.

Mora ræ. unde morula diminutiuũ.

Moror aris. componitur emoror demoror commoror ĩmoror. A mora mos moris: ĩde mosculus moratus morosus morigerus morigeror aris. moralis.

Morari: protellare. differre. protrahere. moram facere.

Morator: cessator: segnis. piger.

Morale est ubi morũ ĩformatio continet̃.

Moros græce μωρ dicit̃.

Moralis ĩtelligentia est quæ de moribus disputat.

Moralis dicitur: per quem mos uiuendi honestus appetitur: & instituta ad uirtutem tendentia præparantur: hic & hæc moralis & hoc morale: unde moralitas:

Moragus: nutibus longis.

Morastin unde morastiten ciuitas uel uicus palæstinæ.

Morbi generaliter omnes passiones corporis significant: dicti q̃ ex eis mors nascatur: unde morbidus id est morbo datus: & morbosus id est morbo plenus.

Morbus regius: genus quoddam morbi: inde dictus qa potior & deterior est cæteris: uel ut quidam putant quod uino bono & regalibus cibis facilius curet̃.

Morho id est homicidium in absconso: in lege longobarda.

Mordere: rodere. detrahere. lædere. maledicere.

Mordeo es. mordesco.

Mordax: cior. cissimus. aciter. citas.

Morsus sus. unde mors: a quia mortalis mortalitas compõnit̃ ĩmortalis: morticinus: ide morior reris: unde morbũdus: cõponit̃ emorior cõmorior. A morte cõponit̃ mortifico. a mordeo dicit̃ morbus uel cõponit̃ mordens mẽbra uel mortis uia.

Mordicus: quasi morsu tenens uel mordaciter.

Moreni gens iuxta britannos.

Mores: uiuendi consuetudo.

Morhosis: trãsformatio: morfe μορφὴ enĩ græce forma dr̃: hic eumorfos id ẽ bñformatus.

Morgnicaph id est quarta pars ĩ lege longobardorum.

Moribũdus: morienti similis.

Morigera: moribus concordans.

Morigerare: mores gerere.

Morigeror aris:

Morina q̃ diuina appellat̃ potio: a græcis falernum uinum.

Morio amens.

Moron græci fatuũ dicunt.

Moriones uulgo dicuntur fatui: nõ multũ a pecoribus distantes: morio a morte uocatus: eo q̃ non uigeat intellectu.

Morior deponens absolutũ est. morior & orior scd̃m tertiam & quartam coniugationem declinauerũt antiq: morior moreris & moriris: nũc autẽ scd̃m tertiã morior moreris.

Moror: morã facio. cõmune ẽ & absolutũ aliqñ: ut moror te. & moror a te: & ut qd̃ moror.

Morosus: difficilis. fastidiosus. q̃rulus. tardus

Mors dicta quasi amara: uel a marte. uel a morsu primi hominis: qa uetitæ arboris pomũ mordens. mortem icurrerit.

Mors priuatio est uitæ. Sicut autem tenebræ nihil sunt: sed ubi lux nõ est tenebræ dicuntur ita nihil est mors sed priuatio uitæ hoc nomẽ accepit.

Mortariũ dictũ q̃ ibi semina iam in puluerẽ redacta mortua condant̃.

Mortariũ dicit̃ a morte & tero: qcquid enĩ ibi terit̃ sæmen uel hærba: morit̃.

Morticinũ dicitur in quo animæ sanguis ĩmortuus est.

Morticina de mortuis dicunt̃: moralia autem uiuẽtiũ. Morticinũ quod ab hoibus non utit̃: eo q̃ nõ occisorũ sed mortuorũ aialiũ ẽ morbida cato: nec apta ad salutẽ corporis: cuius causa sumit̃: prius qdem obseruatũ propter unitatem duorũ parietum. Sed nũc quis christianus obseruat: ut turdos uel minutiores auiculas nõ attingat: nisi quarũ sanguis effusus est: aut leporem nõ edat: si manu a ceruice pcussus nullo cruẽto uulnere occisus ẽ.

Mortiferum dictum q̃ ferat mortem: ut uirus.

Mortuus: defunctus.

Morunt pro mouerunt: sicut mosses pro mouisses.

Morus a græcis uocata: quam latini rubrum appellant: eo q̃ fructus uel uirgulta eius rubeant: cuius fructu fames pastorum ĩ deserto fouetur: cuius folia serpenti superiecta feruntur interimere eũ.

Morus spes arboris cuius poma stomacho utilia sunt: eo q̃ refrigerent.

Morus arbor: mora uero eius poma sunt.

Mos: lex quædam est uiuendi nullo uinculo astricta: siue lex non scripta: sed tñ usu æui retenta.

Mos est uetusta probata consuetudo siue lex nõ scripta.

Mos quod in ciuitate solitũ est fieri: hic mos moris.

Moses qui legem scripsit filiis israel: unde mosaica lex.

Mosoch filius iaphet: ex quo cappadoces phibẽtur exorti. unde urbs apud eos mosocha dicit᷑.
Mosilon empoge: locus est in quo nilus emergere uidetur.
Moth aquæ sunt ubi populus domino contradixit: & moyses offendit dominum.
Motare: frequenter mouere.
Motire: conuertere. uiolare. aut semitruncare: uel sine cornibus facere.
Motorium dicitur: qd᷑ in motu: sicut mensoriũ: quod in mensa: collarium: quod in collo pris.
Mouere: uoluere. curare. tractare.
Moueo ues moui motus ta tũ actiuũ ẽ. inde motus tus motio: unde mons cũ suis deriuatiuis.
Monstro as monstrũ. mobilis lior lissimus liter. litas: unde cõponitur imobilis. moto as componitur admoueo p com. præ. sub. re. di. am.
Mox: non multo post uel statim. ex inde. aduerbium temporis.
Mozel montanea.
Mozica quasi modica ĩde mozus. z. pro. d. sicut solent itali dicere hodie pro hozie. Nam antiq hozie dicebant.
Mucales dactyli palmarum.
Mucida dicuntur frusta panis mucorem hñtia & lanuginem propter uetustatem.
Mucor quædã lanugo quæ nascit᷑ in uetusto pane: unde mucidus panis dicitur.
Mutius propͥum cuiusdam q omnia patiebatur.
Oetha mons inter thessaliam & macedoniã ubi hercules iacet.

Offa proprie frustũ dentiũ: cuius diminutiuum offella facit: inde offarii coqui: qui offatim id ē particulatim excoquunt. Nã offa est latrantiũ: quia in os canis iacitur & satiatus illico cõpescitur & silescit. Offa geminata. ff. facit: tamen diminutiuũ ofella nõ geminata. f. quia i diminutione pleruῷ multa mutant᷑.

Offam hebræũ est: quod græci uocãt ὀβρύζον obryzon genus auri.

Ofella: ꝑticula diminutiuũ ab offa corripit. o.

Offendiculum quo quis offendat: oppositio. culpa. læsio.

Offendit: lædit. nocet. tædet. inimicos facit. absterret

Offendo: inuenio uel impingo. & absolutum est etiam.

Offensa: culpa. ira. qua deus offenditur.

Offensio: uicium. ægritudo. morbus. iberilitas.

Offert: præbet. insinuat: immittit.

Offerre: est ultro ꝓbere: inferre uero iportare.

Offertorium pro eo dictum ꝙ offerat᷑ id est oblatio quæ altari offertur: id est sacrificatur a pō

ntificibus. Ophis ὄφισ græce: latine coluber dicitur.

Officere: est alicui nocere: inficere uero colorem mutare. priscianus.

Officio tibi dicitur.

Officia: ministeria. beneficia. merita. gratiæ. Officiorum multa sunt genera: sed ꝑcipuum est illud quod in sacris diuinisῷ rebus habetur. Officium aũt ab efficiēdo dictũ quasi efficiũ propter decorem sermōis una mutata littera. Aut certe ut quisquis agat quæ nulli officiant: sed omnibus prosint.

Officinæ dicunt᷑ loca: qbus fiunt officia.

Ofiofagitæ pars æthiopum dicta ꝙ serpētes comedat: ofis eni ὄφισ græce coluber φαγεῖν fagein comedere.

Ofiomate: lacerta.

Ofitæ: hæretici a colubro noīati dicētes ipm colubrũ ī paradiso īduxisse uirtutis cognitionē.

Ofiucus signũ i cælo homo serpente cinctus.

Ofites genus marmoris serpentium maculis simile.

Ofni interpretat᷑ discalciatus: filius eni fuit heli electus in ministerium sacerdotũ: cuius amissionem suo expressit nomie: ut eius uocabulo ueteris testamēti sacerdotium a populo iudaico significaretur ablatum.

Offuciæ: fallaciæ: aut res ad decipiēdum cōpertæ dictũ ab offucãdo: quod est furtũ collocare.

Offula: poena uel percussio uel particula in rotunditate collecta.

Og: interpretatur interclusio: rex basan fuit.

Ogias unus de superstitibus cadmi. qui iuuit facere thebas.

Ogygius: nomē cuiusdam: cuius temporibus factum dicitur diluuium: cōditor & rex fuit: nomenῷ loco & tempori dedit hoc tēpore isaac patriarcha perhibet᷑ fuisse.

Oh: interiectio indignantis.

Oileus propriũ cuiusdã græci: oileus trysyllabũ. oilei tetrasyllabũ & οἰλυ trisyllabum. Sic & similia semper una syllaba uincũt in genetiuo quæ penultimã breuem habent: ut treuir treuiri. Satur saturi: tydeus tydei nisi poetica productio fiat in græcis.

Ohihei: interiectio plangentis.

Oy græce ne.

Omas uasa in quibus sortes mittuntur.

Omo interpretat᷑ ons parsimonia.

Ουώνοσ græce filius. ουώνοσ κορου ῦπερũ id est auguri.

Oyranos οὐρανὸσ græce: cælum latini dicũt.

Ois οἶσ græce ouis latine.

Oysia οὐσία & ὑπόστασισ & hypostasis substantia & subsistentia.

Olla uas ad coquendum dicta: ꝙ ebulliat in ea

r

aqua igne subiecto: & alius uapor emittatur: unde & bulla dicit᷑: quæ in aqua uenti intus spiritu sustẽtatur.

Olla pro illa dicitur.

Oolla intrare interpretat᷑ uel tabernaculũ.

Ollac habitaculũ hoc interpretatur.

Ola summi humeri pars posterior.

Olax odorifera.

Olea pondus est retinet tres scripulos. Olea gẽma barbarum est: ex fuluo & nigro undiq; & candido constat. Olea oliua uel fœtus oliuæ. Olea arbor: oliua fructus. Olea oleæ: inde deriuatur oliua oliuũ oliuetũ oleaginus oleaster

Oleagina radix oliuæ. Olea & oliua pro fructu sæpe posita sunt: sed consuetudo obtinuit oliuam fructum dicere.

Oleaginus de olea: sicut faginus de fago correpta penultima.

Oleaster dictus ꝙ sit simil᷑ oliuæ foliis sed latioribus. Arbor inculta siluestris amara & infructuosa: cui isertus oliuæ ramus sui mutat radicis

Oleaster oliua agrestis & infructuosa significat hominẽ sine fructu uel gentilem. Oleaster de omnibus nominibus arborũ solum inuenit᷑ masculinum.

Olenium est oppidum in arcadia.

Oleo oles olet olo is eiusdem significationis.

Olent res ualde malæ uel bonæ: redolent tantũ bonæ.

Olentis pro fetuentis. Virg.

Oleo es ui & oleui. Cõposita uero aboleo aboleui adoleo adoleui exoleo exoleui. Redoleo uero quia non mutauit significationẽ simplicis similiter redolui & redoleui facit: uaro tamen etiam adolui. Obsoleo quoq; obsoleui. Aboleo uero uelut redoleo abolui & aboleui facit præteritum. Supina uero ui in tum conuertunt. Quæ uero ui diuisas habent in itum penultima correpta. ut oletũ absoletũ aboletũ & abolitum & cætera.

Oletum: locus putridus ubi homines mingũt

Oleum est quod de fructu fit: oliua uero arbor: quaꝝ arboꝝ multitudo oliuetum dicit᷑: sicut quercetũ spinetũ. Oleũ græce ελαιο̅ꝑ eleon eleos ελεοσ latine misericordia dicitur.

Oleum significat lætitiã spiritualẽ: ut oleo lætitiæ. Augustinus.

Oleum est purũ nulliq; rei admixtũ ab olea id ẽ arbore deriuatũ. Sed quod ex albis oliuis fuerit expressum uocat᷑ spanũ. a græcis omphation appellatum. Quod aũt ex fuluis & nondũ mitibus unde appellatur. Quod si ex nimiũ maturis cõis appellat᷑: ex his ad usum uitæ ꝑmũ ẽ spanũ: secundũ uiride: tertiũ cõe. Oleũ si qs aqs imerserit. clariora facit ea quæ ꝓfundo teguntur occulto. Nã eius natura hẽt ut cibos condiat & lumini fomẽta ꝑbeat: & lassum longo itinere corpus dum eo unctum fuerit pristinæ sanitati restituat.

Olearos & paros nomina sunt cycladũ insulæ.

Oleamella arbor nascitur in palmaria ciuitate syriæ: ex eo dicta ꝙ extrisecus oleũ defluat i crassitudine mellis sapore suaui.

Oleosmon herba dicta ꝙ mollior foliis sit & caule tenerum.

ωλεγη græce cubitus.

Olda: distinctio siue diuerticulũ interpretatur.

Olfatus: odoratus. olfatus dictus ꝙ odoribus afficiatur.

Olfatoriola sunt uasa muliebria: in quibus odoramenta gestantur.

Olli pro illi uel il'inc aut tunc seu ibi.

Ollibama in prophetis ciuitas: i aqua edom princeps habitauit. Interpretat᷑ uero ingrediens.

Olidum putridum: dictũ ab oleo oles olui quasi olitum d pro t.

Olim aliquando præteritum significat: quõdam antea. aliquando.

Olim: de præterito & de futuro dicitur: sicut quãdo. aliquando. unquam.

Olympus dicitur a græco ολολαμπροσ: ꝙ undiq; luceat. componitur igitur inde uel deriuatur olympicus olympica icũ & propriũ olympus uel olympia: quæ celebrant᷑ in honore iouis certamĩa. cõponitur olympiodorus olympionites. patronomicũ fœmeninũ olympias: cuius masculinũ debet esse olympiades.

Olympias tẽpus quattuor annoꝝ in honore iouis celebrat᷑: qui olympicus dicitur ab olympo monte altissimo: qui interdum ꝓ cælo ponitur: & tũc diuersi ludi fiebãt. Olympias ãni quattuor. Agon cõstitutus a græcis apud elidem ciuitatem quadriẽnio in una olympiade supputato.

Olympias est apud græcos ãnus ꝗrtus ab olympico agone: qui uenit transactis annis quattuor in quibus finẽ sortitur agon is tempus propter quadriennii cursum solis: & ꝑpter quod singulis annis sex horaꝝ consumptiõe i quadrienniũ dies unus completur. Quo tpe ab omni genere omniq; ætate circũueniebat᷑.

Olympus nũc cælũ nũc mons excelsus in græcia ubi nullus uẽtus neq; pluuia cadit.

Olympus mõs macedoniæ tãtæ altitudinis: ut i eius cacuie nec uẽtus sentiat᷑ nec nubes se colligant: quia excedit istũ aerẽ humidũ: in quo aues cæli uolãt: quod ab eis proditũ est: qui solebãt nescio quoꝝ sacrificioꝝ causa memoratũ montẽ ascẽdere: & aliquas notas in puluere scribebant: quas alio anno itegras inueniebãt quod fieri nõ posset: si uẽtis aut pluuia locus ille impetret᷑. deide tãta est tenuitas aeris illius

ut non spirare duraret. Ibi eni ire nõ poterant: nisi spongias humectas naribus applicarent unde crassiorem & cõsuetum spiritũ ducerẽt. hi ergo indicauerunt etiam nullam auem in eo loco se aliquando uidisse.

Olympus dictus quasi hololamphos id ẽ quasi cælum id est quasi totus lucens. Nam holon ὅλον totum: phos lux dicitur græce. hic diuidit achaiam a thracia.

Olimmat: limpidat.

Olintum: græcia.

Olip: tabernaculum meum.

Olisatrum genus hærbæ hortolanæ.

Olisbona ciuitas ab ulyxe condita.

Olitor hortolanus olera uendens.

Obutos οὐ̓τος græcum relatiuum pronomẽ compositum ex o p̃positiuo articlo & hutos pronomen tertiæ personæ: quod est demonstratiuum & relatiuum.

Oliua unde græce elæon dicitur: ex quo in latinum tractũ ẽ. Olea aũt ipsa arbor est: fructus oliua succus oleũ. Est aũt arbor ipsa pacis insignis: cuius fructus diuersis nominibus appellatur id est orchades græca etymologia a similitudine testiculoꝝ. nã ορχιϲ est testiculus: uocatæ radiolæ: qa longe sint in modum radiorum: paphiæ a papho insula dictæ: unde prius allatæ sunt: licinæ dictæ ꝙ optimum dent lumẽ. Pausiã quã corrupte pusiã uocãt uiridi oleo & suaui. Syria dicta qa a syria est allata: uel qa nigra est: crustumia eadem & uolemus dicta ꝙ uolã impleat.

Oliuæ species orcades radii pausiæ.

Oliuæ inuentrix apud paganos minerua perhibetur: unde poetæ finxerunt ꝙ hac inuẽta uicerit mineruã neptunum. & obtinuerit diluuium atticam terram.

Oliuum oleum.

Oliua significat sanctũ misẽricordiæ liquorẽ fructibus abundantẽ & lucentem: eleos. ελεοϲ enim misericordia dicitur.

Oliueti mons interpretatur luminis siue unctionis

Oliua proprium inde oliuensis.

Olocaustum græce totum incensum dicit᷑: quia integra tota hostia igni tradita consumebat᷑.

Olofora uestis tota ex purpura: holon eni græce totum.

Olographum testamentum est: manu auctoris totum cõscriptum atq; subscriptum: unde & dicitur: olon eni græce totũ graphe γραφη scriptura sic ηγραφια dicitur.

Olographia ois scriptura: res p̃pria: olon ολοϛ græce totum. inde olor quia totus est albus & olympus: ολοϛ eni totum: lampas græce lucens. hæc aũt cõposita ab ολοϲ rectius aspirantur: olor & olympus aliter figurantur.

Olor auis est: quam græci cignum κυγνοϛ uocant: dictus ꝙ totus sit albus. hic olor oloris: unde olorinus na num.

Olor signum idest cygnus: in cuius specie cum leda iupiter cõcubuit.

Olores latinum est. Nam græce cygni dicuntur.

Olosérica uestis tota ex serico: olos enĩ totum significat.

Olus ab alendo dictum: eo ꝙ primum oleribus alerentur homines anteq̃ fruges uel carnes ederent: hoc olus oleris:

Olusinolo genus hærbæ hortolane.

Olus ris unde olero ras. olerare id est olera cultu rare:

Omasum stomachus uel uenter centipellis uel uentriculus.

Oma corpus.

Omelia græce latine sermo uel colloquiũ.

Omentum ab omine: quia momẽto omnia capiebant: quod οἰωνοϛ dicit᷑ græce.

Omentum: membranum quod continet intestinorum maiorem partem.

Omentare: auguria inspectare.

Ometa augura maiora.

Omen: auspicium auguriũ: hoc omen ominis.

Ominosa auguriosa.

Omitto pro omitto. compooitur ex ob & mitto: breuiaturq; o apud oratiũ: ut illusus omittas.

Omne ad multitudinẽ uel ad numerum pertinet: ut omnis homo id est omnes homines. Totus uero homo ad partes refert᷑: ut anima & corpus uel caput manus pedes thorax &c. Omnis uniuersalis spẽi: cõponit᷑ inde omnipotẽs oiparens oigena omnino aduerbium.

Omnipotens componitur ex tribus corruptis omnium: potis. ens.

Omnifariam i oẽm partẽ: uel ex omni pte dictum. aduerbiũ est: componit᷑ ex omni & afferẽdo uel fando. omnino uero intentiuum.

Omnipotẽs dictus oia potens: cõe apud Virg.

Omnitenens: omnipotens.

Omnino: in totum.

Omnis unde oẽs cõponit᷑ omnipotens tia. oĩfactor. oĩcreator omnitenens. omnipudens.

Omnimorbia hærba dci ꝙ m̃ltis morbis subueniat. hæc a græcis polylion uocatur.

Omoeos ομοιοϲ græce similes.

Omonyma idest uninomia eo ꝙ sit i uno noie plrima significatio: ut tumulus nũc mõs breuis: nũc tumẽs tellus. nũc sepulchrũ significatur. Hæc tã in propriis q̃ in appellatiuis inueniunt᷑: ut pyrrhus filius achillis & rex epirotaꝝ. Omonyma sunt nomina. q̃ in uno noie multa significant: ut acies ferri oculoꝝ & militum

dicit. Omonyma similia dicta.

Omoeoteleuton: cum uno uerbo plura finiunt uerba sine coniunctionibus nexa: ut abiit abcessit. euasit.

Omoeoptoton: cum plura nomina per unum casum denunciantur: ut est illud. Sed neq; currentem se nec cognoscit euntem.

Omoeosis ὁμοίωσις quod latine interpretatur similitudo: per quam minus notae rei per similitudinem eius quae magis est nota panditur demonstratio. huius species sunt hae parabolae: paradigma. icon id est imago. comparatio. exemplum.

Omothonus: maior synochus febris.

Omousion graece latine unius substantiae: usia οὐσία enim graece substantia uel essentia dicitur. omo simul unum: hoc ergo uocatur omousion: quod est ego & pater unum sumus.

Omousion id est similis substantiae: quia qualis deus talis & imago eius. haec tamen omnia ab ὁμὸς & ὁμοῖος figurata ponus aspirantur.

Omousion: assimilatio.

Omn uerbum interpretatur. Omni crispans meus interpretatur.

On graece quando per omicron id est o breue scribitur neutrale est: & interpretatur quod est: quando uero ὢν per ω id est o longum scribitur masculinum est: & interpretatur qui est. On ergo ipse est creator omnium & principium quod est & quod proprie in se & uniuersale ad omnia.

On inutilitas uel dolor siue iniquitas interpretatur.

Onager ὄναγρος graece asinus agrestis syluaticus.

Onager significat heremitam.

Onagri singuli foeminarum gregibus praesunt: nascentibus masculis zelantes testiculos eorum morsibus detruncant. Quod matres cauentes in secreto eos occultant. Totiens in nocte uel die rugit quot horae sunt.

Onaogros graece armiger.

Oneyros ὄνειρος graece somnus latine.

Onerat: cumulat. complet. pondere premit. Nam onus pondus est: unde dicitur onero oneras.

Onerare: pondus imponere.

Onesiferus: lutum ferens. abundans.

Onfation oleum quod ex albis oliuis fuerit expressum: graeci dicunt: latini uero spanum.

Onfatius galla agrestis: quae medicaminibus adhibetur.

Onyca haerba aromatica.

Onytes galbana: pigmenta quaedam.

Onyx genus marmoris dictum quod in se habeat permixtum candorem in similitudine humanum unguis: graeci enim unguem ὄνυχα onyca dicunt.

Onyx onycos onyx onicis genus est lapidis.

Onycinus gemma genus metalli uel lapidis.

Onocardia cocco similis est.

Onocentaurus. homo mixtus asino natura agrestis. Superior pars similis homini: posterior pars asino. significat bicordes.

Onocentaurus componitur ex onos graeco id est asino & tauro.

Onocotalon graeci uocant rostro longo: quorum duo sunt genera.

Onocrotalus similis cygno.

Onomaton graece nomen.

Onomatopoeia: est nomen de sono factum ad imitandum sonum uocis confusae: ut hinnitus equorum.

Onomatopoeia quasi onomatoispoeia id est nominis factio.

Onomatopoeis graece nominationibus id est nominum seu uerborum nominis informationibus.

Onomastice ὀνομαστική nominatiuus.

Onoma ὄνομα graece latine nomen.

Onomazo ὀνομάζω graece nomino.

Onos lyras graece dicitur cum stulto sapientia promittitur id est asinus ad lyram.

Onus: pondus. sarcina. Onus oneris unde onero ras: sic & similia: quae habent e in uerbo habent in obliquis casibus.

Opaca: amaena. uiriditate condensa. Opaca loca dicta quasi operta caelo aprica contraria.

Opacum: umbrosum. contectum. secretum. uiride uestitum.

Opalus gemma diuersarum gemmarum colore.

Opansum: obiectum. extentum uelut in scena quod undiq; panditur.

Oppipare: conuiuium quasi renouare uel coponere aut post planctum in conuiuio gaudere.

Opsis ὄψις graece facies. Ophaz hebraice obryzum auri.

Opem: auxilium. suffragium.

Opera sunt artes singulorum artificum: opera uero foeminenium adiutorium esse cognoscimus. cuius diminutiuum opella.

Operae id est studia: incorporale est. Nam opus ad corpus pertinet.

Opesida: stabili opitulatione.

Oppedere: contraire: quasi pedem contra ponere.

Operaepretium. necessarium. utile. uel magnopere.

Opperitur: expectat sperat.

Opperior riris praestolor pulso.

Opperimentum. expectatio.

Opperiens: expectans.

Operire: cooperire. obuelare.

Operio ris rui opertus o breuiatur in prudentio. componitur apperio.

Operior & experior deponentia composita a pario: sicut etiam apetio cooperio reperio: quod duplicauit p in praeterito repperi & comperio participia enim eorum opertus & exptus: ut apetio apertus: non aperio apertus.

Operosum magni laboris.
Opertaneus: opertus. latens.
Oppetere: occumbere. cadere. mori.
Opes diuitiæ copiæ. amplitudo. in singulari nõ habet nisi opis opi opẽ & ope. pluraliter opes opum opibus.
Opicardelon gemmam barbari uocant.
Oppida municipia dicta ab ope dauda: sed nunc ciuitates & municipia dicimus.
Oppidani uocabantur: qui in cæteris locis habitabantq̃ in roma. Nam oppida cætera: sola roma urbs dicebatur.
Oppidũ qdam ab oppositione murorũ dixerũt: alii ab opibus recondendis: alii ꝙ conuentus i eo hĩatũ det opem cõtra hostẽ. Oppidũ ãt magnitudine & mœnibus discrepat a uico castello & pago. Oppidum ciuitas modica.
Oppido obiter aut omnino ualde satis aduerbium est.
Opifex opificis dictus ꝙ opus aliqđ faciat magister auctor.
Opificiũ dicitur res aliqua: quæ est in opere uel ubi opera fiunt. græce ergasterium εργαστη ριο῀ dicitur.
Oppilat: obturat: obclaudit.
Oppilo las aui.
Opilio ab ouibus dictus quasi ouilio: est enĩ custos ouium.
Opima fœcũda crassa fertilis uel cãpestris.
Opimum: abundans: pingue. profluens honestum. celebre.
Opimari: impinguari. fœcundari.
Opinatio est cũ adhuc incerta res latet & nulla ratiõe firma uidet᷑. ut puta sol quantũ sit maior terra.
Opinio species rationis: diuiditur in æstimatiõe & suspitione.
Opinatur existimat suspicatur.
Opinio rumor fama: nomen: aura popularis. Opino pro opinor eiusdem significationis antiquitus.
Opinatissimus: nominatissimus. frequẽtissimus
Opinax: manifestus.
Opipare laute opulenterq; conuiuiũ renouare.
Opipare. abundanter: delicate.
Opis auxilii: inde dicitur opimus: cõponit᷑ opitulor. opifex. opulentus opulẽtior opulentissimus. opulentia. inops. iopia. copia copiosus. Ab ope oppidũ opportunus ior. opportunitas. Cõponit᷑ iportunus: a quo iportunitas.
Opifera funes: q cornibus antẽnæ dextra leuaq; tenduntur retrouersum.
Opistotonicus retrorsum contrahitur. cum magno dolore dorsi & dunium.
Ofiodes οφιωδησ serpentinus.
Ophites genus marmoris maculas serpentinas detinens.
Ophites serpens distinctus maculis: masculus ẽ
Opitergiũ ciuitas ex illa parte uenetie. unde opiterginus. inter taruisum & forũ iulii.
Opiter opiteris & opitris: qui obito patre uel pdito auo uiuente nascitur uel nutritur.
Opitulat᷑: auxiliatur. sustentat.
Opitularium auxilium.
Ophiucus æsculapius serpens esse dicitur.
Ophiucus idest anguitenẽs: signum sup scorpionem. carbonita getage rex. qui triptolomo cũ duobus draconibus frumentũ ferenti unũ ex ipsis interfecit. uel hercules qui anguem quẽdam homines interficientẽ in lydia interfecit uel æsculapius apollinis filius serpẽtem quẽdam interficiens pro medicina habuit: ũde inter astra locatus est.
Opium crema uinũ appellatur: quoniã apud renas nascitur: est aũt succus lassar hærbæ.
Opium quoddam uenenum sucus papaueris agrestis: hærba somnifera.
Opiza genus seminis legumẽ quoddam.
Opizin græce diminuere: unde dicũtur opizi: q uerba fiendent: & uelociter diminuũt: hic opizo as. & opizi diminuentes.
Opplere per duo p.
Oppletum oblitum usq; ad plenum.
Oplites οπλιτησ armatus miles.
Opos succus stacteæ.
Opobalsamũ lachryma balsami: nã οποσ opo græce dicit᷑ succus: balsamum aũt ipsa arbor. Opobalsamũ gutta: q̃ dĩ hilat p incisas cauernas balsami: cauerna eni ops dicitur.
Opponere: obicere. obtendere. obtexere.
Opopa græce. i. upupa auis spurcissima.
Oportunia græce latine spasmus. i. cõtractio neruorum.
Opportunus: congruus. necessarius.
Oportunitas: facultas. copia.
Oportet conuenit. Componitur opem portat. impersonale est: unde opportunus nitas & q̃ ab his fiunt.
Oppositum: obiectum: contrarium aduersum. obnitens.
Opprimere: affligere. occidere. obruere. uim inferre.
Opprobrium: crimen. maledictum.
Ops terra ideo dicta ꝙ opẽ ferat frugibus.
Ops nomẽ matris deorum uel copia: cuius nominatiuus nõ est in frequẽti usu. sed ꝙ ex eo cõponit᷑ omnis generis est iops iopis: prisci ueteres tñ hic & hæc & hoc ops & cops p opulentus & copiosus dicebant.
Ops pro terra hæc opis nympha. hæ opes diuitiæ.
Opion. οψοσ græce pulmentum.

Optare: desiderare. eligere. in filium facere.

Optatiuus modus dicitur: qa per eum agere aliquid optamus: ut utinam legerem: & eget aduerbio optandi.

Optio: libera uoluntas. arbitrium. electio. officia militum.

Opthalmia ὀφθαλμία oculorum dolor.

Opertus: genus auis.

Optimus: primus. summus: superlatiuus. bonus melior optimus.

Optutũ: defensio. auxilium.

Oppugnat: uincere temptat.

Opulens: diues. habundans. ope plenus id est diuitiis.

Opulentus: copiosus. diues.

Opulentia: abundantia. diuitiæ.

Opulentia ab ope dicta est: quam si discutias inuenies eam tenere modũ. Nã quomodo opitulatur quod nimium est: cum incommodius sit sæpe q̃ parum.

Opus opiniris proprium est.

Opus operis unde operor aris opatus opatio.

Opus dicitur ipm quod fit: operatio autem ipsa rei actio est.

Opus est: necessarium est. utile est.

Or interpretatur montanus.

Ora finium per o tantum scribendum. hora dierum per. h.

Ora etiam sine h & pluraliter id est uultus facies: cuius singulare os oris.

Ora finis uestimentorum. Nam græci oron opos terminum dicunt. Hora quãdo tẽpus significat habet aspirationem: quando fines: non habet: & quando plurale est ab ore.

Oraculum: cæleste responsum uel ipm delubrũ

Oracula sunt templa: ubi oratur: unde & responsa redduntur. Delubra autem templa fontes habentia ad purgandos fideles a diluendo appellata unde prius hæc loca altaria non habebant: ut tantum delubra essent.

Orare est poscere deprecari: exorare uero impetrare

Orare est docte & honeste loqui: inde dicitur orator facundus. facetus. & eloquens. Non oĩs locutio est oratio. Oratio nanq; est integra cõstructio uerborũ pleno sensu solidata.

Oranum est stola sacerdotis.

Oranum stola operculum capitis. Oratio dicta quasi oris ratio. Nam orare est loqui & dicere. est autem oratio contextus uerborum cõsensus non est oratio qa non est oris ratio.

Oratio est uox significatiua ad placitũ: cuius ptes aliquid extra significant: ut dictio non ut affirmatio: cuius species in angustissima diuisione sunt qr quãnterrogatiua ut putasne animam mortalis est. impatiua ut accipe codicẽ. Optatiua uel deprecatiua ut utinã placeat deo. uocatiua ut adesto deus Enũciatiua ut Socrates ãbulat Sed ĩ omnibus quatuor nulla ueritas neq; falsitas est Enũciat' uero solũ uerũ uel falsũ hinc ꝓpositiones orãt' Hæc diuidit' in duas species affirmatione & negatione.

Oratio est ordinatio dictionum congruam sententiam perfectamq; demonstrans. Definitio integræ orationis.

Orator ab orare id est dicere uocatus. Orator igitur est uir bonus dicendi arte peritus: qui consistit natura moribus artibus. Orator est uir bonus dicendi peritus: qui in priuatis & publicis causis plena & perfecta utitur eloquentia.

Oratorium locus oratiõi tm̃ consecratus: unde & dicitur: nihil aliud agi debet nisi ad quod factum est. Ita discernũtur quæ apostolus ait. Obsecro primum omnium fieri obsecratiões orationes. interpellationes. gratiarũ actiones. Precatio & deprecatio a multis idem putatur. quod quotidiano usu omnino præualuit. Qui autem distinctius locuti sunt ꝓcatiõibus utebantur in aptandis bonis: deprecationibus in deuitandis malis quasi mala precando depellat. Imprecari uero mala: quod uulgo dicitur maledicere. Sed iã nũc siue ꝓcationes siue deꝓcatiões eodẽ sensu pœne oĩs frequẽtat ecclesia: ut ꝓcationes accipiamus dictas quas facimus ĩ celebratõe sacrorũ anteq̃ illud: quod est in domini mensa incipiat benedici: oraciones cũ benedicit' & sanctificat' & ad distribuendum cõminuitur quã totam petitionẽ fere omnis ecclesia dominica oratione concludit Interpellationes uero seu ut qdam codices habent postulaciones. tunc fiunt cum populus benedicit' Tunc enĩ antistites uelut aduocati susceptos suos p manus imposicionẽ misericordissimæ offerunt potestati Quibus peractis & peracto tãto sacramento gratiarum actio cuncta concludit: quam in his etiã uerbis ultimam cõmendauit apostolus

Orbare: auferre. demere. eripere.

Orbo as aui.

Orbes rotunditates anni: gyri orbem græci cyclũ dicunt.

Orbes a rotũditate circuli dicit'. qa sicut rota est: unde etiã breuis rotella orbiculus appellatur: undiq; enim oceanus circũfluens eius in medio ambit fines habet etiã tres partes Asiam Europam Africã non æquali diuisione Nam asia a meridie per oriẽtem usq; ad septẽtrionẽ peruenit Europa uero a septentrione usq; ad occidentem Inde africa ab ocidente usq; ad meridiẽ unde duæ dimidium tenent: aliud uero dimidiũ sola asia Sed ideo istæ duæ partes factæ sunt: quia inter utranq; ab oceano

mare magnum ingreditur: quod eas inter- secat.

Orbis bis. inde orbita urbs & quæ ex hoc deriua- tur. Componit' exorbito.

Orbita uestigiũ rotæ ab orbe dicta.

Orbita secreta stracta fraudata.

Orbi: pupilli. orphani dicti quasi orbati.

Orbitas: amissio filiorum. priscianus.

Orbus ab orbo bas.

Orbus q liberos nõ habet quasi oculis amissis. Orbus dicit' quasi orbibus id ẽ oculis uacua- tus: ide orbo bas batus & orbus orbitas.

Orchades genus oliuæ græce: dictæ a similitudi ne testiculorum.

Orca amphoræ species: cuius minore uocabulo urceus diminutione urceolus.

Orca umbrosa.

Orchades insulæ oceani intra britanniam po- sitæ numero. xxiii. quarum. xx. desertæ sunt. iii. coluntur.

Orchestra ορχηστρα locus separatus i scænaũ quo erant senatores & principes.

Orchibeta genus hærbæ.

Orchis hærba dicta φ radix eius in modũ testi- culorũ sit: quod græci orches orchis uocant: eadem est satyrion.

Orchestra locus est quidam in theatro: ubi cãta bant & psallebant hystriones & mimi.

Orchestra pulpitum.

Orco ορκω græce iuro: inde orcus q iurat aías non dimittere.

Orcus mors. orculus præsagium.

Orcum pagani uocant quasi receptorem morti um: unde orca uocatur uas quod recipit aquas ipse a græcis charon siue plutõ: latie uero die- spiter dicitur.

Ordeolus paruissima & purulenta collectio in ca pillis palpebrarum constituta in medio lata & ex utroq; conducta ordei granum simulans unde & dicitur.

Ordeum dictum: quod præ cæteris generibus frumenti ante fiat aridum: uel quod spicas ha beat. horum tria sunt genera. exaticũ φ sex ordi nes habeat. quod quidam catharnicũ dicunt: quoniã aĩalia melius q̃ triticũ pascat: alterũ di- sticũ eo φ duos ordines habeat: hoc plærique calaticũ uocant. Tertium trimense quia cũ co git nemo seminat': & celeriter colligit'.

Ordeum palea tegit': legis litterã significat: hic ordeaceus de ordeo sicut aureus de auro.

Ordeus. pondus retinet lentes duas.

Ordinarius miles est: qui per integrũ militat or- dinem: nec adhuc cõsecutus est aliquẽ gradũ dignitatis uel honoris. Est eni gregarius id ẽ humilis militiæ. Extraordinarius est: q ob uir tutẽ promouet' ex ordine. Ordinarius dictus quia in dignitate consulari ordinatus erat. uel φ alios ordinabat. uel super ordines dignita- tem hñs: uel per gradus id est ordines ad sum mum gradũ perueniebat.

Ordinare: disponere. dirigere. castigare.

Ordinatus. dispositus. electus. decorus.

Ordinate distincte. subtiliter apte.

Ordiri. incipere. instituere. inchoare. Ordior or- diris. orsus.

Ordo: gradus. dispositio. summum concilium.

Ordo dicitur cum diuersarum rerum unaquæq; proprium tenet locum.

Ordines angelorum nouem esse sacra testatur scri- ptura. Nam homo decimus ad cõplendũ nu merum electorum est creatus. id est angelos. archãgelos. uirtutes. ptãtes. pricipatus dñatio nes. thronos. cherubi atq; seraphi. Angli græ ce nũcii dñr: q minima nũciant. Archãgeli sũ- mi nũcii: qa summa nũciãt. Virtutes illi dicũt spũs p quos signa & miracula frequẽtius fiũt Ptãtes quoque dicñt qui potentius uirtutes aduer sæ subiectæ sunt. ne præualeãt tẽtãdo hoies. Pricipatus q ipis quoq; bõis spiritibus quæq; sunt agenda disponũt: eisq; ad explẽda diuia ministeria pricipant'. Dñationes quoque mire potẽtiæ cætera agmina ad obediẽdũ subiecta sunt. Pricipari eni est iter reliquos priorẽ exi- stere. Dominari uero subiectos quosq; possi- dere. Throni quibus ad exercendũ iudiciũ de us præsidet. Cherubin tanto perfectionis sciẽ tia pleni sunt: quãto uicinius claritatem dei contemplantur. Seraphin qui incõparabili ar dent amore ex singulari propinquitate con- ditoris.

Oreades nymphæ a montibus nominatæ: sicut dryades ab arboribus.

Oreades deæ montium.

Orrhena proprium ciuitatis.

Oreph foramen i quo coluber ingredit'.

Oreph interpretatur foramen colubri uel sicci- tas.

Orestes filius agamnonis fuit. Orestes orestæ & orestis: huiusmodi eni q̃ in ογ ου apud græ- cos genitiuũ faciunt: sæpe fiunt primæ & ter- tiæ declinationis.

Orreum a græco uerbo reconditoriũ uel reposi- torium potest dici. eo φ ibi homines fruges reponant.

Orexis uomitus eo φ ex ore exeat

Orexia polyfagia id est multa comestio: quando extra naturã comeditur.

Orfani græce. pupilli latine: desolati sine patre.

Orfanatrofium locus: in quo pueri orbati paren tibus pascuntur.

Orfeus nescio quomodo a pagãis inferni sacris præponitur: quasi deus uel potius sacrilegus.

Orfeus museus linus apud græcos antiquissimi poetæ: qui & theologi dicti sunt tēpore iosue.
Organum generale nomen est uasorum omniũ musicorum: quãuis pro consuetudine organa proprie dicantur quæ inflãtur follibus.
Organica in musica est secunda diuisio in his q̃ spiritu conflante repleta in sonum uocis aui-maritur: ut sunt tubæ. organa. pãdoria & cæt.
Organarius qui utitur organis.
Orge ira.
Orgia sacrificia ἀπο τῆς ὀργῆς quæ pro furore celebrantur: ut liberi & matris deum.
Orgia item mensura: quæ latine dicitur urna.
Orgia apud græcos dicuntur sacra oĩa: quæ latini cærimonias dicunt. Orgia sacra liberi ministeria aut initia.
Orgiste græce iratum est.
Oros ορος terminus græce.
Oria parua nauicula piscatoria.
Orithos ciuitas inter macedoniam & epirum.
Oriens prima pars mundi est id est caput & quasi facies ab exortu solis nũcupata. Cũ autem in oratione ad orientẽ conuertimur: unde cælũ surgit: non ideo facimus quasi ibi tm̃ habitet deus cæteris partibus desertis: qui ubiq; præsens est: non locorum spatiis sed maiestatis potentia. Sed ut admoneat animus ad naturam excellentiorẽ se conuerti id est ad deũ cum ipsum corpus eius quod terrenũ est ad corpus excellentius id est cæleste conuertitur.
Orientis quidam fluuius syriæ iuxta antiochiæ muros decurrens: dictus quia solis ortu orit̃.
Oriæ: fræni & habænæ ab ore dicũtur.
Origanum qđ latine colora iterp̃tat̃: dicta quia infusa coloret uinũ: hæc hærba calida est.
Originarius: uernaculus.
Origeniani hæretici ab origene auctore exorti sẽ dicẽtes q̄ nõ possit filius p̃rem uidere: & sp̃us sanctus filiũ. Animas quoq; i mũdi p̃ncipio dicunt peccasse: & pro diuersitate peccatorum a cælis usq; ad terras diuersa corpora quasi uincula meruisse. eaq; causa mundum fuisse factum.
Origon neutrum uellum nauis.
Origo: genus. stirps. principium.
Orion uenator: qui conatus stuprare dianã sagittis interfectus est.
Orio uel orion nomẽ syderis: quod dicitur septẽtrio. Orion astrũ ante tauri uestigia fulget dictus ab urina id est inundatione aquarum. Tempore enĩ hyemis tẽpestatibus tonat. hãc latini iugulã uocãt: q̄ sit armatus: ut gladius & stellarum luce terribilis & clarissimus.
Orion uenator de urina iouis & mercurii natus: unde urion prius dictus est: quem secum nubere uolentẽ diana interfecit.
Orion stella a gladio dictus: unde eã latini iugulam uocãt. hi oriões in ipso põdere hyemalis tẽporis exoriunt̃: suoq; ortu imbres & tẽpestates emit. ũt: & maria terrasq; turbant.
Orior sicut & morior secundũ quartã etiã declinauerunt antiq: nũc uero secundũ tertiam. Orior a te deponẽs passiuam uim habet: denuata unde deponẽtia & neutra sunt ut adorior & adorio.
Orior reris ortus tus oriens oriental̃. oriundus da dum cõponit̃ exorior abortiuus.
Oritur: nascitur. incipit. gignitur. procedit. edit̃.
Oritis gẽma est globosa i. ecie. i. syderis.
Oriundus: ortus. genitus. genus trahens similis orienti.
Orizon media sphera apparens super terram.
Oriza genus subtilissime pollinis idest farinæ.
Oriza potio.
Ormen græce appetitus.
Orme impetus.
Ormizatus: ferro alligatus.
Ormilia: fabula.
Ornare: colere. decorare.
Ornamẽtũ: decus. gloria: laus. dignitas. ornatus.
Ornamẽta: p̃tiosa uestimenta dicta q̄ eorum cultu uultusq; decorent̃ quasi oris notamenta.
Ornatus tus: cultus. habitus. uestiũ decoratio.
Ornatus ornata ornatũ: lucidus. nitidus. cultus. luculentus.
Ornamenta: militaria arma. tæla. & cætera.
Orna unius anni palea uel aliquid.
Orna: sepulcra.
Ornias maledicta domini.
Ornis ορνις ορνιθος græce gallina.
Oris est gallina africana pinguissima.
Orni: steriles arbores saxosis mõtibus nascũtur pyro inseruntur.
Ornus genus arboris. prisc. hæc ornus orni.
Oro oras oror passiuum.
Oroatura iunius mensis cappadoce.
Orobum græcũ uerbũ est. est autem genus leguminis: quod hærbum dicitur.
Oroma: uisus somnii ciuis romanus.
Oroma uisio interpretatur.
Oronem foramen mærons interpretatur.
Orontes fluuius syriæ per antiochiam currẽs.
Orontes tæ uel orõtis.
Orontes lititorum rex fuit.
Orontes mons.
Oros græce uisio prisc. Oros mons græciæ.
Orsa est: loqui cœpit. initiata.
Orsus est: loqui cœpit. ab ordior diris orsus.
Orsia mysteria uel initia.
Orsum in hanc partem: inde componitur seorsum id est separatim: quorsum. dextrorsum sinistrorsum.
Orta: nata. ab orior oreris.

Orticolæ: ortolani ortum collentes.

Ortygia eadem est delos. Ortyx eni græce contur nix. asteria mutata est in ortygiam.

Onygia est insula prætenta Siciliæ.

Ortina ciuitas iuxta nursiam.

Ortygometra genus auium id est coturnices cibum habent ueneno semina: quas ueteres uesci interdixerūt. Solum enim hoc animal sicut homo caducum morbum habet.

Orthodoxos græce recte gloriosus idest qui recte credit & uiuit.

Orthodoxus est recte credens & ut credit uiuens orthos .n. græce recte dicitur. doxa gloria. opinio. uir. rectæ gloriæ & opinionis. Quo noie non potest uocari: qui aliter uiuit q̄ credit Orthodoxus nre catholicus homo dicitur: sic e rectus & uita probabilis qui græce uir rectæ gloriæ & sententiæ dicitur.

Orthographia græce recta scriptura: contra impentiam librorum: Orthos enim græce recta γραφη graphe scriptura interpretatur.

Orthographæ græce idest recti scriptores.

Orthogonumena: recti accentus

Orthogonium idest recti angulum: inde triangulus unum solum habens angulum rectum.

Orthogonius triangulus dicitur sic.

Orthos græce rectum.

Orthogotra ciuitas orientis uel fluuius indiæ.

Ortus orta ortum: natus. genitus. creatus. subito uisus: ab orior reris.

Ortus uero ortus: natiuitas. genitura. subita apparitio. processus.

Ortus orti ager amœnus. oleribus abūdās uel paradisus.

Ortus olerum inde dictus: q̧ semper ibi aliquid oriatur. Nam cum alia terra semel in anno aliquid creet: ortus nunq̄ sine fructu est.

Os correptum ossis facit: Quidam tamen ueterum hoc ossum & hoc ossu proferebant.

Os uero productū oris facit. Ossum uero οστεον osteon græce dicitur. Os osculum sicut cætera monosyllaba i suocali ātecedēte culus assumūt: mas masculus. flos flosculus. Quod osculū quis formæ sit diminutiuæ: tamen quia aliā habuit significationem fecit ex se aliud diminutiuum oscillum.

Os dictum quasi corporis ostium: cuius duo sūt officia: uictus sumendi & loquendi. Os osculum. ex hoc osculor ris. Ostium quoq̧ ex quo ostiarius & ostiatim. Oro quoque uerbum ab ore. & oraculū. orator. oratrix. oratio. oratoriū. orabilis. oramē. Cōponitur adoro peroro exoro. deriuatur ador indeclinabile. Ab ore quoq̧ componitur oscinis idest coruus.

Ostito tas ostendo. ostium: unde hospes. hospita. hospitor aris. hospitalis. hospitalitas.

Os oris uultus facies uel forma corporis. Ossa fortitudinē animæ significant. Ossa pro οστεα græco translatum. Nam. t. transit in. s. pnic.

Ossa a busto dicta: quia antiquitus cremarentur: uel ut alii putant ab ore quia ibi pateant: cum alibi cute tegantur. inde osseus.

Ossa partes in animalibus duriores: sicut lapides cineres reliquiæ ūbræ animæ sepulchra:

Ossa quidā mōs thessaliæ. fœminīnū facit statius

Ossamania februarius mensis.

Osci salua me. August.

Osanna lætantis est uox.

Osanna saluifica: siue saluum me fac. osi enim salua. anna interiectio deprecantis. ergo osianna integre dicitur

Osianna uox est obsecrantis: sicut nonnulli dicūt qui hebræam linguā nouerunt magis indicās affectum q̄ rem aliquā significans: sicut sunt interiectiones apud nos: ut cum dolentes dicimus heu. cū delectamur dicimus uah. Quod in eo ita credendū est: quod neq̧ græcus: neq̧ latinus hoc interpretari potuit.

Osianna in alterius linguæ interpretationem in toto transire nō potest: multi super hoc sermone diuersa finxerunt. E quibus noster hilarius i cōmentarii matthei ita posuit: Osanna hebraice interpretatur redēptio domus dauid. prīr. ū redemptio hebraice ephod: Inde domus beth interpretatʳ. Dauid uero nō esse isertū paret. alii opinati sunt dici osānā gloria: nōnulli gratia. Recurramus ergo ad ipsū fontē dicēte matheo Turbe aūt clamabāt osāna filio dauid: benedictus q uēit i noie dñi osāna in excelsis. Osanna barrama matheus posuit idest osianna in excelsis; quod saluatore nascente salus in cælū usq̧ ad excelsa peruenerit. Denique in psalmis legitur a dauid pphetarū: O domine saluum me fac. o dñe bene pspera: benedictus q uenit in nomie dñi: & deus dominus illuxit nobis: unde euāgelistæ narrant phariseos & scribas indignatos & cōmotos q̧ uiderūt populum psalmi pphetiam itelligere super christū cōpletā & clamantes pueros osanna filio dauid benedictus qui uenit in nomine domini. omniū euangelistaꝝ scriptura cōsentit de uerbo osanna: quia in græcum transferri nō poterat sicut alleluia ipsum hebræum posuerūt. Lucas igitʳ græci eruditissimus sermōis uidens pprietatē sermōis nō posse melius trāsferri arbitratus ē magis tacere q̄d ponere ad summā: sicut nos hēmus iteriectōes: ut cū exultādo dicimus uah: & q̄ silentiū uolumus imperare: strictis dictis coartamus: & cogimus insonandū: ita hebræi habent pprias interiectiones: ut quando uolunt dominum deprecari: ponant uerbum petentis affectū id est anna domine:

quod.lxx.dixerunt o domine osi ergo saluifi. c: interpretatur: anna interiectio deprecantis est motum animi significans sub deprecantis affectu.

Osanna genus est ligonis.

Osas primum puto ab osse factas: & quis ex alio genere: nomen tamen pristinum retinent. hæ osæ harum osarum calciamentū altissimū.

Osci hoꝝ oscoꝝ. campani dicti ore imundi habiti: unde oscines id est ore canentes aues dicuntur: quaꝝ augurium uoce capitur ut corui.

Oscines aues uocantur: quæ ore tantū auspicium faciunt: ut coruus cornix picus.

Oscillum diminutiuū ab osculo uel est forma ad oris similitudinē id est laruæ. dicta oscilla ꝙ in his cillerent id est ora mouerent.

Oscilla genus ludicri proprie funis ligatus agitatione producens sedentem.

Oscitare: os aperire. casmare. os extendere.

Oscitans: præfaciens os. somniculosus.

Oscitatio: oris apertio uel extensio. prisc.

Oscito as & oscitor aris eiusdem significationis antiquitus.

Oscobaras: mons orientis inter dalias & caracas & parthionas: ubi ganges fluuius ortus & laser nascitur.

Osculum filiis dare dicimus: pacem amicis: uxori basium: scorto suauium. Item osculum est charitatis & pietatis pignus uel signū amoris: basium blandiciei: suauium uoluptatis. Quod quidam uersibus distixit. Basia cōiugibus sunt: oscula dantur amicis. Suauia lasciuis miscentur grata puellis.

Osculor te & a te dicimus cōmune.

Osee saluator aut saluans interpretatur. dum enim iram dei in populo israel ob crimē idolatriæ prophetasset: domui iudæ salutē pronunciauit: propter quod ezechias rex iuda sublatis idolis præcedentiū regum templū domini purgauit.

Osephilosen id est qui amauit.

Osi libera uel salua hebraice.

Osifragus auis uulgo appellatur: quæ ossa ab alto demittit & frangit: unde nomen accepit.

Ozin ὀζειν olere græce. ὀσμὴ [illegible] odor.

Osiris fuit maritus isidis. gigas. ip se ē & semphis deus ægypti frater fuit titanis: a quo dilaniatus est: quem isis diu quæsiuit: & tandem inuentū salutauit: unde sic populus ad huc eum salutat.

Osios: pius in deum interpretatur.

Osores id est odium exercentes odiosi.

Osor ab odio dictus id est inimicus: qui aliquem odio habet.

Osthena: proprium ciuitatis pro orthēa dicimus unde aspiratio seruatur adhuc.

Ostea ὀστέα græce: ossa latine. prisc.

Ostendere est semel sine aliquo lenocinio demōstrare.

Ostentare uero cum aliqua iactantia.

Ostendo dis di ostentum & ostensum facit. cōponitur attendo.

Ostentabile est: quod certa rei demōstratione cōstringitur: ut Cicero: hic tamen uiuit: immo in senatum uenit.

Ostentat: iactat. uideri procurat.

Ostentatio: ostensio cū elatione. uana gloria.

Ostenta dicta ꝙ aliquid futurum ostendere uideantur.

Ostentum omne augurium. prodigium. monstrum uel ostentatio.

Ostia: aditus. portus. introitus uel fores.

Ostia ab ingressu & exitu fluminū in mari dicta.

Ostia ciuitas: quam augustus marcus in exitu thyberis condidit: quam ab ipso situ ostiam nominauit.

Ostiarii idem & ianitores qui in ueteri testamento electi sunt ad custodiam templi ut nō ingrederetur id ẽ imundus in omni re. Dicti aūt ostiarii ab ostiis tēpli cuius tenentes clauem oīa intus custodiunt: atq; inter bonos malosq; hñtes iudicium fideles recipiunt: īfideles respuūt.

Ostiatim: noīatim. singulatim. ꝓpne priuatim.

Osticium color: quia ex usto est: fit eni ex fuligine tectoꝝ eiecta assiduis ignibus. unde eo tinctū flammeum est.

Ostilinam deam pagani putauerunt: cū segetes nouis aristis æquantur quia ueteres ostire æquare dixerunt.

Ostium est qđ aperitur: ostia uero sacrificium.

Ostium est quo ab aliquo arcemur ingressu ab obstando dictum: uel ut quidam dicunt quia hostem moratur: hinc est ostia tyberina: quia hostibus sacrificabatur.

Osteon ὀστέον græce ossum latine. stoma στόμα uero os oris.

Ostracon ὄστρακον græce testa.

Ostriatides gemma est similis testæ & cuti: unde dicitur.

Ostratus est pauimentum testacium dictum: ꝙ fractis testis calce admixta fiat: testa eni græce ostracon dicitur.

Ostrea τὰ ὄστρεα animalia marina: dicta a testa: qua mollicies carnis interior munitur.

Ostreum & ostrea neutrum & fœmininum.

Ostrea: gemma preciosissima.

Ostriferus: in quo abundant ostreæ.

Ostrū appellatū. ꝙ hæc tinctura ex testæ humore elicitur. Murex eni coclea est maris: quæ alio nomine conchilium dicitur: quæ circūcisa ferro lachrymas purpurei coloris emittit: e qbus tingitur purpura: quæ ostrum dicitur.

Ostrū ornamentū sellæ regalis purpura cōchiliū.

Otha græce auriculæ.
Otalgia: dolor auricularum.
Otiosus: desidiosus. tepidus: piger.
Otior aris: spatior. nihil operor.
Otiose: lente. tarde. pigre. quiete.
Otium: quies.
Otolum uerbum est: quod aut ratione iustæ ne cessitatis aut intentione piæ utilitatis caret.
Othoniel interpretatur tempus eius: deus uel te sponsio dei.
Otriades: otrei filius.
Othrys mons thessaliæ.
Oua dicta quod sint uuida ab eo quod intrinsecus humore sunt plena. Nam humidum quod exterius humorem habet: uuidum quod intenus. Quidam putant a græco ouum dictū. Nam illi ωοῦ dicunt u littera ablata.
Oua quædam inani uento concipiuntur: sed nō sunt generabilia nisi quæ fuerint masculino cō cubitu concepta: quorum tantam uim dicunt esse: ut lignum profusum eis nō ardeat: ac ne uestis aduratur: admixta quoque calce glutinare feruntur uim fragmenta.
Ouat: gaudet. exultat & exilit: & ouans prima bre uiatur. Virgilius.
Ouatum ouo temperatum uel simile ab ouo de riuatur: sed melius ab ouare.
Oues significant populos fideles innocētiæ fru ctum dantes.
Ouilia sunt ubi greges includuntur: ab ouibus dicta.
Ouis molle pecus lanis & corpore ab oblatione dicta. quia in initio non tauri sed oues in sacri ficio mactarentur. Ex his quasdam bidentes uocant: quæ inter octo dentes duos altiores habent: quæ maxime in sacrificio gētiles offe rebant. Ouis in aduētu hyemis ad escam est in explebilis.
Ouillus ab ouino diminutiuū. Ouinus uero ab oue deriuatur.
Ouis unde ouicula ouile. ouinus ouina num: & ouillus la lum opilio.
Oxea ὀξεῖα acutus dicitur.
Oxea acutus accētus. Oxea acutus morbus: qui aut cito transit aut cito interficit: ut pleuresis frenesis. Oxu enim acutum & uelocem græci dicunt.
Oxyfabus uncia una & scripuli. vi. pondus est.
Oxyfabus genus mensuræ græcum ast: quod la tini acetabulum uocant.
Oxygonius acutus angulus: unde oxygonius triangulus dicitur: qui omnes tres angulos a cutos habet. Nec enī orthogonium uel am bligonium potest habere.
Oxygaros: acetum cum liquamine mixtum.
Oxy ὀξύ enim acetum græce: garos liquamen dicitur.
Oxymelli dictum quod aceto & melli permixta cōfici tur materia: unde dulcedinem retinet & acorē.
Oxymum: acetum cum uino mixtum.
Oxyme græce uappa.
Oxos ὀξος uulgus græco nomine uocat acetū hoc latine dolores appellant uel acetum.
Oza: robur domini interpretatur.
Ozias interpretatur fortitudo domini: ipse est & azarias duplici nomine. qui illicite præripiens sacerdotium lepra percussus est.
Ozima sunt uiscera boum.
Ozirat iunius mensis syrorum lingua.
Ozoli populi dicti a putore paludis uicinæ.

P Littera cum h prius posi tum in loco φ: quod ad huc facimus in græcis di ctionibus at in latinis tamē pro ph. f. scribere cœpi mus: hæc græce phi dicitur

Pabulum a pasco: gramen. herba. flores. pratum species herbæ.
Pabulor aris a pabulo.
Pabulari: gregem pascere.
Pabulator pastor qui præbet pabula.
Pabo: genus uehiculi.
Pabu: barba.
Pabula: bruma. niues.
Pacare: pacisci.
Pactunum: plantatorium.
Pacatus propiciatus. mitis. lenis. placatus.
Pacificator: arbiter: medius. auctor concordiæ.
Pacifico & pacificor eiusdem significationis anti quitus.
Pacificus: pacem amans.
Paciscor pactus deponens.
Pacisci: pacem reintegrare: pacem peragere: pa cificare.
Pachynus: promontorium Siciliæ austrum spe ctans dictum ab aeris crassitudine. Nā pachys est crassus mons appositus siciliæ. Pacis uoca bulum uidetur a uocabulo sumptum. Horati us: pluraliter paces.
Pacon ægyptiorum lingua aprilis mensis.
Paconattes: planattes.
Pacta: firmata uel instituta a paciscor pacisceris.
Pactio: institutū uel ratio. propositum secta.
Pactum inter partes ex pace conuenientes scribi tur legibus & moribus cō probatum: & dicitur pactum quasi ex pace factum ab eo quod est

pango pepigi.

Pactum a paciscor uel pango fit. priscianus.

Pactolus fluuius assyriæ harenas aureas trahens. unde a quibusdam chrysaura uocatur.

Padus italiæ fluuius a iugis alpiũ fusus: ex tribus fontibus orit᷑: quoꝝ unus dicit᷑ padus a quo nũcupat᷑: hic a græcis eridanus dicit᷑ ab eridano solis filio: qui & phæton. Auget᷑ autem liquescentibus niuibus & cũ accessi. xxx. fluminum circa rauenam in adriaticum fertur.

Padani agri padi scilicet.

Padus gallam inter italiam cisalpinam fluit ad orientem.

Paphlagonii orti sunt ab arfaxat filio gomer: nepote gomer.

Paphlagonia regio terminans asiam minorem a septentrione iuxta galaciam est.

Paphos insula ueneri cõsecrata. ipsa est & cypros.

Pagani ex locorum agrestium compitis & pagis in quibus gentiles lucos idolaq; statuerunt: nuncupati sunt.

Pagani dicti a pagis id est conciliabulis quibus inhabitant.

Paganus: uilanus a pago dictus ab eo q̄ est pige πηγη id est fons: de quo rustici potant.

Pagani unum deum negant & adorant creaturã

Pagi ab ædificiis loca iuxta fontes & firma terrã: componit᷑ ex græco pagi uillæ dictæ ἀπὸ τῶν παγῶν id est fontibus: circa quos uillæ consueuerant condi: unde pagãi dicti ex uno fonte potantes: page enim græce fons.

Pago gis pro paciscor.

Page: memoriæ.

Pagit: palum figit aut citharam tangit.

Pagina non uidetur esse deriuatiuum: cum penultima corripitur.

Paginæ: partes folioꝝ in libris dictæ q̄ sibi inuicem compingantur.

Pagrum: piscẽ: quẽ græci phragum ideo uocant: q̄ duros dentes habens ostreis pascatur.

Pagus fluuius uel collegiũ curiæ uel possessio ampla sine aliquo iure: unde paganos dicimus alienus a iure uel sacris institutionibus.

Paisoisa græce: armatura participium.

Pasis nomen armaturam significat.

Pala quæ uentilabrum uulgo dicitur.

Pala est quadrum pallium mulieꝝ deductũ usq; ad uestigia affixis in ordine gemmis dicta a παλλειν mobilitate quæ est circa finẽ eius: siue q̄ rugis crispantibus sinuata sit.

Palam persona caret: quia id significat: quod oẽs sciunt: ideo ad omnes refertur id est aperte.

Palantes: gaudentes.

Palantes: palam uagantes sparsi.

Pa o p. las a palam: unde patera quo patulus patulalum. patens tior patẽtissimus patẽter patesco scis patera patella: componit᷑ patefacio pelagus patens lacus. A pala palatum palatium palatinus na num. a pala cumponit᷑ propalo platea prandeo prandes pransus prandiũ: palus palustris paludamentum.

Palanter: incõposite disperse uaganter.

Palabundi uagi.

Palantur uagantur.

Phalanx phalangis lingua macedonũ a nobis caterua seu legio dicitur: fœmininum est.

Phalanges: multitudines ordinatæ.

Phalas dicunt ligneas turres: hinc phalarica genus tormenti: quod de turribus iacitur mirabiliter in hostes.

Phalarica genus grandis hastæ aut teli: cuius prima breuiat᷑.

Phalanga fustis: cui aliquid deligatur.

Phalangius ut gladius.

Phalaria cum milites ad palos exercentur.

Pallas minerua dicta ab insula palenæ in qua nutrita est: uel græce ab hastæ concussione uel q̄ pallantem gigantem occiderit.

Pallas tritonia minerua athene idem est quod sapientia. Nã pallas noua iterpretatur: quia nullam scit uetustatem: hic palas palantos græce latine pallantis: hæc pallas pallados latine palladis. Quæcunq; igitur masculina nt habent in genetiuo: in an uel in as uolunt terminare uocatiuũ: more græco ut o pallan pallas.

Pallas filius euandri: qui ab arcadia illuc ubi modo roma est uenerat adiuuans æneam. interfectus est a turno.

Palladium palladis id est mineruæ simulacrum.

Palanteum: murus uel fastigium.

Palanteũ urbs fuit: ubi est roma ab euãdro eiusq; comitibus condita: qui ex arcadia & a proauo pallante exorti sunt: a cuius nomine pallanteũ dixerunt in montibus.

Palantus quidam dux octauus ab hercule: qui tarentum condidit.

Palamedes unus de principibus græcoꝝ.

Palamedes palamedoys græce latine palamedis.

Phalaris inuentor tormenti fuit: qd᷑ tantũ dicit᷑.

Palatæ massæ caricarum: massæ de ficis dictæ q̄a inter duos palos positæ siccãtur ad seruandũ.

Palatæ in regnoꝝ libro massæ sunt: quæ de recẽtibus ficis compingi solent.

Palatini cretenses.

Palatium a palante arcadum principe dictum in cuius honorẽ arcades oppidum construentes & regiam ipsius palatium uocauerunt: unde palatinus palatina palatiuum.

Palatini id est palatio utentes & commorantes.

Palatum nostrum sicut cælum est positum: unde & a polo deriuatur: sed & græci uranum ουρανισκον dicunt eo q̄ pro sui cõcauitate cæli

similitudinem habeat.

Pale ϖαλη lucta græce.

Pale sunt mēbra dextra læuaq; eminentia dictæ: q in luctando eas premamus: quod palein ϖαλαίειν græci dicunt.

Palea a quibusdam dicitur: q pala uentilet̃: ut fru menta purgent̃. Gentiles a quadā palef frugū inuentrice noiauerunt: quā cererē eē uolūt. Itē a pabulo palea dicta: qd̃ ea primū in pascēdis aīalibus pberetur: cuius natura nil fluere sinit. Econtrario poma maturat.

Palea significat peccatores.

Palearia plurale a pelle dicta idest pelles depēden tes ex gutture. Ipsa est generositas in boue.

Palear singulare pellis bouis a pendēdo dictum.

Paliatus ueste uon candida usus.

Pallere: deficere. pallidum esse.

Pallens: luridus. decurrens. deficiens. timens.

Pallentes morbi: q pallidos faciant.

Pallentes in ezechiele sexta pars cubiti est quod est palmus.

Palene insula.

Phaleræ: bullæ ornamēta equotum sunt proprie nnde phalero ras.

Phaleras dicimus ornatus sermonnm adulatoria uerba: græcnm est.

Phaleratus: ornatus: aut fictidus.

Phalergium: ornamentum.

Pales unde & paleæ: hanc dcam cererē & uestē & talarem dicebant pagani: cuius sacra palilia.

Pales a pabulando pecora dicta dea pabnlorum.

Palestina prouincia.

Palestini urbem metropolim habuerūt: quæ nūc dicitur ascalon.

Palestini qui philistei: quos ueteres allophylos nos modo corrupte palæstinos uocamus. hi nrti sunt a cestoim filio mesroim.

Palestræ græce lucta: ubi athletæ exercēt se: lucta tio quæ fit in gymnasio.

Palæstra dicitur locus exercēdis corporibus dicta tus: cuius reptorem prometheū dicūt. Id circo homines finxisse creditur: q prima tationē un gendi quasi corpora formauerit. Alii opinant̃ a luctatione ursoge moustratam.

Palestritæ fœminæ: q̄ in palæstra morabantur.

Palæstræ est ciuitas in epiro: unde palestinus na. palestinum.

Paletronium oppidum thessaliæ: unde paletrōia regio: in qua centaurus fuit.

Palleus est: quo ministrantium scapulæ contegū turaut dum ministrarent expediti discurrant: di ctum a pellibus: quia prius super indumentis pelliceis ueteres utebantur.

Pallens dictus a palla uel a pulpis: quas tegit.

Pallex: adolescens græce adulter.

Pallelia ϖαλληλια festa.

Palisci sunt pomi.

Palibotia: gens quæ & prasia in superiore in dia.

Pallidus: luridus. deformatus aspectu turbato ab iecto uultu diuersi coloris.

Palinurus: gubernator Aenæ fuit: in mare de ddit.

Palinuri promontorium: quod a lucanis monti bus in altum currit.

Palinodia: contra uituperationes laudes. figu ra est.

Palinodiace: contrariæ.

Pallium quodlibet indumentnm uel mobile co operimentum: a pallein ϖαλλείν quod est moueri: inde palliolum palliatus.

Palimbachius: contrarius bacchio. pes.

Paliurus: hærba asperrima & spinosa: hoc est zu ratuzita.

Pali: idem & fustes: quibus iuuenes pro crimi nibus feriuntur appellati a rusticis: quod præ fixi in fossis stent̃.

Palma fœminea ramos suos plærunq; subiicit ei quam marem palmam appellant: cuius ma ris sæmina dactylorum uel palmitum culto res fœminæ præiaciunt. Tunc quasi experi tum sentiens concubitum comā attollit.

Palma semper uirens manet conseruatione non in mutatione foliorum sicut cætera.

Palma arbor semp uirens inferius aspera cortici bus: superius uero uisu & fructibus pulchra: habet uero unde diferat a cūctis arboribus. Cōtra enī oēs arbores palma minoris ampli tudinis ab imis incohat & iuxta ramos & fru ctus ampliore robore exurgit hæc tarde pro ficit: sed diu uiriditate substitit: unde beatus iob ait sicut palma multiplicabo dies.

Palma uictoria.

Palma dicta quia ad manus uictoris ornata est: uel q oppāsis ramis est ī modū palmæ homi nis. Est enī arbor isignæ uictoriæ hanc græci phœnicem dicūt q diu duret: ex nomie auis arabicæ: quæ multū uiuit huius fructus. dicū tur dactyli & palmæ & thibaili: q & nilai dicū tur: mucales quoq; qui & cānoti græce.

Palma significat uictoriā pfectionē uirtutē.

Palmaræ dies ideo dicunt̃: qa ī eo salutari nostro mltitudo obuiā tēdēs cū ramis palmaræ clama bant Osanna filio dauid: benedictus q uenit in nomine domini rex israel: Vulgus autem ideo hunc diem capitalauium appellant: qa tunc moris lauandi capita infantium est: qui ungendi sunt.

Palma. manus oppāsa uel explicata: cui contrari us est pugnus.

Palma pilus munda dicit̃ uel apāsis palmæ ramis cuius similitudinē gerit.

Palmaris: magna praecipua.
Palmarium: quod in palma est id est in laude sicut mensorium qd' est in mensa: mōtoriū q in motu.
Palmata toga quam reportabant uictores: ipsa & picta quia uictoria pingitur.
Palmeatus: laureatus. coronatus.
Palmes: pars uitis est: ubi uua nascitur. dicta quasi palma.
Palmas: diminutiuum a palma. hic palmes itis.
Palmetum: genus carius.
Palmites: nouelli.
Palmon graeci uocant saltum uentris ex parte pal pantis:
Palmula extrema latitudo remi: qua mare impellitur a palma dicta.
Palmula gubernaculi pars ima.
Palmus dicit' a minimo digito usq; ad maximū.
Palmus in mēsuris agrorum quattuor digitos hēt uncias tres.
Palmus: inde palma. palmula. palmella. palmes.
Pallor. timor. deformitas. subitus terror.
Palpat: blanditur. assentatur. adulatur: aut manu contrectat.
Palpo & palpor idem significabant antiquitus.
Palpare: manu temptare. fouere. blandiri.
Palpans: tremens uel relicto adhuc spiritu'.
Palpitat: tremit. anhælat. uel animā trahit: nō. n. ē latinū. potest tñ a palpebris uenire uel palpo.
Palpebra sinus oculorum a palpādo dicta.
Palpebræ a palpitādo dictæ: quia currēdo inuicē oculorum obtuitum resiount. pilis in ordine stantibus ad eorum munitionem.
Palpebræ diluculo extremæ noctis horæ sunt: & quasi oculos nox aperit.
Palpæ sunt membra dorsi eminentia dextra læuaque.
Palpo onis a palpādo dictus: qui nō uidet.
Palteus: murus. uel fastigium.
Paludamentum est pallium insigne ducum & iperatorum ex cocco & purpura: ut quidam dicunt: dictum est pm eo q indutus eo imperator palam faceret bellum.
Paludamentum: genus uestis: hinc paludatus.
Paludes dictæ a pale pastorali dea: q paleas id est pabula iumentorum nutriat.
Palus paludis: hic palus pali sudis: cuius diminutiuum paxillus.
Palumbes eo q sint fartæ pabulo: quod inferūt saxis syluisq; quibus inhabitant. columbæ uero sunt quæ mansuesiunt in domibus. palūbes sunt quæ in arboribus degunt.
Pampinus est cuius subsidio fructus uitis a frigore uel ardore defenditur: dictus q de palmite pendeat.
Pampineum est totum de pampinis: pampinosum uero quod plenum est pampinis.
Pan græce omne.
Pan græci latini syluanum dicunt deum rusticorum: cui corona in similitudine radiorum solis & lunæ fingūt: habet pellē propter cæli sydera: rubet eius facies ad similitudinē ætheris: fistulam septē calamorum gestat ppter harmoniam cæli: uillosus est quia tellus uestita est uentis: pars est inferior fœda ppter arbores & feras & pecudes. caprinas ungulas habet ut soliditatē terræ ostēdat: quia uolunt eū rege & totius naturæ deum: unde pan quasi oīa dicūt.
Pan incubum deum pagani dicunt. pris. hic pan huius panos græce.
Pana poetam fistulæ dicunt fuisse.
Panax fragrantis odoris est thyrso ferulæ similis: ex quo pfluit succus: qui opoponax dicit'.
Panates deus & lateres.
Panacea: genus hærbæ uel sal. radix salutaris hærbæ.
Panegyricon laudabile græce.
Panegyrici: qui alios laudant.
Panchei: orientales sunt.
Panchaia ipsa est arabia.
Pancra græce rapina.
Pancratium genus ludi: ut fieri solet ab his q cū bestiis congrediuntur ferocissimis qui eo unit' ϖαμκρατιαστης pancratiastes.
Pancratiarius: pugil qui præuicit.
Pancratiari: flagellis aut tormentis subiici: unde æquo animo tolerantes coronentur.
Pancrorium: plantatorium.
Panchera regio indiæ.
Pancrus lapis uarius ex omnibus: unde & dicit'.
Pandecchtes: omnia ferens & uetus & nouum testamentum.
Pandere: aperire. manifestare. exponere.
Pando dis di panssum.
Pandum: curuū. inflexum. quasi recuruū est.
Pandus panda pandum recuruus ua um. recuruus. conuexus. sinuatus.
Pandorius ab inuentore uocatus: fuit. n. apud gētiles pan deus pastoralis: qui prius dispares calamos ad cantum aptauit.
panegyricum: conuenticulū. laus in principe dicta. aliquid laudabile.
Panegoriate cuidam uirtutem habet. Semen eius tritum cum pipere ex mulso potum & uriuā mouet: & calculos in uesica frangit.
Paneas dicitur cæsarea philippi: panius nanq; dicitur mons: in quo sita est.
Panemos pinthiorum lingua uel macedonum december mensis.
Paneretos ecclesiasticus.
Panes: pater.
Pāphagi gens æthiopiæ est quibus esca est quic-

quid mandi potest: unde & dicuntur.

Pangatorium: plantatorium.

Pangere: fingere. litteras scribere. carmina cōponere. cantare. psallere. coniūgere. ordinare.

Pangit: palum figit. plangit uel citharam tāgit. definit. cantat. describit.

Pango pegi pro impigo. Pango panxi uel pangor deponēs pro canto. Pango pepigi & pago pepigi pro paciscor pactum facit.

Panicium dictum quasi panificium: q multi ex eo uice panis sustententur.

Panice: rosæ.

Panicenum: genus uestis est.

Panegyricū πανηγυρικόν lasciuorum genus dicendi in laudibus cuiuslibet uel regum: in cuius cōpositione multi mēdaciis adulantur.

Panificæ: pistrices: quæ panes faciunt.

Panis dictus: q cum omni cibo appōatur: uel q omne animal eum petat. Pan πᾶν enim græce totum: cuius diuersa sunt genera. Panis cibarius est: qui seruis dat: nec ē delicatus. fermētaceus fermēto cōfectus. azimus sine fermēto syncerus. Siligineus a frumēti genere dictus. Rubidus recoctus & rubefactus. Subcineriūs cinere coctus & reuersatus ipse ē & focacius. Clibanitius i testa coctus. Cādidus pāis in cibo sumptus nutrit magis sed minus digerit. ex ipsis fermētacius leuior est. Egerit autē: qa cito cōficit. Azimus aūt tardius egerit sed magis nutrit. is etiam quia succo cōspgitur leuissimus est. & nutrit copiose & egerit. Nutrit ppter candorē: leuis ē ēt ppter spumā: qua sparsus est. Item ex his panibus q maximi fuerint: hēnt quēpiam succū uomitū restringūt. Item in furno cocti magis nutriūt: qa minus exurūtur ab igne. Clibanicius autē & focacius ualde sicci sunt: qr clibanicius i testa focacius i cinere hūorem amittūt. fortior aūt est his oībus siligineus: sed hi q de grossa farina fuerit: omnes fortius nutriūt: sed nō ualde egerunt. Simil'r autem & cacabacius panis calidus siccat: frigidus uero minus. multo siccus ex parte extenuat. Simila etiā lacte cocta egerit magis tamē si in aqua coquat: maxīe ergo ubi plus uolueris egerere. Simila in melle & oleo cocta aut fricta inte propter pinguedinē & dulcedinē: quia cū dissimilia sint: & non debeāt simul coqui i unū mixta rē contrariam faciūt. Siligo uero cocta uel farina fortissima est & nutrit: sed non egerit. Panis triticeus id est ordeaceus tritus leuior furfuribus: & quod ex inde factū fuerit: egeritur magis & cætera.

Panitæ græce dicunt: qui latine incubi appellant: iidem quoq pilosi in Esaia.

Pannonia ab alpibus appenninis ē noīata: qbus ab italia secernit. Coniūgit autem cū norico & græcia habens ab oriēte mysiā: ab euro istriam ab africo alpes appennias: ab occasu galliā belgicā: a septentrione danubiū: q germaniā galliamq secernit.

Pannonius de pannonia.

Pannotios: esse ferunt monstra. tam diffusa a magnitudine aurium: ut his corpus omne cōtegatur. pan eni totum ὦτα ota aures græce dicuntur.

Panope regio & nympha est.

Panotile rarum olus est.

Pamphilus interpretatur totus amor.

Pansum: apertum. patefactum. extensum a pādo pandis.

pauta græce omnia. prisc.

Pantagia fluuius in Sicilia: qui ante pantagias uocabatur.

Phantasma phantasia. spiritus uisionis. nocturnæ imagines.

Pantaxoy πανταχοῦ græce passim.

Pantapolos græce negociator: q multa uenūdat qui latine seplassiarius dicitur.

Pantenon: camimelon hærba.

Pantheta: rætis genus uel restis.

Panther: dicitur siue q omnium animalium sit amicus excepto dracone: siue quia sui generis societate gaudet: & ad similitudinem quicquid accipit reddit. uestigia eius minutis orbiculis superpicta sunt uariis coloribus est: cuius odor tantæ suauitatis esse dicitur ut omnia superet aromata.

Panthera: genus quadrupedis semel tm parit: hic panther græce hæc panthera latine.

Pantheus deus: qui in se omnes figurationes habet. quasi omnium deus.

Pantrenus mons est nimiæ altitudinis.

Pantonium nauigiū tardum & graue.

Panta græce omnia.

Panthoos per syneresim. panthois πανθόου in diphthōgo secundū græcos facit genetiuū in oy ου ideoq apud nos secundæ est declinationis. hic panthoos panthoys pāthoo πανθόου & nos ergo pāthous panthoi: sic quoq alcinous pro alonus & similia.

Panthus pater euphorbi iterfecti a menelao quē fabulat reuixisse pytagoras.

Pantomimus omnium minus.

Pannus diminutiue panniculus.

Pannuceus pannosus.

Pannucea uestis quasi pannosa dicta q sit diuersis pannis obsita.

Pannulæ dictæ: q ex eis panni texant: ipsæ eni discurrunt per telam.

Panus: lignum: in quo trama componit dictum q eo panni texantur. inde diminutiuum hæc panucula.

Papa παπαῖ admirabilis maior pater & custos a pape.

Papa: pedisecus. pedagogus. idem & pappus παππος

Papare: quero est: sicut mãducare hominũ.

Papauer hærba somnifera: ex qua fluit succus qui opion appellat.

Papauer: cuius sæmen somnũ omnibus prouocat: pluralit hæc papauera.

Papauer aliud uescũ: quo uescimur: aliud letheũ: quo non utimur.

Pape παπαι interiectio est admirantis: ũde papa id est admirabilis.

Papia & popea leges: quas sub octauiano cæsare suffecti consules papius & popeus tulerũt: a quo nominibus dictæ sunt.

Papia ciuitas est iuxta ticinũ fluuiũ a gallis edita: unde & ticinũ dicta est.

Papia uero a pape dicta: eo q̃ abundet in multis quasi mirabilis.

Papillæ: capita mamillarum: quas suggẽtes comprahendũt dictæ: q̃ eas infantes qui papãt: dũ lac suggũt.

Papilio auicula: q̃ nunq̃ crescit.

Papiliones auiculæ: quæ maxime abũdant florẽtibus maluis: quæ uermiculos stercore suo faciunt.

Papilio: tentoriũ uel scirpeũ uasculũ.

Papiliones tentoria dicuntur a similitudine parui animalis. hæ sunt auiculæ: lumine accenso conueniunt: & circa uolitantes ab igne proxime interire coguntur.

Papyrus: genus iũci semper uiret.

Papyrio scyrpeũ uasculum.

Papyrus dicta: q̃ igni & cæreis sit aptus: pyr enĩ græce ignis. eadem alio nomine bibula dicit̃ q̃ humorem bibat.

Paphos insula: a papho ciuitate: hæc est cyprus.

Papula est paruissima cutis erectio cũ rubore: & ipeo papula quasi pupilla.

Papula: immũdus sudor. carbũculus: uel græcum est.

Pappus græce auus.

Pappus: pedagogus.

Par: geminũ. idem. tale. simile. æquale.

Par componitur impar dispar separ compar. deriuatur.

Paro paras. pariles. parilitas.

Par in elatione taxatur. Separ in æq̃litate. priscia. hic & hæc & hoc par.

Para παρὰ græca præpositio iuxta pro de uel trans uel apud. para uero aduerbiũ ultra πέραν τῆς θαλάσσης græce trans mare.

Parthæ genus auis mali ominis.

Parare: disponere. præparare.

Parabata: cupidus.

Parabola παραβολή est comparatio ex dissimilibus rebus. Sicut qui leoni cæsarẽ comparauit. non ex suo sed alieno genere similitudinẽ faciens. Item in euangelio: uade dic illi uulpi id est herodi. Comparatio & parabola hoc differunt: quod personarum inter se uel eorum quæ personis accidunt fit comparatio. In parabola uero rerum dissimiliũ congrua cõparatio est.

Parabola græce prouerbiũ latine.

Parabola est comparatiua similitudo. hebraice masloth dicit̃.

Parabolæ græce quæ latine prouerbia uocantur: eo q̃ in ipsis sub comparatiua similitudine figuræ uerborũ & imagines ueritatis ostẽdant.

Parabolæ & problemata nominibus suis indicãt altius se pscrutari oportere.

Parabolicus: parabolis utens.

Paraclitus παράκλητος græce latine consolatio uel exhortatio dicitur. paraclitus propterea nominatur spiritus sanctus id est consolator: quia quos repleuerit consolatur: ut amittẽtes temporalia æterna gaudeant lætitia. paraclisis enĩ græce latine consolatio appellatur: christus enĩ lugentibus apostolis eum misit: postq̃ ab eorum oculis ipse in cælum ascendit. Alii paraclitũ latine oratorem uel aduocatum interpretantur. Ipse enim dicit: ipse docet: per ipsum datur sermo sapientiæ: ab ipso sacra scriptura inspirata est. paraclitus christus ideo dicitur id est aduocatus: quia pro nobis intercedat apud patrem: sicut ioannes dicit de eo. Aduocatum habemus apud patrẽ iesum christum. paraclitus autem qui latine aduocatus dicitur: filio & spiritui sancto ascribitur.

Paracimenos παρακείμενος præteritum significat græce in re modo completa.

Paracollecticum peniculus id est spongiola.

Paranopen græci dicunt habitationem mentis atq̃ egressionem.

Paradiastole: est quotiens id quod dicimus interpretatione discernimus: ut pro inconsiderato fortis.

Paradigma παράδειγμα exemplum dicti uel facti alicuius uocatur: aut ex simili aut dissimili genere: conueniens ei quam proponimus rei: ut est: tam fortiter fuit apud hippõam Scipio: q̃ uticæ cato. Similitudo autẽ tribus modis fit: a pari: a maiore: a minore.

Paradionium prope balteum.

In paradiso præter arborem uetitam & aliæ arbores erant: de quibus sumebant: ne animalium corpora moleste aliquid esuriendo aut sitiendo sentirent. De ligno autem uitæ propterea gustabatur: ne morseis undecunq̃ subreperet uel senio interirent: quia iuuẽtutis flore tenebantur tanq̃ cætera essent alimento: illud sacra

mento:ut sic ibi essent:sicut in intelligibili paradiso sapientia dei.

Paradisus locus ē in orientis partibus cuius uocabulū ex græco ī latinū uertit' hortus.

Paro hebraice eden dicit':quod in nostra lingua deliciæ interpretat':quod utrunq; iunctū facit hortū deliciarū. Est eni omni genere ligni & pomiferarū arbo᷑ consitus:habens etiam lignū uitæ. Non ibi frigus sed ppetua uens tēperies:cuius medio fons prorūpens totū nemus irrigat:diuiditurq; in quattuor nascentia flumina:cuius loci aditus post peccatum hominis interclusus est.

Paradoxon est:cum dicimus inopinatū aliquid incidisse.

Paradoxus qui se ad gloriā parat uel admirabilis.

Paraphrasten:non dissertorem nou bonum interpretem.

Peragonizat:mitigat. oblectat. & tēperat.

Paragapaoteos alternitatis causa.

Paragoge est appositio ad finem dictionis litteræ aut syllabe ut magis pro mage. hanc alii pꝛosparalipsin appellant:ut bellātur pro bellatur. ϖαραγώ adduco.

Paragraphus:nota est quæ apponitur ad separandas res a rebus:quæ in connexu concurrunt:ut in catalogo loca a locis

Paralelli æqualiter distantes lineæ.

Paralelli alterut' rectæ lineæ nūcupant': q̄ in eadē plana sup̄ficiæ collocatæ atq; utrinq; pductæ in neutrā ptē concurrūt ita.

Paralella æqui stantia.

Paralello grammæ duæ dicūtur ex aduerso positæ lineæ sic. Consequēter etiam planæ quadraturæ sic.

Paralelli bipeda duo solida corpora ī geometriis dicunt'.

Paralelli bipedes græci geometrici uocant corpora:quæ neq; cunctis ptibus æqualia sunt:neq; cūctis inæqualia:quæ sunt quotiēs cōtra sūt inæqualia sup̄fices:ut nūq̄ in īfinitum ductæ cōcurrant:ut bis ter ter:quo nomine ea figura uocatur. q̄ latine interpretatum alternatim positis latitudinibus continetur.

Paralypsis dicta a corporis īpactiōe fcā ex multa īfrigidatiōe:aut ī toto corpore aut in parte.

Paralysis est dissolutio membrorum.

Paralysis idest stomachi contractio : cuius signa hæc sunt. Si apertas os inuenies linguam eo᷑ in unam partem:quæ paralysin patitur albidiorem esse tūc intelligas paralypsis causam eē. Nā paralysis ab eo q̄ mediam partē teneat nomen accepit:si eni omnes partes teneat:apoplexiam iudicabis.

Paralipomenon ϖαραλιπομένων græce dicitur:quod nos prætermissorum uel reliquo᷑

dicere possumus:quia quæ in lege uel regum libris uel omissa uel nō plene relata sunt ī isto summatim & breuiter collecta explicantur.

Paramese id est iuxta mediā posita chorda.

Paranetice interpositiue personaliter.

Paranomasia a nominatiuo græce dicit'. quotiēs de nomine aliud efficitur nomen simile sono sensu dissimile.

Parander bestia quædam dissimilis.

Paranympha pronuba. Nympha est sponsa in nuptiis.

Paraphoros ϖαράφορος græce non sequens rationem.

Parapsis ϖαροψίς λοσ gabata uel patina acetabulū aliquod & catinū:ita appellari putant: paropsis idem.

Parapsis quadrāgulū & quadrilaterum uas in est ex paribus assis.

Paraprosdochia græce inopinatus exitus:cū aliud proponitur & aliud explicatur:ut deus impoluta uia eius.

parare:disponere. præaptare:inde parator: paramētum paratum. hanlis aūt dicitur a pari. A paro uerbo cōponit' apparo:unde apparatus: ppero id est ppe paro. Cōparo tor:tio bilis. Cōparatiuus disparo reparo separo:ūde componit' dissepo. recupero. supero. uitupero. impo. ūde imperator imperatrix imperium. imperiosus. sa um. æquiparo:tempero:unde tempestas.

paro as aui. paror paratus. parasangus persæ uocant. quod græci stadia:nos miliaria.

parasceue sexta sabbati appellatur. hinc enim præparatio dicitur:quod a iudæis:quæ in sabbato sunt necessaria eadem die præparentur.

parascēue græce cœna pura id ē præparatio quæ fit iñ sabbato.

parascene græce paratus escarum dicitur.

paresia ϖαρήσια græce confidentia.

parrahsia arcadia.

parthasis quæ & calisto mater arcadis:septentrio a parthasia.

parthasius ia um:id est archadius a um.

parasitus buccellarius. adulator paratus in iunā facere & pat ϖαρα qd' ē ad:& σίτος cibus

parasitans:adulans.

parasituli buccellarii.

parasyntheton græci dicūt decōpositā figuram.

parastatæ stipites sunt pares stantes:qbus arbor nauis sustinetur.

parathis cum quasi deponimus aliquid imperfectum apud memoriale dictū. repetituros nos docentes cū opportunū fuerit.

paratus:celer. aut permotus.

parcæ fata dicta sunt a pagaris. q̄ quidē tria eē dicuntur:clotho. lachesis. antropos. dictæ parcæ cata κατά antiphrasin:q; nemini parcant.

r

Clotho colum baiulat:lachesis trahit:atropos occat.
parcere pro dimittere & seruare.
parcere:misereri.cōdonare.desinere . dimittere .
parco cis peperci & parsi parsus:unde actiuū uidet. parsum facit supinū .unde parsurus.
parce:honeste.modeste.moderate.non nimiū.
parcus frugi: quod est seruator.abstinens alieno. suo contentus.
parcus:nimis tenax.sordidus .
parcoatras:mons armeniæ inter taurum & caucasum medius interiacet.
parduhelis:hostis .
pardus:bestia ferocissima: quæ citata pceps fert ad sanguinē:& saltu in mortem ruit.
pardus uarii coloris:uarii etiā animi est .
pardus genus uariagæ bestiarum secundum post pantheram .
pardus significat diabolum uel peccatorem uariis moribus.
parecausis:aggressio.
parethasin digressio.
paredrum uocant dominicam uirtutem .
paregoria:mitigatio græce.
paregorizat:mulcet .
parentalia dies festi paganorum .
parentat : umbris uel tumulis mortuorum frequenter paret . id est obsequitur .sacrificat aut ministrat.
parenthesis est ubi interponimus sententiam nostram : qua ex medio remota integer sermo perdurat:ut in psalmo . Clamauerūt: nec erat qui saluos faceret ad dominum.
parenthesis : est interposita ratiocinatio diuersæ sentētiæ .parenthesis græce interiectio latine .
parentes dicti quasi parientes id est creatores .
parens pro superioribus propinquis commune duum generum est . Apareo uero generis ois id est obediens.
parere:obtemperare.obedire.obsequi. pareo es .
pares coæui.
par est:constat .
parethonium ciuitas in finibus ægypti urbisq; alexandriæ:ex qua africæ principiū inchoatur.
pharias serpens qui semper in cauda ambulat:& sulcum facere uidetur .
parricida proprie dicitur qui parētem occidit: quē quidam ueteres parenticidam dixerūt: quotiā parricidium in quocunq; intelligi possit : cum sint homines hominibus pares .
parricida: qui patrem occidit: uel homicida. sicarius . gladiator.emissarius.latro.
parricida pro parenticida: componitur a parente & cædo uerbo : uel ex patre : uel ex pari addita . r .
parikos græce incolæ uel aduenæ.

paries nuncupatus: quia semper duo sunt pares: uel a latere uel a fronte: siue tetragonum siue quotunlibet .
paries a parilitate id est æqualitate .
parietinæ parietum ruinæ:sunt enī parietes sine tecto sine habitantibus .
parii lapides candidi sunt .
parius genus cādidi marmoris.& indica gemma a paro insula
parilis æqualis
parilitas æqualitas similitudo euacuatio
parilia dies festus paganorum
parresia παρρεσια est oratio libertatis & fiduciæ plena
parisius ciuitas franciæ.
pariter æqualiter simul ego & tu
paris filius priami: qui helenam rapuit hic paris paridis
Pario paris parit. parere filium edere. parturire.
Pario paris apud āntiquos quartæ coniugationis fuit prisc. inde cōponitur . aperio:cooperio:reperio quod duplicauit p in præterito Cōperio Ex hoc quoq; deponens cōponit experior & operior: nam faciunt expertus & oppertus sicut partus pario paris inde parēs parētela partus tus: cōponit parricida partus parturio ris cōponitur uipera: unde uiperinus: aperio operio reperio puerpera puerperiū parl partis
parma leuia arma quasi partius clypeus.
parma scutū rotundum ornamentū militare
parmula: genus scuti
pharmacopola græce medicamēti uenditor
pharmacon medicamētum.
pharmax os barbarū propriū breuiat penultima sic similia breuiātur .
parnasus mons arcadiæ apollini & libero sacratus
parnasus mons thessaliæ : cuius duo sunt iuga: Cirrha & nysa: in quibus singulis apollo colebatur & liber hæc iuga a duobus fratribus. cithæron & helicon appellāt paron eius diminutiuum paronculum nauigiū piratis aptū: unde & dicitur .
paroa scapha ex uimine & crudo corio genus nauigii
parœci sunt qui solent inter saciētibus necessaria ministrare
parœcia adiacēs domus aut diocesis διοικησισ idest domus dei
Parœmia παροιμια prouerbiū rebus temporibusq; accommodatū rebus ut aduersus stimulum calces: quod significat, aduersis resistendum. temporibus: ut lupus est in fabula: quod subito tacenti dicitur.
paromœon cum ab eisdem litteris diuersa uerba sumuntur: ut o tite tute tati tibi tanta, tyranne tulisti.

paranomasia est in significatione diuersa dictio poene ipsa.ut abire an obire te conuenit.fit & per litteram demptam:ut illud non nomē sed omen habet iste.

paradenomasia græce nominatio.

paron insula martis magni in qua candidū mar mor nascitur.una est cycladum;hæc est & me los.

Pharos ciuitas ægypti metropolis:a quo phara ones dicuntur.

parotides sunt duriciæ uel collectiones: quæ ex febribus uel alio aliquo nascuntur in aurium uicinitate:unde dictæ:ota Ταωτα enim græ auricula:

paroxymos παροξυσμος id est commotio. febris commotio est.

pharsalos regnū achillis in thessalia : unde phar salia.

parsimonia:frugalitas.temperantia.parcitas.pie tas.modica continentia.

parsit soluit:exsparsit.

parsurus ignoturus misserturus:

pars orationis est uox litterata significans men tis conceptum.

pars inde particula.partio partis & partior tiris ĩ eadem significatiōe.Ex eo componit̃ dispar tio & dispartior.impartio & ipartior.participiū participo as.expers.pticeps.proportio.disp tus.& similia.

pars partis.partialis.particula.unde particularis: iter.itas.parti cōponit̃ particeps:unde pticipi um:pticipo as expers exptis:cumponit̃ uero pars parum fumeus.

parta:acquisita quæsita pro parata diuisa.

parthenus mons orientis.

parthenus arcadiæ mons frigidissimus.

partheni.hi sunt lacedemones. idem spartani.

patre altera longior figura ē q̃ sub quattuor line is rectisq; angulis continet̃.quæ quattuor li neæ æquæ sibi non sunt.contra se uero posi tæ binis binæ sunt æquæ bis tres quadra tus est:qui plus habet in uno latere.

parthenos græce uirgo.

parthenope a parthenope quadam uirgine illic sepulta dicta est.quam augustus postea nomi nauit ucapolim.

partes dictæ a pari diuisione pro personarum q̃ litate & laborum.

partes a patiēdo id est diuidendo:qa sicut māus diuiditur in quinq; digitos.sic grammatica,i octo partes uł a parilitate.partes tamen in re bus corporabilibus proprie ponimus: specie uero de incorporalibus.

parthi a scythis originem trahunt:quod etiā uo cabulū manifestat.nā scythæ græce exules: la tine parti dicuntur.

parthia regio orientis ab indiæ finibus usq; me sopotamiam nominatur generaliter: propter iniunctam enim uirtutem eorū proximæ re giones in eius uomen transierūt. Sunt enim in ea aracusa parthia: assyria media& psis :par thia a meridie rubro mari: a septentrione hyr cano salo clauditur.

Particeps participis.particeps consors. conscius. socius.adiutor.minister.

Participat:cōmunicat impartit:parentat.

Participiū est pars orationis partem capiens no minis partemq; uerbi:unde & dicitur.Recipit enim a nomine genera & casus:a uerbo autē tempora & significationes:ab utroq; nume rū & figuram:præter ista sex habet etiam for mam quam uerbum suum perfectum: perfe ctam:meditatiuam:frequentatiuam.inchoati uam.Si tempus & coniunctionem sui uerbi habet.est participium.Si uero casus coniūctio nem mutat & comparationē habet.nomen ē.

Participium est pars orationis quæ pro uerbo ac cipitur:ex quo deriuatur naturaliter habēs ge nus casusq; ad similitudinem nominis & ac cidentia uerbi absq; discretione personarum & modorum.

Partiopalia nomina dicta:quia similla sunt parti cipiis:ut amans habitus.

Particulat im:membratim.per partes.

Particus:negotiatur ipse.

Particulariter:diuisæ.aut per partes distributæ.

Partim:in parte non ex toto diuisæ.

Partiri:diuidere.distribuere.separare.partiuit Sa lustius.

Partior deponens:ex eo componitur deponens & neutrū.Impartio & ĩpartior.Partio tis:neu traliter dicimus.

Partior tiris deponēs.actiue partior & partio ab utroq; cōmune uel deponens.Componi pōt bipartior:inde bipartitus.

Patibulū:partus effusio.partio:acquisitio.

Partū.paratū.acquisitū.Partum inde parturio & partito meditatiuū & frequentatiuū. paritura tamen inuenitur pro partura.

Parturit:parit.gignit.

Parturitio feminū partus.

Partus tus:foetus.soboles.pgenies.

Paruipēdere:despicere:pendere enim æstimare ē

Paruum : pusillum . modicum . leue . Parū com ponitur perparum . ualde modicum: parūp. paup.pauperior.rimus.paupertas.culus. par uus ūde paruulus.paruitas componit̃ parui pendo.pars partis.

Paruū:exiguū.modicū.inualidū.

Parūculū:nauigiū piratarū.

Passa est sustinuit a patior.dicitur etiam a pando: uel a pateo.

pascha nunc tertiũ tempus est sæculi ante legem sub lege. sub gratia. Septenarius numerus pfectus est. hoc igit in lunari numero significat. Tertia enĩ hebdomada lunæ pasca celebratur: qui dies occurrit a. xiiii. in. xxi. ideo autem dies nostri pascæ ad diẽ iudæorũ nõ occurrit: ut & dñicum diem: quo xp̃s surrexit amplectemur. pasca quod græci πασχαλια paschalia dicũt hebraice phase dicit non a passione: ut quidam putant: quoniã π σχ ιν paschin græce dicitur pati: sed a trãsitu hebraice dictũ ẽ: eo qp tũc populus dei ex ægypto trãsierit: siue qa eo die xp̃s de hoc mũdo trãsierit. : q̃ ẽ omniũ festiuitatũ prima.

pascalis festiuitatis errorem uaria obseruantia gignit. latini naq; a tertio nonas martii usq; i diem nonas aprilis lunã. xiiii. inquirũt: & si. xiiii. die dominico prouenerit pascha ptrahũt: græci primi mẽsis lunã ab octauo idus martii usq; in tertio nonas aprilis obseruãt: & si quinta luna die dñico icurrerit: sanctũ pascha celebrant: huiusmodi ergo dissensio inter utrosq; paschalem regulam turbat.

pascere: alere. nutrire. sustinere. pabulare.

pasci: dilabi. difundi. nutriri. prisc.

pascor hanc rem & hac re. pasco scis ui pascor pastus tus: hæc pascua pluraliter. pastor. cõponit depasco pascuus a um pascibilis.

pascua significant refectionẽ spiritualem uel æternam.

pascuus ager ẽ: q in hærbis aialibus uacat.

phase hebraice pascha dicitur a nobis: quod a trãsitu israel ipsi dixerunt.

phaselus: genus leguminis.

phaseolus diminutiuum. phaselus quoq; genus nauiculæ.

passeres sunt minuta uolatilia a paruitate uocata: unde pusilli. hic passer ris.

passer significat uirum sanctum.

passer: genus auis. uel piscis.

passim uulgo promiscue. inordinate. dispse ubiq; permixte.

pasimonia: instituta.

phasis φασις græce dictio.

passio & ppassio differunt: ppassio reputat in culpa non tamen tenet in crie. Ergo qui uiderit mulierẽ: & eius anima titillata fuerit. hic ppassione pcussus est. Si uero cõsenserit: & de cognitione in affectũ uenerit: sicut scriptũ est: transierunt in affectũ cordis: de ppassione transiuit ad passionem: & huic nõ uolũtas peccãdi deest sed occasio.

passiua uerba sunt: q̃ ex actiuis nata semp passionẽ significãt exceptis duobus metuo or timeo timeor. hæc ablatiuo casui cum præpositione a uel ab solent iungi: ut abstrueor a te imperor a te uel ab illo. Datiuo etiam ut seruor tibi. Accusatiuo quoq; sed uel figurate: ut abscidit manum uel cum uidetur agere ipse ad quẽ passiuum refert uerbum: ut induitur artus. Tertio modo quando per diuersas res fit passio: ut pascor panẽ uel carnem. passiua datiuo uel ablatiuo iungunt trãsitiue: ut doceor uideor ab illo & illi. Similiter passiuã uim hñtia neutralia uł depontentia: uapulo exulo: nascor patior a te & tibi: licet tam accusatiuũ etiam addere his: quibus per diuersas res fieri solet passio: ut doceor a te litteras: pascor carnem: uituperor insipientẽ: & accigor ensem: quæ omnia diuersis rebus nascunt: & ex illa re ad unã rẽ pertinẽt.

pasiphe fingitur a poetis fuisse quædam solis filia: quæ cũ tauri amore fureret Dædalo operã dante lignea uacca inclusa ad nefarium inuitata est. ex qua natus est minotaurus.

paschia quod latine paternitas interpretatur: cũ ex una radice multa turba diffunditur.

phasma & phantasma idem est: Sed phasma sẽper dubium est illud quandoq; uera uisio quandoq; uana.

pasmũ dicitur pati qui pallescit.

pasta præclara.

pastinaca hærba magnæ. radicis dicta qp eius radix præcipuus pastus sit hominis.

pastilli tortelli pigmentati uel unguenta.

pastinare: fodere. plantare.

pastinarum uocant agricolæ ferramẽtum bifurcũ quo semina panguntur: unde ueteres uineæ repastinari dicunt: quæ refodiuntur.

pastophoria græce latine talami dicuntur.

pastophoria: atria templi uel gazophilatia. cellulæ paruæ.

pastophorium: atrium uel sacratium. porticus.

pastor: magister. pecoris custos.

passus habet quinque pedes.

passus dupliciter habetur id est duobus gressibus gradiendo cõficitur. passus etiam dicitur quãtum ambobus brachiis extensis inter duos lõgissimos digitos est: tanta est uniuscuiusq; latitudo.

pathalogia: passionis ratio.

patago genus mortis: cum propter pituitam nõ facile lingua mouetur.

patauium: uenetiæ urbs est: facit patauii: subtrahitur tamen unũ i in metro.

patagium uero est pallium ex auro: purpuraq; uariatum.

patara est regio.

patatæus dicitur apollo a patara ciuitate.

phatcamia plaga meridiana uel occidentalis.

patefacere: aperire.

patella dicta quasi patula olla: est enim oris patentioribus.

Patellana dea a paganis dicta cũ folliculi messiũ patescunt:aut e spicis exeũt.

Patens latum.

Patulum dicitur quod naturaliter semper patet ut nares: patens uero quod aperitur & clauditur ut ostium.

Patera fiala regalis penultima corripit᷑.

Pateræ fialæ sunt dictæ ꝙ i ipsis portare solemus uel ꝙ patentes sunt dispersisq; labris.

Pateo es et.unde patesco patens tior.ssimus.patẽter patulus patera patina patella componitur patefacio patefio platea.

patere: apertum esse. prisc. pateo pates patui. passum.

Pater πατήρ græcũ est.idem genitor:græci.n. similiter pater dicũt.

Pater dictus eo ꝙ patratione rei ueneriæ perfecta filium procreet:quod melius est a græco pantaspiron πάντα σπείρων idest omnia seminans.

Pater patris:inde patronus & patro as uerbũ.Pater dignitatis & honoris est nomen:unde sanctos patres dicimus.

Pater dicit᷑ multis modis:deitate.doctrina.senectute.generositate.

Pater patris:inde dicitur paterculus.paternus.paternitas.patruus.truelis. patrimoniũ patronus patro .as.unde cõponitur impetro. perpetro. a patre componitur patrisso.patricida.parricida.patrimonium.patrocinor.diespiter.iupiter paterfamilias.

paterfamilias dictus ꝙ i familia sua omnibus positis serius tanq̃ pater filiis patria dilectiõe cõsulit.seruorumq; conditionem a filiorum affectu non discernit. Qui autem iniq; dominat᷑ in seruis:hoc nomine nequaq̃ se putet appellari.

Paterfide conficiendorum: quando fax fit cum barbaris.

Paterniani:hæretici a paterno quodã exorti. iferiores corporis ptes a diabolo factas opinant᷑.

Patesco patescis it.inchoatiuũ a pateo idest aperitur.detegit᷑.

Pathia urbs est in thessilia.

Patior pateris . inde passio.passionarius.passiuus passiua um passibilis. Cõponit᷑ compatior & perpetior.

Pati:ferre.tollerare.pace teneri.

Patior a te deponens passiuam tñm habet.

Patibulum crux uel stipes aut loca pœnarum:in quibus cruciatus omnes patiuntur. Patibulum est in quo homines appensi cruciatur. unde & dicitur.Dicitur & patibulum trabes.i. pertica:uulgo uero furca dicitur:ꝙ appensos stati exanimat.Crux uero suffixos diu cruciat

Patibulum a patior uel pateo primam corripit. prisc.

Patibulũ dicitur quod naturaliter patet.

Patientia corporis est:tolerantia uero animæ patientiæ uirtus tribus modis exercetur. Quædã eni a deo sustinemus:ut flagella:q̃dã ab aduersario:ut tẽtamẽta :quædam a proximo:ut psecutiones damna & contumelias:contra quos oẽs modos iugilat᷑ debemus:ne ad excessum murmurationes cõtra flagella opificis prorumpamus:ne ad cõsensum delictis educamur ne ptrahamur ad mali retributionẽ:ne hæc agentes bona præsẽtia retribui nobis requiramus.

patiliter diuise aut patenter.

pathicus negotiator ipse.

pathici patientes libidinẽ : Nã πάθος pathos græce passio.

Patina dicta ꝙ dispansis patentibusq; sit oris

Patina genus uasis a patendo dicta.diminutiuũ eius patella.

Pathmos insula est græciæ in quam relegatus fuit Ioannes euangelista : interpretatur genus fretum uel uorago.

Pathos græce perturbatio.

pathos græce dicitur passio motus animi contra rationem.

patro & patrisso a patre deriuantur.

patrare:perficere.admittere.consumare.

patratio rei ueneriæ consumatio.

patres conscripti inde dicti:quia dũ romulus decem curias electorũ elegisset:nomia eorũ præsenti populo in tabulis aureis scripsit.

patres cõscripti senatores a patrio animo ciuibus præstando.

patres conscripti apud romanos dicebantur illi xxiiii.qui scripti erant aureis litteris in tabulis imo ab initio fuerũt centum:deĩde plures

patreus:uimcus.

patricus græce paternus.

patria dicitur ꝙ communis sit oĩum in ea nascẽtium ἀπὸ τοῦ πατρὸς τοῦ σωτῆρος.

patriarcha græce·pater summus interpretatur·quia primum id est apostolicum tenet locũ : sicut romanus antiochenus alexandrinus. Sũt enĩ auctoritate beati petri apostoli instituti.prima quidem petri apostoli sedes romana. Secunda apud alexandriã beati petri nomine a marco eius discipulo & euangelista consecrata. Tertia apud antiochiam beatissimi petri habetur honorabilis eo ꝙ illic priusq̃ Romam uenisset fuit. & illic primum nomen christianorum nouellæ gentis exortum est:q̃uis autem per orbẽ diffusæ catholicæ ecclesiæ unus thalamus sit christi:sancta tamen romana ecclesia nullis idicibus constitutis cæteris ecclesiis prælata est.

patricii dicti: quia sicut pater filiis ata prouideãt

rei publicæ. immo qui ex patribus id est senatoribus nati sunt.

Patriciani hæretici a quodã patricio dicti: qui substantiã carnis a diabolo conditã dicunt.

Patricida & parricida: qui parentes occidunt.

Patrimonium: bona quæ a patre alicui ueniunt: hæreditas.

Patripassiani hæretici inde dicti: qa patrẽ passum dicunt. hi sunt & noetiani uel sabelliani.

Patrissat: patri similis fit.

patriæ a patre aut patria utrũq3 intelligimus.

paternum est: quod patris fuit: ut paternus fundus dicitur. patrius uero patri similis: ut patrius animus.

patrocinari: protegere. causam agere.

patro inotans.

patronomica dicta eo q a patribus trahantur: ut tydides filius tydei: q̃uis a mrĩbus & fratribus & maioribus etiam dicantur.

patronomica apud latinos oia sunt primæ declinationis: quæ in des finiunt: unde tydide uocatiuus græcus est. Nã tydida debuit facere.

patronus: causidicus. aduocatus. defensor.

patron græce patronus.

patronissa: patrona.

patroni a patronibus dicti q huiusmodi affectũ: qbus præsunt exhibeant: ut quasi patres illos regant.

patros græce uitricus id est secũdus maritus matris: unde etiã apud latinos recte patrinus dr: quia in loco patris fit filiastro.

patrueles dicti q patres eorum germani inter se fratres fuerunt. patruelis filius uel filia patrui uel res aliqua patrui.

patrueles filiæ duoq3 fratrum.

patruus patris frater quasi pater alius. Nam frater matris auunculus noĩatr. sicut patris soror amita: matris uero soror matertera.

patula: loca diffusa & lata.

patulum: patenter. amplum. patulum amplũ, qd semper patet.

patus: pacem tenens.

pathimateos: pacientia continentie dei.

phatures urbs ægypti: quæ metropolis dicitr.

pauculum diminutiuũ a pauco. prisc.

paucus & multus numeri sunt: sicut maximus & paruus q̃titas sunt. pauci ut duo uel tres: non multi sunt: inde paucitas.

pauire id est ferire: inde pauimentũ est dictũ.

pauere: horrere: formidare.

paueo deficit supinis & futuro ĩfinitiuo: sicut placeq3 secũdæ coniugationis.

paueo es neutrũ. inde pauor pauidus impauidus pauesco expauesco.

pauidus est: quem uexat trepidatio mẽtis. habet eni cordis pulsationẽ: nã pauire est ferire.

pauio uis uit. id est tundit. percutit.

pauiæ: oliuæ a papho insula: ũde prius allatæ sunt uel a pauio id est percutio.

pauimenta: solidamenta domorum arte picturæ elaborata & tessellis dicta eo q pauiantur id ẽ cædantur.

pauitat: parere se simulat.

pauitans: timibans.

pauito pauitas.

pauitẽsis uestis contraria leuitensi dicta q grauiter pauita atq3 calcata sit.

paulatim: particulatim. lente. caute. consideratẽr. modice.

pauliniani hæretici a paulo samosateno orti: qui dicit non semper sed a Maria Christum sumpsisse initium.

paulisper: aliqtulum. parũper.

paulopost: id est post modicum.

paulus la lũ id est paruus. modicus. inde diminutiuum pauxillus la lum: & paululus deriuatr.

paucus ca cum: inde paucitas. id est breuitas.

paulus qui antea saulus dictus est hebraice. i. tentatio eo q persecutor fuerit ecclesiæ: post uerso nomine de saulo factus est paulus: quod interpretatr admirabilis uel electus. Quia a spiritu sancto electus ab oriente usq3 ad occasum euangeliũ prædicauit: latino aũt sermõe paulus a modico dictus: unde ipse ait. Ego enim sum minimus apostolorum.

paulus dictus est a sergio paulo: quem ad christũ conuertit uel απο της παυλας, id ẽ cessatione psecutionis: uel binomius fuit: uel paulus id est modicus.

paulus interpretatur pius ortus uel requies. Ex tribu beniamin apostolus gentiũ secũdo ãno post passionẽ christi baptizatus sub Nerone Romæ eodẽ die: quo petrus decollatus est.

paulus genere iudæus a tarso ciliciæ natus: puer aũt adductus fuit hierosolymis ad pedes gamalielis ad discẽdas litteras. hic ab hierl'm usq3 ad illyricũ repleuit euangeliũ christi: ad ultimũ sub Nerone in Roma uno eodemq3 die cum petro martyrio coronatr.

paulus de tribu beniamin ex oppido gigascalis: quo a romanis capto tharsum cũ parentibus migrauit: a quibus ob studiũ legis missus est hierl'm: & a gamaliele doctissimo eruditus eodem anno: quo passus est dominus: ad fidem uenit. Secũdo Neronis anno uinctus ductus est Romã: sed de ore leonis liberatus est: occidentalibus. etiam prædicauit. Quartodecimo uero anno Neronis eodem die cũ petro martyrio ut dictũ est coronatur anno post passionem christi. xxxvii. Scripsit uero decẽ epl'as ecclesiis romanis. unã corynthiis. duas galathis. unã ephesis. unã philipensibus. unã co

lossensibus unam : thessalonicensibus duas: hebræis unā: discipulis: duas timotheo : duas tito. unā philemoni.

Pauni ægyptiorū lingua maius mensis.

Pauo onis auis oculatus. nomen de sono uocis habet: cuius caro tam dura est: ut putredinem uix sentiat.

Pauo genus operimenti uel uehiculi.

Pauor dictus quia cædit cor : nam pauire cædere est.

Pauper perpaululum habens.

Pauper qui aliquid habet: licet parum: inops uero qui nihil.

Paupertas honesta esse potest : egestas uero indecens.

Pauperies dānū est: paupertas ipsa conditio.

Pauperare: pauperes efficere.

Paupero as Horatius pauper commune licet figurate iungatur neutris . quia quæ in plurali numero in neutro a non accipiunt terminationem: trium generum non sunt communia. uelut auctor memor custos.

Pauper cuius diminutiuum pauperculus a. um. facit.

Paupera fœmininū antiqui protulerunt.

Pauper dicit̄ pa℞ iperans: unde pauperior rimus culus pauptas paupies paupo as.

Pausa requies: inde pausare id est requiescere.

pausia uel pauia oliua est : quam corrupte rustici pusiā uocāt tundi ligno & suaui dicta ꝙ pauiatur id est tundatur.

Pauus paui & pauo onis auis est oculatis pēnis.

Pauum ciuitatem carpartii: consi mestiphonis filius fecit.

Pauxillum a paulo diminutiuum id est paruum. modicum.

Pax est tranquilla libertas a pacto dicta: posterius uero pax accipit̄: foedus primū init̄.

Pax comp. peltum arcens: inde paco pacas: componitur pacifico as pacificus pacifer. patior cōpatior . & perpetior. paxion dicunt græci descriptionem.

paxillus paruus palus. a palo modicus.

Paxillū genus ferramenti. id est culter.

pax tantūmodo istud significat uel pacifice comicum aduerbium & græcū est.

Pæana: quædam sacrificia.

Pæan pro apolline ponitur.

Pæan pæanis ,ppriū apollinis est uel eius carmē.

Pæanites lapis: qui in macedonia reperit̄.

Pæaton: urbs græcorum.

phæax populus corcyreo℞ fuit.

phœbæ id ē luna a phœbo id ē sole illuminata.

phœbus grece dicit̄ nouus uel purus id est sol.

phœbus a um. id ē phœbi lapis uel aliud.

peccator dicitur qui pro actiōe fœdatur . Omnis peccator immundus non omnis immundus peccator: ut cum uxore sua dormire: aut immundum tangere.

peccator a pelice id ē meretrice uocatus quasi pellicator: quod nomen antiquitus flagitiorum fuit: post uero transiuit in appellationē omninium iniquorum.

peccatum ad prolapsionem corporis refert̄: iniquitas uero ad mentis acerbitatem p̄cedit iniquitas sequit̄ peccatū: sed grauior iniquitas tanꝗ materia. Item peccatū quod admittit̄: piaculū quo expiat̄ admissum. Peccati sicut iniquitatis tres sunt sp̄es: uerbi. operis. cōsuetudinis. Peccatū qd est nisi præuaricatio legis diuinæ: & cælestiū inobedientia mandato℞? Non enim consisteret peccatū: si interdictio nō eēt. Non consistente aūt peccato: non solū malitia sed etiā uirtus fortasse nō esset: quæ nisi aliqua malinæ fuissent semina: uel subsistere uel eminere nō posset. Nō aūt auribus corporis de mādatis celestibus iudicamus: sed cū esset dei uerbū ab illo opiniones quædā boni & mali nobis pullullarūt: dū naturaliter intelligimus malū uitandū: & bonū præceptū. Præceptū igit̄ dei non atramēto inscriptū: sed cordibus nostris spiritu dei tenemus ipressum: ergo opinio humana sibi fit lex dei sicut apostolus ait de gentibus.

peccare: peccatū committere. delinquere.

pechin ulnam id est aquæ mensuram ægyptii uocant.

pecora non serpentes sed quæ in usu hominum sunt solent significare.

pecora significant in carnis uolupetate gaudētes.

pecten pectinis a percutiendo fila dicit̄.

plectrum: inguen.

pectines dicti ꝙ fila tella℞ imprimant.

pectit: pectinat.

pecto tis. plæriꝗ pexui pexi. pexi pectus. pexui uero pexus facit. pecto pectis inde pecten nis inde pectino as pectus.

pectus scdm quosdam peccati thorus: ūde pectusculum pectoralis.

pectus dictū ꝙ sit pexū inter eminentes mamillarum partes : unde pecten dicit̄ ꝙ pexos capillos faciat.

pectus hominis ab aspectu dicitur: non oppressum ut animalium.

pectus nostrum aeri coniungitur: quia sic inde emittitur sicut ex aere uenti spiritus ; hoc pectus ꝑ ectoris.

pectus a percutiendo dicit̄: græce thorax.

pecudes antiqui illa tm̄ dicebant : quæ eduntur ut pecudes.

pecuarius antiquitus dicebatur. qui modo pecuniosus dicitur.

Pecuaria a pecuare. Nam pecua a pecu uenit.

Pecua: pecora. armenta: locaq; pecuaria dicuntur.

Pecuarius: armentarius.

peculator: rerũ publicarũ fur a pecoribus dictus: uel ꝙ sit pecuniæ publice fraudator.

Peculor ans peculatus sus furtũ de re publica. uel furatio de peculio.

Peculatus: iudiciũ in eũ datur: qui pecuniã publicam fraudat. nam a pecunia peculatus. Nõ autem sic iudicat' furtũ de re publica sicut priuatæ. Nã ille sicut sacrilegus iudicat': quia fur est sacrorũ. peculator: qui habet pecuniam.

Peculium propriũ personarũ & seruorũ sine pastorum. Nã peculiũ est: ꝙ dominus filio uel seruo suo pro suo tractare patit'. dictũ a pecudibus in quibus constabat uniuersa substãtia.

Pecunia dicta q̃a prius de pecorũ corio nũmi incidebant' & signabant': post a saturno æreus nũmus inuentus est. Alii a pecoribus dicunt: in quibus eorum constabat pecunia.

Pecuniæ: census. facultates. copiæ.

Pecuniosus qui magnas habet pecunias: interius uero auarus. cupidus. egens.

Pecuosus: qui multa pecora habet a pecu. hoc pecus pecoris & hæc pecus pecudis. ueteres etiã hoc pecu: unde pecua pluraliter.

Placitum dictũ ab eo ꝙ placeat. consilium dictũ initium. Placitum uero est inter partes ex pace conueniens scriptura. Alii dicũt. quod uolens quisq; facit: etiã nolẽs cõpellit': uelut cum quisq; cõparatus est i iudicio ad rñdendũ: qđ nemo dicere potest pactũ sed placitũ.

Placium est stuppa quasi grossitudo serici: & est græcum.

Plaga cœli tractus uł pars: ut plaga oriẽtalis hæc & clima dicitur.

Plaga pars cœli uel restis consita ræti. breuiatur quia est ræte.

Plagas proprie dicimus funes illos: quibus rætia tendunt' circa imam & summam partem.

Plaga uulnus. anxietas. angor molestia: cicatrix.

Protoplastus πρωτόπλαστος primus plasmatus.
Prototypum: quod dicitur pricipale.
Protrahit: dilatat. in medium trahit. differt.ampliat.
Prouehere: ad honorem producere.augere. sublimare: portare.expellere.
Prouehor: honore donor.procedo.
Prouectus: auctus honore.cumulatus.honoratus
Proueho his xi ctus: componitur ex pro & ueho.hic prouectus ctus id est augmentũ.
Prouenit: bene euenit.ad futurũ pficit.
Prouentus tus: casus.bonus euctus.sors.fructus. prosperitas.
Prouerbium: similitudo.figura uerbi.
Prouerbialis species hoc habet cũ pphetia commune: q superficie difficilis uidet: propriũ aũt habet: q ei nec historia nec prophetia miscet: & sola est quæ ita intelligitur ut quodammodo superficies auferatur.
Prouerbia sunt aliud hñtia in medulla: aliud in superficie pollicentia. Prouerbia quippe non hoc sonare quod scriptum est: etiã in euangelio docemur sic: q in parabolis & prouerbiis locutus sit dominus.
Prouerbiorũ liber dicit q Salomõ in ipso sub cõparatiua similitudine figuras uerborũ & imagines ostẽdit.ipsam aũt ueritatẽ ad intelligendũ legentibus reseruauit.
Prouidet: procurat.pmeditatur.rimatur. ãteuidet
Prouidus: prouisor.sagax.porro uidens.
Prouidentia: est ipsa illa ratio diuina in summo omnium principe cõstituta: quæ pariter complectit: cunctaq disponit: quis diuersa quis infinita. Eadem uero aduatio digesta temporibus fatum uocatur pendetq unum ex altero. Quæ igitur sunt sub fato sunt quoq sub prouidentia. Quædã uero sub prouidẽtia fati seriem superant. ut quæ sunt ppinqua primæ diuinitati stabiliter fixa.
Prouinciæ de nomine auctoris quædam primus appellatæ sunt: & postea a prouincia nomen gẽtis est factum. Nam ab italo italia: & rursus ab italia itali: & sic utimur nomine gentis: quomodo fuit ipsum nomen auctoris.

Prouinciæ ex hac causa dictæ: quia pricipatus gẽtium: qui ad alios reges pertinebant: cũ in ius suum romani uincendo redigerent: pcul positas regiones puincias appellauerunt.
Prouinciæ a porro uincendæ dictæ.
Prouincia propriũ est regionis cuiusdam.
Prouincia significat celeriter aduerbium & prouidentiam & officium: ut ex prouidentia factũ est id est ex officio.
Prouocat: porro uel ãte uocat ad iram uel ad bellum commouet.cõpellit.
Prouulgat: propalat.diffamat.
Prout: sicut.qualiter.uel ut.
Prout: pape.
Proxenia: quæ inter emptorem & uenditorem est.
Proximi: uicini.affines.agnati.propinqui.
Proximus: propter proximitatem sanguinis dictus.
Proximũ: omnẽ hominẽ oportet intelligi: qa nemo est cũ quo sit operandum malum.
Proximus proximior a legis latoribus dicit.
Prudens quasi porro uidens dicitur.
prouidus: consideratus.eruditus.
prudẽtia est agnitio ueræ fidei & scientia scripturarũ: in qua intueri oportet illam trimodam intelligentiam.primũ historialiter: ut sunt decẽ præcepta: secundum permixtũ historialiter & tropice: sicut de sarra & agar: quæ duæ mulieres ueræ fuerunt: & tropice duo testamenta significauerũt. Tertium quod tantum spiritualiter fiet cantica canticorũ.
prudentia humanis rebus: sapientia diuinis tribuitur.
prudentiæ partes sunt sciẽtia rerum ciuilium militariũ terrestriũ & nauticarum.
prudens est utilis rerũ futurarũ ordiator: peritus uero usu doctus: callidus exercitatione artis instructus: facũdus qui facile fari possit.
prudentia est rerũ bonarũ & malarũ sciẽtia. partes eius sunt: memoria: intelligentia: prouidentia.
pruina est matutinis tẽporibus frigus & roris ac congelatio. Inde dicta quasi sit ignis. pyr enim græce ignis.urere eni ad frigus & ad solem pariter: quia duo diuersa uno noie significantur Similis eni uis caloris & frigoris: unde utraq saxa rumpit: & uterq urit.
pruina est aqua hyemalis alba.
pruina artiũ doctrina.eruditio honestarũ.
pruna est qdiu ardet: cũ aũt extincta fuerit carbones noiantur: dicta est aũt a puriendo.
prunæ: carbones uiui.
prunum latini ob colorem uocant: rubẽt enim eius poma.
prunus: ipsa arbor est & fœmininum. prunum uero pomum neutrum est.

prurire:libidinē cōmouere: uel delectando uri.
prurigo:scalptio.
pruno ris riui. pruritus tus.
psallere est organum assumere: quod psalterium dicitur: & pulsu manuū uocibus concordare. psallēdi aūt usum dauid propheta i magno mysterio prodidit ecclesiæ: cuius psalteriū idcirco cū melodia cātilenarum suauium ab ecclesia frequentat: quo facilius animi ad compūctionē flectant. primitiua autem ecclesia ita psallebat ut modico flexu uocis faceret resonare psallentem: ita ut pronūcianti uicinior esset q̄ canenti. propter carnales aūt nō propter spirituales consuetudo cantandi est instituta: ut quia nō uerbis conpūgunt: modulationis suauitate moueantur. Sicut beatus Augustinus protestatur dicēs. Omnes enī affectus pro sonorum diuersitate nescio qua occulta familiaritate excitantur magis: cū suaui & artificiosa uoce cantat.
psalterium decem chordarum est: quia decē sunt præcepta. Tangis decē chordas & occidis totidē bestias id est uitia. ita cadentibus omnibus bestiis: sicut per ordinē sunt præcepta: securus & innocēs in dei dilectione & humana societate uersans. Sunt aūt hæ bestiæ superstitionis erroris amoris sæculi impietatis libidinis crudelitatis rapacitatis falsitatis adulterniæ cogitationis: cupiditatis.
psalma est quod psallitur.
psalmi dicunt quia cantantur ad psalteriū: quem usum dauid in magno mysterio prodidit. hæc autem duo in quibusdam psalmorum titulis iuxta musicam alternatim sibi apponunt. Nam canticum psalmi est: cū id quod organū modulatur: uox postea cantātis eloquit. psalmus uero cantici quādo qđ humana uox proloquit ars organi modulantis imitat. Inter psalmū & canticū hoc interest: q canticū ore profertur. psalmus aūt ad uisibile organū id est psalteriū canitur.
psalmistæ a psalmis canēdis dicti: lectores enim prædicant populis quid sequant. Isti cantores canūt: ut excitēt aīos audientiū ad cōpunctionem: quorum principes uel auctores dauid siue asaph extiterūt. postmodū uero per successionem fuerunt: sicut ordo sacerdotalis. Mortuo aūt asaph filii eius in suū ordinē subrogati sūt a dauid: qui soli cōtinuis diebus in tēplo canebant cādidatis induti stolis ad uocē unius respondēte choro. Ex hoc ueteri more ecclesia sumpsit exemplū nutriendi psalmistas uoce & arte præclaros hñtes sonū & melodiā sanctæ religioni congruentē: non qui musico gestu uel tragœdiali arte redoleat: id est nō quæ magicam exclamet artem: sed quæ compūctionē magis audientibus faciat. Antiqui pridie q̄ cātandū erat: cibis abstinebāt: pallētia tamen legumina causa uocis assiduæ utebant.
psalmorum liber græce psalteriū hebraice nabla: latine organū dicit. Titulus aūt in psalteriis hebraicis ita est. sepharthelym quod interpretatur uolumen hymnorum. Auctores aūt psalmorum qui ponunt in titulis Moyses scil. Sed & dauid & salomon & asaph & aman & ydithum & filii chore Eman hezraelita. Quos Esdras in uno uolumine comprahēdere uoluit. Oēs autem psalmi apud hebræos metrico carmie cōpositi sunt. Nā in more flacci romani & græci pindari nūc alii iambo currūt: nūc alcaico: nūc sapphico trimetro uel tetrametro pede icedētes.
psalterium genus organi musici est: quod artifex tenens: licet modulamie quodam sonorum suauitas quasi cātatio uideat: tñ nō canticum sed psalmus de psalterio nomiatur. Canticū uero simplici uoce cantātis exprimitur.
psalterii repertor tubal perhibetur.
psalterium aūt quod uulgo canticum dicit a psallendo noiatum: q ad eius uocē chorus consonando respōdeat. Est aūt simile cytharæ barbaricæ i modū deltæ litteræ. Sed hæc est differentia q psalteriū quod uulgo polyphthogō dicitur lignū illud concauum: unde sonus superius reddit: habet: & deorsum ferunt chordæ: & desuper sonāt. Cithara uero concauitatem ligni iferius hēt. Sed cithara diuersis chordarum numeris a ueteribus constat.
psalterio aūt decachordo hebræi usi sunt propter numerum decalogū legis: unde dauid: in psalterio decē chordarum psallam tibi.
psalterion sambucū græcū est.
psalteria sambucistra græcū est.
psaltes psalterium ψαλλοςτα psallentem.
psallo is psalli: defectiuū unde psalmista psalterium. psalmographus.
psalmodes harenæ sunt in uesica: nascunt enī ex indigestione ciborum q̄ maximū ex aqua turbida & limosa bibēdo. Quod si non purgata fuerit uesica per urinā: ut ipse arenæ diger. nt calculum faciunt: qui sunt lapides magni.
pseudos ψευδος græce mendacium.
pseudomeri ψευδομ: qui dicunt fallaces a græcis: qui rem aliquam mentionibus conantur asserere.
pseudo prophetæ græce id est falsi & mendaces.
pseudorum id est posticum: id est latens ostiū remotum a publico.
pseudographus: falsus scriptor.
psisiaci sunt: qui lumborum dolorem patiūtur. ψηφος calculus.
psiacum ciliciū cinis holocaustum.
psyche ψυχη anima.
psyconia: animalia.

psychomachia uirtutum uitiorumq; pugna quæ in anima fit.
Psile lenitas uel siccitas exilis leue purum Nota ē dextera pars aspirationis
psyllos populus uenenis serpentium resistens
psylli ψιλλοῦ medici.
psyllios pulicaria hærba idest coriādrū dicta q; semē pulicis simile habeat:unde pulica latine dī
Psitacus auis indiæ littoribus gignitur grādi lingua unde articulata uerba exprimit Ex natura autem salutat dicens aue χειρε chære. Cætera nomina institutione discit.
pte πτι græce aliquando.
phthia patria achilis urbs thessaliæ.
ptyriasis idest qui cum urinam faciunt:uelut furfures supernatant: qui nascuntur ex calculo:q capillos dicunt per urinam.
ptisanarium mortarium a ptisanis.
ptisanæ πτισσαῦεῖ græce dicuntur qui propne fieri solēt in pila hinc est illud. Si cōtuderis stultū ī pila quasi ptisana feriēte desup pilo
ptisenæ ex diuersis pigmentis fiūt & liquoribus has qdā faciūt de ordeo ī pila q' decorticat.
ptolomæi omnes reges ægypti dicuntur: Sicut Romani cæsares.
ptolemais & beronice inclitæ urbes libyæ a regibus ægypti nominatæ a qbus adificatæ sunt
phthongi idest soni inde diphthongus idest dualis sonus.
ptotos casus.
ptosis πτωσισ græce casus.
ptoton casuale.
pubes iuuenum multitudo uel pars corporis .
pudencia uel lanugo barbæ.
pubes modo iuuētutē modo genitalia significat
puberes a pube id est pudenda corporis dicti q; hæc loca tunc primum lanuginem ducunt q tunc puberes esse putantur cū xiiii annos explcuerit quāuis alias nōdum pubescat. qui cū ex habitu corporis pubertatem ostendunt: generare iam posunt.
pubis puberis Alii dicunt pubes uł puber puberis. Ex hoc tamen compositū: hic & hæc impubis & hoc impube huius impubis facit:ut impubis iuli. facit etiā īpuberis.
pubes pubis ꝓ iuuenum collectiōe uel ætas ipsa pro lanugo pro pars pudenda. Cum uero ipsos iuuenes significat pubes uel puber huius puberis facit & est adiectiuū comune ut prisc. Quod nisi puberem te ia iam haberet.
pubertas: adolescētia iuuentus.
pubetat: crescit .icrementat.
pubentes crescentes. florentes.
pubescit: crescit. iuuenescit.
pubeda iuuenis adolescens.
pubetenus usq; ad inguinem.

Publipor ꝓ publii puer dicebāt ātiq publiporis.
Publicani dicuntur conductores uectigaliū fisci uel rerū publicarum: uel qui publica negocia sæculi & lucra sectant'.
Publica uia dī: q̄ ī solo publico est. q̄ iter populo patet: hæc aūt ad mare aut ad oppidū ptinet.
Publicus pro πυβλικοσ dicimus.
Publicus publicanus: sicut rusticus rusticanus.
Publicat: ad publicum dat.
Pudet: turpe fit: a puer q; dudet: inde deriuat' pudor Componitur pudicus pudibūdus.
Pudet quē propter turpitudinē uel amorē: piget propter multitudinem.
Pudet īpersonale uerbū pudebat puduit.
Pudēda genitalia ab eo q; pudeat illoȝ uel a pube dicta.
Pudendū: fœdū. erubescendum.
Pudens opinionē uerā falsamue metuit. uerecūdus uero non nisi ueram.
Pudor corporis est: pudicitia mentis.
Puella uidet' añdcā q̄si pupella. i. puulla: uñ pupilli nō pro cōditione sed pro ætate dicūtur.
Puella ī ueste & ætate paruula dī quasi pulla.
Puerpera uero quæ primū enixa est.
Puer componit' a pus & hæret: ide pudet.
Puer a puritate dictus: q a purus est: & nondū lanuginem habet: hi sunt ephei.
Puer dicit' tribus modis ꝓ natiuitate: ut puer natus est nobis: pro ætate ut octēuis: ꝓ obsequio & fidei puritate: ut puer meus es tu: cū Hieremias lōge pueritiam excessisset: prisc. hic puer huius pueri: cuius fœmininū puera dicebant ātiq: uñ puerpa dī. q̄ pueȝ uel pueram parit. id est puellā: qđ' ē diminutiuū a puera: ut a tenera tenella: ueteres tū hic & hæc puer & puellus & puella dicebant.
Pueres ꝓ puellis & puellos ꝓ pueris īuenimus.
Pueritia a puritate dicta ætas: hæc a septimo āno usq; ad quartūdecimum annum tendit.
Puerpera dcā ꝓpē: q̄ p̄mū enixa ē eo q; puræ id' ē puellæ uel pueræ admodū pariāt.
Puerpera dicta uel q; primo partu grauet': uel q; primū puerum pariat.
Puerperiū. p̄mus ptus uł puer ī utero formatus.
Pugil: pugnator. pcussor a pugno uel a pugione dictus.
Pugil: pancratiarius.
Pugil generis masculini.
Pugillari est pancratiū id est pugnā facere. unde pugillator.
Pugillator dictus nō q; usum pugillatoriæ artis exerceat. sed q; ab ea scd'm potētiā naturalē affectus sit. uñ nō pugillatores a pugillatoria dicti sunt arte sed magis pugiles. Pugil eni ē: q pugillatoria utitur arte sicut cursor.
pugillatoria ars non est proposita scd'm naturā

sed secũdum usum. Sic de cæteris artibus. Ars tamen imitatur naturam.

Pugillator: q de manu in manũ mimos subtrahit

Pugillaris: tabula quæ pugno tenetur: uel paruus liber.

Pugillares generis masculini semp pluraliter: quia pugillaris ẽ qui plures tabulas continet.

Pugillaris etiam singulariter dicitur.

Pugillus: paruus pugnus. diminutiuũ interius receptaculũ pugni paruissimum.

Pugio a pungẽdo & transfigendo dictus. Est enĩ gladius bis acutus paruus lateri adhærens: idẽ & clunabulum.

Pugnus a pugillo dicit: cũ manus attrahit: sicut palma a pansis palmæ ramis.

Pugnus a puniẽdo uel pũgendo uel pingẽdo uł a pugnando dicitur.

Pugnus: diminutiuum pugillus: sicut tignum tigillum.

Pugnat: bellat. laborat. contendit. resistit.

Pugnax: bellator.

Pugnaciter: quasi pugnando.

Pugna dicta: quod in initio fuit usus in bello pugnis cõtẽdere: uel quia primo bellũ pugnis incipiebãt: unde inter duos est interdum & sine ferro.

Pulla uestis nigra pretiosa.

Pullus la lum niger.

Pullatus niger. fuscus: qui nigris uestibus utitur in luctu.

Pulcher a specie cutis dictus id ẽ pellis. postea trãsiuit in genus.

Pulcher a pellendo fœdum pul chrior rimus pulchritudo. cõponit sepulchrũ sepulchralis.

Pulcherrime: egregie. speciosissime.

Pulchre: recte. probe. honeste.

Pulli dicuntur omniũ auiũ nati: sed & aĩalium eo q polluti sint: quia recentes sunt: unde uestis nigra dicitur pulla.

Pulicaris hærba dicta q semen hẽat simile pulicis hæc & psilios dicitur.

Pulices dicti q magis ex puluere nutriuntur hic pulex huius pulicis.

Puligor aris: deponens.

Pulma dicta q cũ pulte mixta uescebatur: ũde pulmentariũ dicitur.

Pulmentum uocatur a pulte siue enĩ sola pultis: siue quid aliud eius permixtione sumatur: pulmentũ proprie dicitur.

Pulmo qui græce πλεύμον pleumon dicitur: iacet in thoracis spatio. spongiæ similis & multæ uarietatũ: ideoq in seipm recipiẽdi hẽt potestatẽ in simi litudinẽ follis fabrorũ. Spiritum autem spumosum ideo excreamus. q pressura pulmõis spumã agit ad modũ tortæ uestis.

Pulmo ex græco pleumon dicit eo q cordis flabellum sit: in quo pneuma id est spũs sit: i quo aer continetur: qui accipitur & redditur.

Pulpa: caro sine pinguedine dicta q palpitet: resilit enĩ sæpe: hanc pleriq uiscum uocant: q sit glutinosa.

Pulpa: caro accumulata.

Pulpamentum: delectamentum.

Pulpitũ dictũ q i eo lector uel psalmista positus in publico conspici a populo possit.

Pulpud nomen opidi masculinum.

Pulsare: rogare. percutere. cedere. pellere. frequẽtatiuum: a pello.

Pulsus: eiectus. fugatus. a pello r eris pulsus.

Pulsus sus uocatus q palpitet: cuius idicio aut ifirmitatem intelligimus aut sanitatem.

Puls tis pulmentũ simplex ex farina a pellẽdo scilicet debilitatem.

Pultes placentæ: quæ tenuissimæ sunt.

Puluereus: ex puluere factus.

Puluerule ntus: ex puluere plenus.

Puluillus: id est plumacium.

Puluinar. lectus diuitum est: unde puluillus uel a puluino diminutiuum.

Puluinar: capitale. plumacium. templum. ¶

Puluinaria: lecti strata. cæremoniæ res diuinæ. templa. honores domini. sacra loca dicuntur.

puluinaria proprie lecti: qui sternunt in tẽplis. interdum pro templis.

Puluinus priuati hominis ceruical: puluinar uero principum uel lectisternium quod sternebatur in templis.

puluinus lectus: unde puluillus diminutiuum.

puluini: machinæ sunt: quibus naues deducunt: & subducuntur in portum.

puluis dictus q ui uẽti pulsetur: sicut ait propheta: tanq puluis quẽ proicit uentus. hic puluis uel puluer pulueris singulariter declinat semper usu.

puluis significat peccatores: uel carnis uanitatem uel terrenam intelligentiam.

Puluis puteolanus: i puteolãis collibus italiæ colligit: opponit q ad sustinẽda maria fluctusq frangẽdos. Nã mersus i aqs fit lapis.

pullulat: germinat. crescit. uiolat.

pnellat. pollet cum lætitia.

pulsus: natus cuiuscũq animalis. dictus quasi pollutus.

pullus pulla pullum. niger gra grum. fuscus uel pusillus.

pumex pumicis: lapis spongiosus & aridus. quo utunt in polliendis libris.

pumex dictus q spumæ densitate concretus fiat tantã refrigerandi naturã hẽns: ut in uase missis: musta feruere desinant.

pumilius: mollis & iners.

punacia: radix salutaris.

punctum dicitur:in quo stillum semel ponimus & eleuamus.

punctū a pungendo dictum:signum uel finis in corpore adeo breuissimum ꝙ iterualo careat In tempore quoqꝫ uel horis pticula quædam ponitur.facit autem pūctū uel pūctus.

Punctū geometræ dicūt ꝙ icomphēsibilē breuitatē sui in partes diuidi non possit:nec ipsū pars aliqua sed tātūmodo : signū esse dicit᷑.

Punicum malum dictum ꝙ ex punica regione aduectum sit.idem & granatum.

Punica africana maurica.

Puniceum fit a phœniceum œ in u

Phœnices:punices

Puniceus pro φοινίκεος.

Puniceum:rubeum.roseum.africanum pomum cuius diuersa sunt genera.

Punicani lecti parui & humiles carthagine primū aduecti: unde & dicti.

Punit:ulciscitur.supplicio afficit consumit

Punitio:supplicium.ultio.

Pupare:crescere.

Pupæ imagines: quas puellæ faciunt.

Pupilla est medius punctus oculi.in quo uis uidendi est : & ubi paruæ imagines uident᷑: unde & dicūtur:nā paruuli pupilli dicūtur:hāc plærīqꝫ pupullam uocāt.Vocat᷑ aūt pupilla ꝙ sit dura ut sunt pupilli & puellæ: has physici dicunt ante triduū morituris non apparere.

Pupilla significat humanitatem per quam dirigitur iudicium.

Pupilli orphani dicti quasi sine oculis : id est parentibus orbi; hi uere dicuntur pupilli quorum patres antedecesserint ꝗ nomen ab his acceperint:cæteri orbi dicuntur.

Pupillus dici potest cui morit᷑ pater hic mūdus.

Pupilli quasi patribus priuati.

Puppis:posterior pars nauis ē:dicta quasi post ponitur pro naui.

Pupullæ pupillæ pupulla pupullæ principale.

Pupus:puerulus.

Pura:munda.nitida.serens.suauis.canora.

Purus rior ssimus puritas:purifico.

Purgat:mundat a sordibus.liquidat.puræ agit.

Purgare est cunctis sordibus reiectis solum puræ relinquere.

Purgatio est cum factum quidem conceditur: sed culpa remouetur; hæc tres habet partes.imprudentiam.cassum.necessitatem.

Purpura apud latinos a puritate lucis dicta: apud græcos autem porphyra dicit᷑ cū aspiratione: hac in regno romanoꝝ prius usus est Tullus hostilius post sequentes.

purpureum πορφύρεον dicimus.

purpuro as aui.

purpureus:roseus speciosus.

purpura fit ex prima tinctura conchilii luceteqꝫ sub nigra rubedine.Coccus uero ex secunda magis rubet.

purpureæ uuæ a colore dicuntur.

purpureum mare profundū & pulchrū ut purpureum nemus.

purpuritis marmor rubens ex ægypto cādidis īteruenientibus punctis.

purulentæ:execrationes a pulmone.

purulentum:putridum.

purus serenus.suauis mundus.

pus sanies:corruptus hūor quod postula uulgo dicitur uel solutio.

pus ueneris custodia est:prisc.

pus neutrum indeclinabile.

pus inde deriuatur putreo es:putredo putresco: putridus.Cōponitur computreo sco a pus & hæret cōponitur puer pudet pudor.a quo cōponit᷑ porcus s pus dī pusillus:unde cōponit᷑ pusillanimus pusillanimitas ter.

pusillum:pro pauxillum.

pusillus:paruus modicus.

pusius paruus.

pusilanimis pusilli animi.desperans.

pustula in superficie corporis turgida ueluti collectio.

putare purgare superuacuū resecare Inde putamē idest ablatio.purgatio Cōponitur amputare

putare etiam æstimare.arbitrari.dubitātis ē uerbum Componit᷑ cōputo dep.rep.imp supp

puta quidam aduerbium dicunt:unde psius id computat:ut hoc puta non iustum est.

putet fetet male olet puteo es dicitur

puteus.locus defossus ex quo haurit᷑ aqua.a potando dicitur.

puteal locus i foro ubi fœneratores dabant & accipiebant pecuniam.

puteolanum ciuitas prope baias in campania

puteus aqua uiua in alto est fons i supficie Omnis puteus fons sed non conuertitur.

puticuli:qui ad uera prospiciunt.

putridus:grauiter oleus & acerbe fetidus.Ser.

putor oris putredo.

putidus:amarus.odiosus.inuisus.fetidus.

Puteo es.a post uel pus deriuatur: inde putredo: putresco.

putris: solubilis.

putre:dissolutum.corruptum.hic & hæc putris & hoc putre.

Putredo:sanies.

q

Littera prius nõ erat: unde superuacua uocata est: quã ueteres p e cuncta scripserunt: hanc præter latinos nulli resonant uel habẽt.

Qua: unde. quo. in quam partem.

Qua: per quam. qua ratione. inquantum.

Qua interrogatiuum per locũ: ut qua trãsisti. Responsiua eius: hac illac istac.

Quactilium dictũ quasi quactũ id est coagulatum acta enĩ secũ alia specie coagulatur.

Qua de re: ppter quã rem. cur. quõ. qua ratiõe.

Quadragesima: est tempus ieiunii: quod a ueteribus libris cœpit & ieiunio moysi & heliæ & ex euangelio: quia totidem diebus ieiunauit christus: cuius obseruatio in qua parte anni congruentius constitueretur: nisi confinis atq; cõtinua dñicæ passionis: quæ i ea significatur.

Quadragenarius numerus est pfectus: propter domini ieiunium. uel propter decalogum legis & euangelia quattuor.

Quadraginta componitur ex quattuor & geniti sicut uiginti bis geniti: & triginta tergeniti. & cæteri. Deriuat inde quadragesimus ma mũ. quadragies quadragenie a quadragintuplũ: quadragenarius. a um. componit inde quadrigenti. tæ. ta. pro quadricenti ex quadraginta & centũ: ex quo iterum deriuat quadringẽtesimus ma mũ. quadringenties. quadringẽteni: quadringẽtuplũ: sic i cæteris numeris debebis inuenire. Omnes enĩ numeri quinq; species habent. Numerale ut unus duo tres. Ordinale: ut primus secũdus tertius. Diuiduũ uel distributiuũ: ut singuli bini terni. Ponderale ut symplũ duplũ triplũ. Aduerbiale ut bis ter.

Quadrãs est genus nummi habẽs duo minuta.

Quadrare: congruere. consentire.

Quadrantem hebræi uocant q unciæ quartã partem appendit.

Quadrans uel quadras dictus quasi quarta pars assis id est libræ: quæ sunt tres unciæ sicq; signatur. Priscianus. hic quadrans quadrãtis.

Quadrangulus q ex quattuor angulis constat. figura est.

Quadrantal: amphora mensura.

Quadratum est quod quattuor æqualibus lineis & quattuor rectis angulis cõtinetur.

Quadrigæ & bigæ & trigæ & iugæ a numero equorum & iugo dictæ.

Quadrigas soli. bigas lunæ. trigas inferis. iugas ioui sacrauerunt pagani.

Quadriga solis a quattuor equis dicta: quia per quattuor anni tempora currit.

Quadriiugos: currus quattuor rotaye dicimus a a quattuor iugis.

Quadrifidus: in quattuor partes fissus. i. diuisus.

Quadrifigæ quattuor eadem petunt uiæ.

Quadruplator: fœnerator qui quadruplum fœnus accipit. immo accusator: qui ex accusati dãnatione quartam sortitur partem.

Quadruplo & qdruplor idẽ significabat antiquus.

Quadruplus est: cum de duobus numeris minor quater in maiore numeratur: ut quattuor ad unum qui facit symphoniam disdyapason.

Quadriuium: ubi quattuor uiæ conueniũt: inde quattuor artes id est arithmetica. geometria. musica. astronomia quadriuium nomen accẽperunt: quia se adinuicem cõplectantur & contineant: ut non bene unã nouerit: qui alias non nouerit: orbatusq; uno uideatur oculo.

Quadrua: quaternaria.

Quadrupedia dicta quia quattuor pedibus gradiuntur: quæ dum sint similia pecoribus. tamẽ sub cura humana nõ sunt: ut cerui damæ onagri & cætera. Sed neq; bestiæ sunt: ut leones: neq; iumẽta: ut usus hominũ iuuare possint.

Quadrupes cõe sicut bipes: quadrupedis facit.

Qualitas dicta: q p eã qlis qs sit oñdit ut sapiẽs.

Qualis est qualitatis: penultima circũflectit quãdo interrogatiuũ est: quando uero infinitiuũ uel relatiuũ: acuit ultima: quæ tamen in lectiõe sopitur. Similiter quantus.

Qualitas est secundum quã quales esse dicimus. Qualitatis proprium est secundũ eã simile & dissimile dici. Qualitas est eorum quæ multipliciter dicunt. Nam una species habitus dispositioq;: habitus uero diuturnior est: ut sciẽtia uel uirtutes. iustitia. castitas & similia. Affectiones uero sunt cito pmutabiles: ut calor frigiditas ægritudo sanitas & similia. Aliud genus est secundũ naturalẽ potentiam uel impotentiam: secundũ qd pugillatores & cursores dicimus: nõ q sint dispositi: sed q hẽant potẽtiam naturalẽ uel facere quid facile uel nil pati: ut ægrotatiui. Similia sunt durum & molle. Tertia species qualitatis est: passibiles qualitates & passiones: ut dulcedo & nigredo. Passibiles qualitates dicuntur: non q ea quæ ipsas susceperint: aliquid patiant: ut dulcedo in melle calor & frigus in eis: quæ ipsa suscipiunt: sed quia passiones inferũt sensibus. Albedo autẽ & nigredo & cæteri colores non similiter his dicuntur passibiles qualitates: sed qa ab aliquibus passionibus nascunt. Quæ igit a passionibus permanẽtibus uel naturalibus fiunt: passibiles qualitates dicunt. Quæ uero a cito trãseuntibus: ut ppter uerecundiam rubẽs factus: passiones dicunt. Quartum genus forma & circa aliquid constans figura. amplius rectitudo & curuitas. Secundũ eni unumquodq; eo

rum quale quid dicitur & quadratum curuū & tectum quale qd dicit' asperum uero & lene rarū & spissum non qualitatem sed positionem significat.

Quale dicimus ipsam qualitatem & illam rem quæ qualitatem participat.

Qualitas uero dicit' sola ipsa res quæ participari potest.

Qualus corbes: quo uua portatur: uel cola idest cophinus præloge: per quem mustum fluit a colando dictus Qualus eius diminutiuū hoc quasillum.

Quam nomen infinitum relatiuū interrogatiuū est aduerbium comparandi: ut tam tu q̄ ego. Ponit' pro ualde ut q̄bonus pro ualde bonus

Quam quādo est similitudinis uel cōparationis siue electionis aduerbium accipitur comparatiuum est quādo præcedit magis uel comparatiuum nomē ut magis q̄ tu: melius q̄ tu Similitudinis quando præcedit uel sequit' tā ut tā tu q̄ ego: licet ubique sit cōparatio: ubi est similitudo Electiuum est quando significat partem illam cui adiūgit' dimitti & illā eligi ut tempus est medicinæ q̄ querelæ

Quam est disertiua uel electiua coniunctio ut diues uolo esse q̄ pauper. Est & aduerbium similitudinis pro ut duplicatū ꝑ coniunctione aduersatiua ponitur quāq̄.

Quandiu. usq; ad finem.

Quandudum iam pridem. iam ante.

Quandudum interorgantis est iam dudum respondentis.

Quam in partem? qd sibi uult?.

Quo pertinet? ad quid spectat? quare.

Quam pridem. iam olim.

Quam primum ante omnia.

Quāq̄ q̄uis tā&si etiam quantū.

Quāquā conponitur ex duobus acusatiuis.

Quāq; uersū qualibet ex parte.

Quamsi ueluti acsi.

Quāuis licet tanetsi prisc.

Quāuis uerbum est cū aduerbio: ꝑ aduersatiua coniūctione ꝑ q̄q̄ etsi.

Quanam uel qua. cur. quare. qua de causa.

Quanā parte: in qua pre. adiectio syllabica.

Quandam aliquā. m. in n. mutatur sequente. d. dam est adiectio syllabica.

Quādo aduerbiū tēporis est: & est itertogādi ut quādo uenisti. Est īfinitū ut qñ ueniā faciā potest esse relatiuū: ut quādo erā iuuenis peccaui uel redditiuū ut quo tēpore uēisti quādo legebas Accentu tamē discernitur quomodo & noīa interrogatiua & relatiua. Nam interrogatiuum acuit penultimam. infinitū uel relatiuum per omnes syllabas grauatur ab eo cōposita: Aliquando nequando. infinita sunt: & ante penultimam acuunt. quando: sæpe pro coniunctione ponitur causali: ut sabor enim quando hæc te cura remordet.

Quandoq; aliquando saltem post tēpus.

Quando: qm̄ quatenus.

Quanta quam magna.

Quantus quam magnus qualis inde quātulus & quantillus.

Quantulum. modicum. minimum

Quantulum: res modica.

Quantus & tantus ad mensuram

Quot & tot ad numerum. sed tamen tanti & quanti pro numero ponuntur.

Quantus est interrogatiuū qñ acuit penultimā: infinitū uel relatiuū quādo ultima: sed sopit' in lectiōe. Quātitatis ꝓpriū est: q̄ æquale & īæquale dicit'. Quātitatis aūt aliud ē ꝯcōtinuū aliud discretū: & aliud ex habētibus positionē ad se īuicē suis ꝑtibus cōstat: aliud ex nō habentibus. Est aūt discreta quātitas ut nūerus & oratio: cōtinua uero ut linea supficies: bicubitum: tricubitū corpus: præter hæc locus & tempus. Proprie aūt quātitates hæ sunt: aliæ uero oēs sc̄d'm accidens. ad hæc eni aspitientes: & alias dicimus q̄titates. Multam eni dicitur albū q̄ supfioes multa sit. & actio lōga: q̄ tempus longū sit. & motus multus: ut q multo tēpore currit. Definite quātitati nihil est cōtrarium: nisi qs dicat multa paucis: uel magna paruo cōtraria: sed hæc magis sunt ad aliqd.

Quātitas est mensura. per quam aliquid magnū minusue ostendit' uel longo uel breui.

Quātotius: uelocius. celerius.

Quapropter: q̄obrem. propterea. quo pacto.

Quaqua uersum: qual bet ex parte.

Quaqua uersum: in qualibet partem.

Quaquila: graculus genus auis. uulgo coturnix

Quare: propter quod. ergo. pro quod. cur. itaq;.

Quartariū genus mensuræ: id est urna.

Quassat: uexat. corrūpit: frequentatiuū a quatio quatis.

Quassum cōmotū: fatigatū: attritū: a q̄do tis.

Quasi aliquādo pro similitudine aliquando pro ueritate ponit'. pro similitudine: ut quasi tristes: semper autem gaudentes: pro ueritate: ut uidimus gloriam eius gloriam quasi unigeniti a patre. Aliquādo nihil differt utrū pro similitudine an pro ueritate ponat': ut in Iob: quasi impios percussit eos in loco uidentiū.

Quasi: sicut. uti. tanq̄. uelut.

Quasillum latinum est: quod græce calathum dicitur.

Quasillum neutrum est diminutiuum a qualo masculino.

Quatit: commouet: uibrat. corruscat.

Quatitur: tremit. concutitur. formidat.

Quatio tis quassi sed non est in usu quassum facit: unde frequentatiuū quasso sas. cōponit᷑ pcutio incutio concutio discutio.

Quatenus: qua ratione. qualiter. quandiu. pro eo quod. huculq; quousq;.

Quatinus pro ut ponitur.

Quatinus est coniūctio causalis: ut si dicas. quatinus hoc sine plaga non facis. quatenus uero loci aduerbium uel temporis ut cum dicimus quatenus ibimus: usq; quoq;.

Quatenus? qua ratione? quo ordie? quomodo? usq; ad quem finem.

Quatenus aduerbium loci uel tēporis id est quousq; per e scribitur. Coniunctio causalis per i quatinus.

Quaternarius sacratus est propter quattuor flumina paradisi. uel quattuor euāgelia. seu quattuor partes mūdi. uel. iiii pncipales uirtutes.

Quattuor a figura quadrata nominatum.

Quattuor duobus tt scribitur & ideo producitur quater uero per unum: quod breuiatur.

Quattuor: inde dicit᷑ quartus. quater. quaternus. quadruplus. i. numerale ordiale: aduerbiale diuiduū uel distributiuū. Ponderale sicut & i cæteris numeris præter hæc. quartanus. quadratus. quadratura. quaternio quaterniōis. q̄drus quattuurius. & uerbū quadro as. cōponit᷑ quattuordeci & q̄dragita cū suis deriuatiuis & compositis. cōponit᷑ etiā quadrāgulus & q̄terdecimus quaterdecies a quater. cōponitur quadruplum. quadruplex. quadruplicitas. quadrupliciter. quadruplo as & quadruplico. cōponit᷑ quadriptitus & quadrifanam.

Quaxat: pro rana dicitur: sicut pro coruo. crocitat ranarum est.

Que coniūctio copulatiua per e solū scribit᷑: & uidetur fieri a græca coniū ctiōe quæ est τε.

Quæ quando est nomen per æ diphthongum scribendū & in singulari fœminino: & i plurali neutro: & est interrogatiuū: relatiuum & infinitum.

Quæ: coniungit ue distinguit.

Que coniūctio est copulatiua postpositiua & inclinatiua quæ græce τε dicitur. cōponitur ide quoq; atq; neq; quoq;: nec a neq; factū p apocopam: quia nō potuit q manere i fine i c mutatū est. syllabice quoq; addit᷑ in fine & uim cōiunctionis amittit & enclitice: ut ūdiq; deniq; itaq;. quando antepenultima acuto pfert᷑ cōiunctio est rōnalis: ut utraq; plæraq; q̄ acuunt penultimā propter masculinū & neutrū. pris.

Quæ q̄n uim coniūctionis non hēt: syllaba ē ps orationis: ut utiq; itaq;.

Que copulatiua postpositiua: & non solū significat: sed etiam τε græcam: quadoq; repletiua ē ut alchandrūq; aliūq;.

Quelibet: quæcunq; quæuult.

Quemadmodū. sicut. ueluti.

Quēpiam: quencūq; aliquem.

Quennam: quis igitur. quēnam interrogatiuū.

Quendam cū dicimus certū aliquē uolumus significare: si nō exprimimus nomen: quomodo dinoscatur: ut illad: ite in ciuitatem ad quēdam: si ehi dixisset ad quenlibet uel ad quencunq; non esset certus homo. Sciebat quippe dominus ad quem mitteret.

Quendam m mutatur in n propter euphoniam.

Queo quis quit qui q̄tum correpta penultima.

Queo: possum.

Quæque: quælibet: uel quæ etiam.

Querela: lamētatio. q̄stus. clamor. querimonia.

Querelatur: quæritat. clamat. testat᷑. querelor us.

Quærere: deprecari. cupere. interrogare.

Quærens participiū a quæro & quæror.

Querimus nota: ingrimus uero de quibus dubitamus.

Querimonia: querela grauis.

Quiritat q assidue clamosus est. clamat. iterrogat

Quærito & quæritor idem significabat āngrus

Quærit: rogat. pscrutat᷑. cōsulit. regnt. per æ actiuum: q̄nt᷑ uero deplorat accusat.

Querelatur: iniurias suas uidicat per e solū scribitur & breuiatur. deponens.

Queror cōmune antiquis questus facit.

Quero ris quæsiui quæsitū: unde querito causa differētiæ uerbi quesito quod a uerbo fit quæso quæsumus.

Quæro ris ide dicitur quesitor. quæstus questus questio: unde quæstūcula: quæstionator quæstionatius: quærito tas. quæstor: unde q̄stura quæstorius. quæso quæsumus. quæsito sitas. cōponitur acqro inqro cōquiro perquiro requiro exquiro.

Queror ris: unde dicit᷑ questus tus querela querimonia q̄rulus la lum querelor laris.

Quercus siue quernus dicta: qp ea soliti erant dii gentiū quærentibus responsa dare: arbor multū annosa: huius fructus galla dicitur.

Quercus dicta: quia antiqui i ea uictū quærebāt id est glandem.

Quercus: laurus: cornus: ficus tā secūdæ q̄ quartæ declinationis inueniunt᷑: cætera nomina arborum secundæ erunt.

Quernus de quercu sicut colurnus de corylo.

Quercus inde deriuat᷑ querceus cea ceum. quernus quercetum.

Quernus qui pertinet ad quercum.

Quercetum ubi sunt quercus.

Querulus: morosus. frequens in querela.

Querula. parue querela.

Quæsitus lucri: questus uero lachrymarum.

Quæsito as. q̄so & q̄sumus quasi frequentatiuū.

uel desideratiuum a quæro
Quæso. sans rogo. postulo.
Questiosus: qumoniosus.
Quæstionare: perqrere examinare.
Quæstionarius. quæsitor quæstiono nas
Quæstio: examinatio controuersia causa discoptatio. a quærendo p interrogando.
Quæstio: luctum acquisitio: quasi ab adqrendo.
Quæstio ē q̃sitio cū quæritur an sit: qd sit quale sit a quærendo dicta.
Quæstionum quo sunt genera finitum & infinitū. Finitum hypothesis græce: latine causa dr̃ ubi cum certa persona controuersia est ut i rethorica Infinitum quod græce thesis: latine propositū nominatur: personā nō habet certā nec est in aliqua certa circūstātia: ut i dialectica idest nec loco nec tempore: in causa uero certa sunt omnia unde quasi pars causæ est propositum.
Quæstor: prepositus & consiliarius: q pecuniam publicam progat.
Quæstores siue quæsitores uocamus auctores iudiciorum & præpositos. Iudicium enim olī inquisitio uocabatur: a quærendo dicti sunt.
Quæstores q tributa romanorum colligebant.
Quæstuosum lucrosum acqsitum.
Quæstuarius qui quæstu corporis uiuit.
Quæstus aquisitio. lucrum. prisc.
Quæstus genitiuo quæstus & questi.
Quæstus uenit ab. acqrendo
Questus lachrymarum: quæstus uero lucri.
Quæstus acqsitio lucrum.
Questus querela uel querelatus est.
Qui nomen est interrogatiuū: ut q legit uel īfinitum ut q dixerit fratri suo racha uel relatiuū ut ille homo q dicitur ihesus. prisc.
Qui pro quis ponitur sed non econtra.
Qui quando pro interrogatiuo uel infinito idest pro quis ponitur circumflectitur: quando autē pro relatiuo acuitur per se idest non cum præcedentibus ut hic uero est. qui si cœpit amare. in lectione uero grauatur id est quādo ī legendo ita profertur ut neque relatiuum neq3 interrogatiuum ibi noremus tunc grauatur idest ad æqlitatem aliaꝝ dictionum profertur. Similiter obliqui casus generalem accentum. idest circūflexum seruant secundū regulā: quando sunt infinita uel interrogatiua Quando uero relatiua acuuntur per se. in lectione uero grauantur per omnes syllabas generalis regula ē: Omīa iterrogatiua: uel īfinita circūflectuntur Quis uero pro relatiuo nunq̃ ponitur
Qui aduerbium: qd est a nomine substantiuo quis pro qualiter accipitur: sicut quis p qualis qualiter uero p q nō accipit̃ huius q ppria ē significatio. propter qd ponit̃ & p quomodo
Qui apud nos ē una pts & simplex: quæ relatiua est quod interpretatur græce οσ quod est subiunctiuus articulus cum nomine infinito apud illos. pōt etiam loco subiunctiui articuli accipi: ut ī diuidendo: ut hominū hi sunt boni illi mali uel alii sunt boni alii mali.
Qui p se acuitur in lectione grauatur Inuenitur pro quis & circūflectit̃. obliqui eorum casus qñ relationem significant grauantur.
Quia. quoniā Seruius Quianā. cur una pars est.
Quia relatiuum est: ut feci: quia promisi Quianā uero interrogatiuum Quicquam: quantulumcūq3 ex quid & qm̄ d. mutato ī c quia sequtur q
Quicquid quodcunq3.
Quid nomen est īfinitum: cum pro aliquid ponitur ut non audeo quid dicere & est fixum Nā quod infinitum uel interrogatiuum magis est adiectiuū: ut si quod opus mihi p̃cipis facio. Nō aūt possum dicere si qd opus: sed si qd p se similiter si īterrogatiue pferant̃. ut qd mihi p̃cipis? & qd̃ opus mihi præcipis? Quid enī īfinitū ē & interrogatiuū: relatiuū uero nō ē: sicut ē quod: ut nō hēo opus qd̃ faciam: nisi quis dicat. No hēo qd faciā. Quid esse relatiuū qd̃ nō eē ñ uidebit̃. Si eni ita pnūciatū fuerit: ut apte appareat relatiuū sic. Nō hēo opus aliquod: nō poterit ad illud referr̃ qd faciā: sed qd̃ faciā. Sed qa de qd principali īterrogatiuo dicere cœpimus de cūctis etiā interrogatiuis aliqd ad cōem utilitatē ī mediū proferamus. Sūt igit̃ iterrogatiua an qd qs. quantus qualis. quot. utrū: quotus. quotēus idest usq3 ad quē numerū uel quotenus. Cuius ia ium. cur: quomodo uel q̃liter quare id ē quā ob rē: ubi: qua. quo. unde: quādo. usq3quo quotiens Quæ oīa aut sunt noīa. aut aduerbia. Quærēdū igit̃: cur īterrogationes duaꝝ tm̄ sint prium oronis: & q̃re plura noīa & pl'a aduerbia? Dicit aūt prisc. propterea hoc fieri. qa pricipales partes orationis sunt duæ. nomen & uerbum. Quæ quādo in noticia nō sunt habent de se interrogationē frequēter accipiēdā: & nominū qdem generales interrogatiōes p noia fieri. Aduerbia quo modo officio adiectiui fūgunt̃ ad significandā uerboꝝ qualitatē: ut bene legi: uel quātitatem: ut multū legi: uel numerū ut bis legi: uel tempus: ut heri legi: uel locum ut hic legi. Sic etiam ad generales eorum uerborum interrogationes eadem aduerbia accessisse. Dicendum tamen quod quinq3 sunt partes orationis: quæ solæ ītegras habēt significationes: nomen. uerbum. pronomen participiū: & aduerbiū quod patet in respōsionibus: cum solæ respondentur: ne quis ambulat petrus uel ego. Quid agis: lego: uel legēs sum. Quō legis: bene: qd̃ nō hn̄t præpos̃ no

coniunctio interiectio. Fiunt igitur interrogatio-
nes per ea tm̄ quibus integræ significatiõis par-
tes tm̄ rn̄deant. Nam cum dicit' qs ambulat po
test responderi sicut diximus. homo uel petrus
aut ego & similia: q̄ sunt nomĩa & pronoĩa. Cũ
uero dicitur: quid agit: potest rn̄deri legit uel scri-
bens est & similia: quæ sunt uerba uel participia.
At uero cũ addit' qualiter legit: responderi potest
bene & similia. Sic igit' cunctæ interrogationes
ad has quinq; solũmodo fiunt: ut respondeatur
partes: nisi dicamus quæ est illa p̄positio coniun
ctio uel interiectio: & respondeatur in & cætera: si
cut quod est illud uerbum: & rn̄deat' lego: quod
non pertinet ad superiores significatões: sed ma
gis ad uoces. Sed iam q̄re plura sunt noĩa plura-
q; aduerbia nitamur exprimere. Decẽ sunt p̄dica-
menta uocũ q̄bus fere oĩbus modis q̄libet res si-
gnificatur. Substãtia q̄litas q̄ntitas. ad aliq̄d. sitũ eẽ
ubi. q̄n. facere. pati. habere. Cũ igit' de existentia
cuiuslibet horũ dubitamus an sit iterrogamus. ẽ
uel non est respondemus. De oĩbus eni istis ens
uel est prædicat'. Rursus si de eisdẽ omnibus cau
sa uel modus quærat'. cur sit interrogat' aut quõ
uel qualiter & qui q̄obrem & cætera licet hec pro
prie actiõibus uerborũ subdant': ut cur legis: quõ
uel qualiter scribis & cætera. At uero cũ de existẽ
tia nil dubitamus: sed quæ sit eius essẽtia scire no
lumus: per quid & est q̄rimus: põtq; rn̄deri mate
ries species & magis genus uel definitio alicuius
horũ prædicamẽtorũ: ut q̄d est illud. ferrũ est: ho-
mo est uel animal est: color uel substãtia aĩata sen
sibilis: aliq̄d etiam uel nihil: hoc tamen impro p̄pe
Iam uero cũ aliquid existere substantiamq; esse sci
mus cũ etiam aliq̄ñ mãifestus actus sit: sed substã
tiam alicuius suppositi: q̄rimus quis mouetur: qs
ambulat: qs loquit' dicimus: cui põt rn̄deri speci
es quælibet substantiæ ut homo equus: uel p̄pri
um ut tripho. uel p̄nomen: quod pro p̄prio acci
pitur ut ego. Si igit' homo respondeat'. põt ad-
huc interrogare quis homo: cui si rn̄det' p̄priũ:
ut martinus. potest egere alia interrogatiõe pro-
pter similitudinẽ nominũ: ut quis cuius: aiax: qui
aiax. telamonius: uel põt rn̄deri p̄nomen ut iste.
Quando enim nomini qs adiungit' substantiã
definitã in aliqua certa p̄sona quærimus supposi
ti. hanc eni sola ostendũt p̄noĩa quoq; demõstra
tio sibi quoq; accidẽtia cõsignificat. Si igit' p̄no-
men reddit': non semp eget altera interrogatiõe.
Est tamen quando eget & pronomini quis adiũ
gitur: cũ substantiam quidem intelligimus: aliaq;
quædam accidentia non tamen omnem qualita
tis proprietatem: quæ proprio nomĩe solet expla
nari: & tunc addit' interrogatio pertinens ad pro
prietatem nominis: ut si dicam quis est ille roma
nus & famosus: uel quis es: & tũc debet respõde
ri aliquod notum nomen. Sed quia ipsum per

se quis substantiã solam proprie quærebat: cui se-
liqua accidentia de nouem prædicamẽtis accide-
bant excogitata est etiam de his interrogatio: pri
mũq; de quãtitate ut quãtus & quot. Simul eni
ut aliq̄d fuerit: cadit in numerũ nondũ tamen in
qualitatem sicut materia. postq̄ uero numerũ ha
bere cœpit simul ad aliũ aliquem se habebit. qua
litatemq; suscipiet: alicubi erit. & quolibet modo
situm erit: & in tempore erit: aliq̄d quoq; aget uel
patietur: habeat quoq; aliquid i ecesse est. Ad q̄
omnia respondenda tot inuentæ sunt interroga-
tiones. Si quis eni interrogat quis est ille: põt re-
sponderi oĩs substantiæ species: ut homo. equus.
coruus. piscis. Similiter si dicam quis inuenit lit-
teras: quis natat in mari: quis legit: possunt rn̄de-
ri propria uel p̄nomina: ut cadmus. ego. sed ma
gis generalia aut specialia: ut homo piscis: sed ui-
detur hic quoq; res indiuidua p̄pria esse: cum de
ipso animali generaliter est interrogatõ: uelut si di
cam multis p̄ñtibus. Quis est de uobis grãmati
cus: & respondeat' ego uel ille: loco proprii accipi
tur. Cũ uero dico quid est animal uel homo: & re
spondeat' substantia animata. uel cõtra q̄d est sub
stantia aĩata & respõdeat' animal: & in omnibus
similiter definitionibus hæc quoq; propria pos-
sunt eẽ q̄tum ad generales & speciales formas re
rum: quæ in mente diuina intelligibiliter consti-
terunt: anteq̄ in corpora prodirent: ex quibus ge
nera uel species naturæ rerum demonstrantur. Si
aũt dicam qualis. omnes species qualitatis bene
redduntur. bonus. malus. albus. niger. & similia.
Similiter quantus cũ dico omnes species quãtita
tis. longus. breuis. magnus. paruus. Sic quoq; si
dicam: quot numeri species omnes respondent'
tres decem mille. Similiter possunt infinita cuius
ia ium ad omnes species possessiuorũ ptinere: ut
cuia est silua? mea: tua. sua. illius uel cuadn. Necnõ
etiam infinito gentili cuias opportune responde
tur: nostras. uestras. græcus. romanus & similia.
Sic etiam aduerbiorum supradictorum interroga
tiones ad omnes species sibi suppositas intende
re possumus: ut cum qualiter interrogas: respon-
deo bene uel male: cito uel tarde & cætera. Quo-
tiens uero interrogatur: semel. bis. centies & simi
lia subiicio. Sic etiam localia si interroget quo: re-
spõdeo huc. illuc. domum. militiam. Si uero ubi
respondeo. hic. illic. domi. militiæ. romæ. uel ita
lia. Si autem unde respondeo roma domo. At si
per qua similiter per ablatiuum respõdeo domo
roma transiui. Eodem modo temporalia: ut quã
do non solum aduerbia: sed nomina temporalia
bene respondemus: ut hodie heri cras: ante decẽ
dies & similia. Sicut autem quando nominis sub
stantiam quærimus. quis dicimus. sic etiam uerbi
actum uel passionem quærentes dicimus quid
agit. quid patitur. loco enim deficientium aduer-

biorum' subeant nomina . uidemur autem sub-
stantiam ipsius actus quærentes dicere.quid agit
cum respondeatur nihil uel currit uel loquitur.
quomodo & quantitatem quærentes dicimus.
quantum currit.multum parum. Causam quoq;
quærentes interrogatiuis utimur;ut cur quare.
Numerum etiam per quotiens quærentes ex oi-
bus numeris aduerbia reddi possunt:ut ter qua-
ter & reliqua. Præterea totiens & multotiens sæ-
pe sæpius sæpissime:quæ sunt infinita. Referun-
tur quoque aduerbia ad ignotos uerborum effe-
ctus uel qualitatem:ut cum dicimus qualiter le-
git:reddimus ei aduerbium quod fungitur uer-
bo uice adiectiui:legit bene rhetorice sapienter.

Notandum uero φ nō solùm aduerbia sed eti
am nomina cum uerbis posita loco aduerbiorū
frequentissime inueniūtur: ut quid agit uel quid
patitur:& quomodo supradicta nomina genera-
lia sunt infinita uel interrogatiua uel relatiua uel
redditiua & sic aduerbia quoq; inueniūtur:ut no
men infinitum quis & aliquis. Sic aduerbium ali
quo aliunde alicubi aliqua:& nomen interroga
tiuum uel relatiuum:qualis & quot Similiter ad
uerbium interrogatiuum & relatiuum qualiter &
quotiens. Nomen relatiuum uel redditiuum ta-
lis & tot & aduerbium taliter & totiens. Et sci
endum φ omnibus pene dictionibus possumus
interrogatiue uti:quibus eisdem sufficiēter respō
demus uel aduerbio negatiuo uel confirmatiuo:
ut homo est ille?& respondet' homo est uel non
uel etiam. Et legit:legit uel non uel etiam. Præ
terea notandum φ tam nomina infinita q̄ aduer
bia generalem habent pronunciationem: quæ
uniuersitatem de quibus loquimur:colligat: ge-
minātur uel assumunt cunq;ut quisquis quicūq;
qualisqualis qualiscunq; quantusquantus quan-
tuscunq;:quotquot quotcunq;:utut utcunq; ubi
ubi ubicunq;:undeunde undecunq;:quaqua qua
cunq;. Si quis igitur de substantia quærat per qd
uel quis interrogabit. De quantitate uero p quā-
tus uel quot. De qualitate per qualis. De quādo
per quando uel quo tempore & similia. De ubi
per ubi quo unde qua. De ad aliquid uel situ esse
per quomodo uel quale:ut quomodo te habes:
ad patrem me habeo:quia filius sum. Quomo-
do sitis es Sedeo. De habere facere & pati : p qd
cum ipsis uerbis:ut quid habes facis:pateris? Al-
bum.lego.diligor:quibus superiora quædam ta
men mutata & multa alia interrogatiua superad-
duntur aduerbia:ut quantum uel quotiens legis
qualiter uel quomodo pateris ? Cur es pallidus ?
Quotenus uel quousq; facies & similia. In prin-
cipio quoq; uniuscuiusq; libri hæc fiunt a quibus-
dam.interrogationes:ut quis. quid.'ubi. quibus
auxiliis.cur.quomodo quando.

Quiddam:aliquid modicum neutrum est.

Quidam uem per unū d masculinum.
Quidam non dicimus nisi de eo quidem quem
exprimere aut nolumus aut nō ualemus.
Quid attinet ? quo pertinet? aut quid sibi uult?
Quid ita:quamobrem.propter quid.
Quid ita:quaptopter.quocirca quamobrem.
Quid interea:qd tamen fecit.cur.quid sibi uult
quo pertinet. :
Quid istic aduerbium affirmatiuum.
Quidnam aliquid uel nanquid.
Quidne:quid igitur'.
Quidni:quid nisi.hoc magis.quare non . uide-
licet.quid nisi.
Quid ni :duæ partes pro uno cōfirmatiuo aduer
bio.sic quoq; cur nunquid istic.
Quid nisi porro:quid deinde. quid quare . quid
sibi uult.quid attinet.
Quidquidem:quodcūq; idem.
Quidne uel quid uel aliquid.aut quid.
Quid aliquando pro cur ponitur : ut quid istud
mihi dicis.
Quid sibi uult:ad quid spectat.
Quies:requies tranquillitas pax.
Quies quietis:uetustissimi tamen quies quiei di
cebant:unde compositum quoq; ab eo requi-
es:quod in eodem mansit gener:& tam quin
tæ q̄ tertiæ inuenitur requiei & requietis. Nā
inquies cuius extremam corripi dicit Probus
inquietis facit:quod trium factum est gener:
cuius etiam simplex in usu inuēitur trium ge-
nerum:hic & hæc & hoc quies quietis.
Quiescit:sine perturbatione est. cessat. expectat.
refugit.
Quietus:tranqllus.securus dictus φ ipse sibi aiet
securus neminē tangat .
Quietor aris & quiero tas idem significabat anti
quitus id est quietem facere.
Quietudo:securitas.pax.
Quin:imo magis.quinon potius . si uero . quo
minus.
Quin componitur a qui & significat qui non &
cur.non & nec.non & quid nō .
Quin etiam:ergo.quod.quia.immo.aut . uero.
insuper.magis.autem .
Quinimo id est cur non potius.componitur qn
imo magis:etiam hoc potius.
Quin igitur:imo etiam.Remigius.
Quin pro ut non ponitur .
Quinam: qui sunt.
Quinus quina quinuma quinq;' deriuatur sicut
a sex senus.
Quinodausa:lingua canina id est lapella'.
Quinōsis dī cōmunicatio cōsilii cum iudicibus
uł aduersariis:ut si dicas:uos cōsulo iudices uł'
aduersarii quid me facere conuenerit: aut quid

nos facturi essetis.

Quinoroda: rosa canina.

Quinosbarum: sacrum apuliæ.

Quin potius: magis. magisq;.

Quinquatria quinq; porticorum ambitus.

Quinquatria festa quinq; dierum: tres ante lunæ accensionem: & duo post.

Quinquatria dicta quasi quinq; atri dies qbus romani a gall' obsessi auxilio mineruæ liberati sibi hos cõsecrauerũt: pluraliter declinantur.

Quinq; non scdm naturã sed secundũ placitum uolũtatis dictũ est ab eis qui nomina numeris imposuerunt.

Quinquageni qui ĩ capite sunt qnq̃gita militũ.

Quinque inde quintus quinus quĩtuplus qnquies quinarius: cõponit' quinquagita: unde quinquagessimus quinquagetuplus: quinquagies quinquagenarius a quinq; etiam & cẽtum cõponit' quingẽti. mutatur eni c in g cũ p̃cedit n inde quingẽtesimus quigentena quingẽtuplum quingenties. cõponitur etiã quindeci: quintusdecimus qnquãgulus qnquẽnis. hoc quinqnẽnium. Sic quoq; in cæteris numeris deriuatiua & cõposita uidebis.

Quinquẽnis: quinq; annorum.

Quinquennium: quinq; annorum spacium.

Quinquẽnale tẽporis est: quiquẽne uero ætatis.

Quinquãgulus: qnq; angulos habens sic

Quincuns: quinq; unciis constat. quiq; sic scribitur. dd.

Quinquefolium a numero foliorum dictũ: unde græci eam herbam pentaphylon πεντάφυλον uocant.

Quinqnimmo.

Quinqueuir: quinq; uiros habens: uel quinq; uirorum unum.

Quintana: pars plateæ qua carpentum progredi potest.

Quinta sabbati: quita a sabbato. dies iouis: sicut prima sabbati: prima a sabbato.

Quintilis iulius mensis dictus q' qntus sit a martio: qui est primus apud hebræos.

Quinubi: postq̃.

Quiparum a græcis uocatum: q' hẽat uimitem feruentem: radix est iunci triãgulis foliis porri similibus radicibus nigris siue cõtiguis: Traditur alia species in india quæ lingua eorũ zinziber uocatur.

Quippe cõfirmatiuũ aduerbium est: sicut. scilicet uidelicet profecto.

Quippe: nimirũ. sine dubio. certe.

Quippiam: aliquid. modicum.

Quicq̃. ullus. aliquis.

Quiq;: quicunq;.

Quiritis sabinorũ lingua hasta dicitur: unde postea romulus dictus quirinus. inde quirites populi romani dicuntur.

Quiris sabinorũ lingua hasta dicitur: qua utebat' romulus: unde dictus est quirinus: quia semp hasta utebatur: uel quia sabinos subegit.

Quirinalis mons in urbe roma.

Quire: posse.

Quiritat: populum alloquitur.

Quis & qui: qualis & talis: quantus & tantus. infinita sunt uel interroga tiua uel relatiua.

Qui pro quis ponit' sed non ecõtra. Deriuat' cuius a um: quæ sunt possessiua & infinita & hic & hæc cuias & hoc cuiate: quæ sunt gentilia infinita. Quis infinitum ad unum per se intelligendum pertinet: ut qualiter quis edat pro aliquis. Quisquis uero uel quicunq; ad uniuersos dicitur. Sed quis potest & interrogatiuum esse. Aliquis uero componit' ab eo & tantum infinitum. similiter & aduerbia: quo ubi unde qua quando. possunt & interrogatiua & relatiua esse & ĩfinita. Quis quod est substantiæ infinitum pro qualis & quãtus inuenit': sed nõ conuertitur.

Quis: q̃magnus uel qualis.

Quis pro quibus.

Quis interrogatiuũ uel infinitum sed nunq̃ relatiuũ sicut qui.

Quis componitur aliquis. siquis nequis. quis q̃ liber quicũq; quisq; quãdocunq; cuiusmodi: usquo quousq; quoad quoadusq; usquequaq; quisnam quippiam quisputas quidã: quin dicitur quot: unde quotus quotiẽs quotienscũq; aliquotiens. quantus quãtitas quantitatiuus: unde cõpotitur aliquantus aliqnantulum aliquãtisper. componitur quorsum quodãmodo quomodo.

Qu es quiesco. unde cõpotitur trãqnillus.

Qu o quis.

Quis cõmunis generis fuit apud uetustissimos obliquos tã scdm tertiã q̃ secundã declinationẽ teriabat: unde nũc quoq; accusatiuus masculinus i m p̃fert' scdm tertiã: ablatiuus quoq; nõ solũ i o secũdæ sed etiã i i t̃tiæ a quo uel a q a qua uel a q. Nẽs p l'is nõ solũ q q̃: sed etiã ques actũs ẽt quos q̃s uel qnes. Dt's & abl't'us nũc quoq; tã p is q̃ p bus p̃fert' qs uel qbus.

Quislibet: quicunq; placet quiuis.

Quisquam interrogatio de persona.

Quisnam: ullus aliquis.

Quispiam: aliquis. quicunq;.

Quisq;: aliquis ullus.

Quisq̃ omnium dicitur: cũ nõ pro nullus.

Quisq;: quisq̃. quicunq;.

Quisque deriuatur per additionem quæ syllabæ sicut uterque: ubique: undique: plærunquer utrunque.

Quisquis & quicunq; ad uniuersos dicitur: quis

uero ad unum.

Quisquis: quicunq;.

Quisquiliæ purgamenta terrarum uel de summitate: corticibusq; pomorum.

Quisquiliæ: purgamenta frumētorum uel paleæ creantatæ: uel scopilia uel imundiciæ hærbaræ.

Quitinas: flores malorum punicorum. græcū ē.

Quiuis: quilibet. quicunq; placet.

Quiuit: potuit. a queo quis.

Quo interrogatiuum est ad quem locū: ut quo uadis. Relatiuum ut montem ascendo: quo tu non potes ascendere. Infinitum ut quo ego iero: tu non potes uenire. Sic quoq; ubi qua unde quando quomodo & similia interrogatiua & relatiua & infinita possunt esse.

Quo prout ponitur.

Quo: ad quem locum uel ad quam rem: ubi in qua re. sed tunc subauditur in quo loco uel re. priscianus.

Quo pro quanto.

Quoad accipitur tunc pro quousq; pro quandiu pro qn̄ & est interrogatiuū: ut quoad hæc spectatis: & relatiuum ut quoad iussisti: parui: & infinitum ut quoadlibet scribo. Similiter quousq; usq; ad quod tempus: & usq; ad quem locū interrogatiuū relatiuū & infinitum potest esse. Videtur igit̄ relatiuū de p̄terito. infinitum de p̄senti uel de futuro magis esse.

Quoaspis: persiæ fluuius eorum lingua dicitur: q̄ miram aquæ dulcedinē habeat. Ex hoc quidam cydnum ciciliæ fluuiū existimāt deriuari.

Quocirca: quamobrem: qua de causa: idcirco.

Quocula: omnis res coquendi composita. uel planctus.

Quod nomen substantiale: & est relatiuum uel infinitum: ut feci quod iussisti: faciā quod libuerit. Est etiam interrogatiuum sed tunc est adiectiuum: ut quod opus facis? Non enī possum dicere per se quod: sed quid.

Quod pro quale: quod pro quia: quod propter quod.

Quo deinde: postquam. denique.

Quominus: ut non aliter. ideo minus: qualiter.

Quominus: aliter nō. quod i aliquo minus hēt.

Quonam: quo uersum. quandiu.

Quondam: olim. antea.

Quōdam præteriti temporis: ut fuit hæc uirtus: quondam futuri: ut quondam tua dicere facta tempus erit. instantis etiā: ut quondam etiam uictis redit in præcordia uirtus. Sic quoq; oli: dudum. quando: & ex eo composita communia sunt diuersorum temporum.

Quoniam præponitur: & sic sequentem sensum alligat. Quia uero postponit̄: & superiorem sensum alligat.

Quoniam coniunctio causalis uel subcōtinuatiua. Causalois qn̄ niam prodest tibi legere. Subcōtinuatiua: qm̄ ambulat mouet̄ sic quoq; ga

Quo pacto: qua uia: qua ratione. quapropter.

Quoq; est coniunctio copulatiua. accipit̄ enī p & uel etiam. tamen etiam loco aduerbii inueniturr: ut multa quoq; & bello passus. quoq; pro similiter. quia sequitur & uel melius est cōplectiua id est superuacua: componitur ex corrupto & integro. Quoq; pro quocūq;: sic quaq; pro quacunq;. quandoq; pro quandocunq; relatiuum est cum grauatur.

Quoquina a coquendo dicta: fercula enī quælibet ibi coquitur. Quoquinæ enī apparatum Apicius quidam primus composuit: qui in ea consumptis bonis morte uoluptaria periit.

Quocytos κώκυτος græce luctus dicitur: qui tamē luctus fœminæ uel infirmantiū solet intelligi. Sapientes uero huius sæculi a luce ueritatis exclusi quasi umbras quasdam de ueritatis inquisitione tenere conati sunt: unde cocyton fluuium currere apud inferos putauerūt: uidelicet designates q̄ hi q̄ digna doloribus opera faciunt in infernū ad luctum decurrūt. Sed nos despiciamus umbras carnalis sapientiæ: & cognoscamus ex libro beati Iob. Cocyton luctum infirmantium dici.

Quorsum: in quam partem? quousq;? quo pertinet? quo pacto?

Quorsum componitur ex quo & uersum: aduerbium. interrogatiuū. relatiuum & infinitū est.

Quot: quanti: cui respondent cardiales numeri: unus duo tres quattuor & cætera.

Quot nomen monoptotum uel indeclinabile: hi quot tot horum quot tot.

Quōt per t aduerbium esse monstratur.

Quot interrogatiuum relatiuum & infinitum ē infinitum uel relatiuum acuitur. Relatiuum i electione grauatur.

Quot infinitum certum numerū designat: quot quot uero uel quotcūq; id uniuersos.

Quotenus a quot id est usq; ad quem numerū: uel terminum.

Quottidie: per quot dies id est per unumquenq; diem aduerbium temporis.

Quottidie scribendum per q non per c.

Quotus a quot ordinem petit: ut primus secundus tertius & cætera.

Quotennis: cuius ætatis quot dierum: uel quot annorum: cui respōdet biennis triennis uel bimus trimus & similia.

Quotiens: quot uicibus: cui respōdet: semel bis ter & similia. Aduerbiū enī numeri est: unde sibi aduerbia numeralia respondent. Est autem interrogatiuum. infinitum uel relatiuū.

Quotiens. frequenter. multotiens.

Quousq;: quandiu. ad quem finem: cui uidetur

usq; ad tres annos uel quattuor & similia uel eo usq;.

Quousq; interrogatiuũ īfinitum & relatiuũ usq; ad tempus & locum.

Quulina:coquina.

Quum per q scribitur cũ est aduerbium.

Quumprimũ:festinanter.citius.

Quur per q scribitur.

Quamobrem:quare.

Quruales:officiales publici habebantur. Quurulis uero erat sella:in qua magistratus sedens iura dabat: dictae quurules quia apud ueteres consules & praetores propter longum iter curru per forum prouchebantur:quibus sedentes iura dabant a curru curules nominatae.

r

Littera communionem hēt cum s.Itaq; antiquitus honos labos arbos: nunc uero honor labor arbor dicitur.

R sine aspiratiōe ponitur in latinis nominibus:in graecis uero principalis uel geminata i media dictione aspiratur:ut rhetor rhenus rhodus pyrrhus tyrrhenus. Transit in.l.ut niger nigellus:umbra umbella.in s ut arbos pro arbor:odos pro odor: uertor uersus.in duas etiam ffeut uro ussi. in u consonantem:ut sero seui.in n ut aeneus pro aereus.

Raab:meretrix fuit in iericho:quae abscondit speculatores de filiis israel.

Raab:latitudo uel superbia interpretatur.

Raab : latitudo uel fames siue impetus interpretatur.

Rabdos ρεβδοσ siue rabdon graece uirga.

Rabbi:magister meus interpretat̄:syrum est.

Rabies:furor.insania.decursus cum impetu.

Rabiosus:insanus:discurrens cum impetu.

Rabidus:furore plenus.furiosus.iratus. insanus.

Raboni:domine.

Rabolatus proprie altercatio cum ira.

Rabula:rabiosus.

Rabula:calũniator.rauus.uel in malis cũ aliqua exercitatione promptus.

Rabula etiā patronus causarum: de quo Seneca i prima tragoedia hic clamosi rabiosa fori iurgia uendēs improbus iras & uerbo locat.

Racha dicit̄ κεροσ id est inanis:aut uacuus quē uulgata iniuria absq; cerebro possumus dicere hebraeum est proprie.

Racha:affectum indignationis ostendit sicut sunt latinae interiectiōes:ut cũ dolemus heu: cum delectamur dicimus uah.

Rachana:genus uestis.

Rachel interpretatur ouis:pro ea enl iacob' pauit oues laban soceri sui.

Rachel interpretat̄ ouis:uel uisum principium.

Rachel īterpretat̄ ouis.uel mũda.uel uidēs deũ.

Racemus:uuae modicus ramusculus. cum acinis uua parua.

Racemus est botryonis pars.& botryo graecũ ē.

Racemus:grana uuae & pars. Quidā dicunt uuā totam econtra.

Rachilium.oppidum hispaniae.

Rachina:strata lectorum.

Radagne:bibliace.

Radere:abstergere.scopare.

Radii in ortu solis apparent.hic radius.

Radii sunt quibus telae texuntur dicti quia sunt ad radendum.

Radii:genus oliuae a longitudine dicitur.

Radium:uirga geometricalis. Virgilius. Descripsit radio totum qui gentibus orbem.

Radiat.micat.coruscat.fulgurat.

Radices:fundamenta arboɃ uel germinātium.

Radiotus:a radice.a fundamēto.ex toto.

Radicula: lanaria. structio id est cycocacia.

Radiolum:fidicina.

Radiolae uel radiae:oliuaɃ species ideo dictae: qa ob longe sunt in modum radiorum.

Radit:pterit.ante transit.uolat uel nauigat: ut radit iter liquidum.

Radit:tergit.mũdat.limat.quasi radendo polit.

Rado dis rasi rasum.

Radix:origo.

Radix appellatur q quasi radix quibusdā īfixa terrae in ꝓfundo dimergitur. Nam physici dicũt parem esse altitudinē radicum & arboɃ:uel dicta quia si eradatur non pullulat.

Radicare:radices mittere.cõfirmare.fundare.

Raen uisum participium significat.

Rama uisum nomen significat.

Rafaca interpretatur sanitas.

Raphaym gigantum:

Raphael interpretat̄ curatio uel medicīa dei:ubicunq; enim curandi & medendi opus necessarium est.hic archangelus a deo mittitur.

Rhaphnũ graeci:nos radicē uocamus:eo q totũ deorsum nitit̄ dũ reliqua olera in summa magis prosiliāt:cuius semine macerato quisq; manus suas infecerit:serpentes impune tractabit. Ex ꝓpius radice etiā ebur albescit.In cibo quoq; uenenis resistit:calidissimae est uirtutis.

Rafidin interpretatur laus iudicii. uel sanitas iudicii.

Rasimenta.interamenta.

Raganae dicũtur eo q scissurae sunt rugis collatae

circa orificium: hæc & æmoroides a sanguis fluore.
Raguel interpretatur paratura dei.
Raia id est aristologia.
Ralla uestis est: quæ uulgo rasilis dicitur.
Rama: excelsa interpretatur. est tamē uiculus iuxta bethleem in quo sepultus fuit samuel: sed nunc translatus est in thraciam.
Ramalia: rami arborum uel frondes: hoc ramale persius.
Ramenta. rasuræ. cuiuscunq; rei æramēta.
Ramentū: puluis qui radit' ex alia specie. ful'.
Ramentum: purgamentum.
Ramentum tenue: ramū tenuem uel aridum.
Ramesse nostra lingua cōmotio turbida dicitur.
Ramix: hernia.
Ramicosus: herniosus.
Rami sunt: qui de trunco arboris manarunt. inde ramale.
Rami significant successionē in bono uel i malo.
Ramusculi: rami modici.
Ramnes: quidam nobiles romani.
Rhamnis ciuitas est euboica: ubi colit' fortuna.
Rhamnusia fortuna dicitur a rhamnusio oppido ubi colebatur.
Rhamnus: spina alba uel lignum spinosum.
Rhamus: genus spinarum densissimum: quæ in hærba est mollis & pulchra: ibi tamen sunt spinæ postea: unde est illud: priusq̄ intelligerent spinæ uestræ rhamnum.
Ramnus in psalterio non rubus est sed spinarum genus sentibus permolestū: uel lignū de quo spinæ oriuntur. Ramnus genus est rubi q̄m uulgo senticē ursinam dicūt & asperum ualis & spinosum.
Rancet: rancidum est. amarescit. Ranceo ces cui.
Rancidum dictū: qd' rancos faciat aliquos.
Rancidulum: amarum.
Rancor: dubietas: mentis amaritudo. inuidia. dolor. odium.
Ranæ a garrulitate uocatæ: eo q circa genitales strepūt paludes. Ex his quædā aquaticæ: quædam palustres: quædam sublaræ: qa in uepribus uiuunt grandiores cæteris: quædam calamites: quædam agredulæ. Significāt demōes uel hæreticos in cœno garrulos. Rana fœmininū: hic ranūculus tamen diminutiue a rana.
Rana hærens in paludibus decora in aquis omnibus fere prestat alimentis.
Rapa a rapiēdo id est cōphendendo dicit'. est aūt radi e rapo amplior dulciorq;. Semē eius ex uino tritū cōtra serpentiū morsus ualet.
Rapulum: quod fit ex rapis.
Rapax: auidus. spoliator. rapidus: qui aliena uiolenter rapit.
Rapacitas: cupiditas. spoliatio.
Rapidus: uelox. uel rapax. cum impetu currens.
Rapinæ: spolia. exuuiæ. prædæ.
Rapit: uiolenter aufert: unde rapina rapinosus rapax cior cissimus. rapum. ptor trix. raptū ti. cōponit' arripio. ob. per. præ. sub. dir. corripio.
Raphium gigantium.
Raptare frequenter rapere. trahere.
Raptatio: ex pondere. rapina prædæ.
Raptor: corruptor: inde rapta eo q corrupta sit.
Raptus proprie est illicitus concubitus. a corrumpendo dictus.
Raptim: celenter. summatim. leuiter.
Rarescunt: pauci fiunt.
Rarenter aduerbium raro.
Rari: pauci.
Rarum: magnum pretiosum.
Rarum non sæpe contrarium spisso a se inuicem diuisum.
Rarus rior simus itas. raro & rarenter.
Rastri ferramenta culturæ a raritate dentiū dicti. hoc nomine & aratra dicuntur.
Rastri a radendo terram dicti. hi rastri & hæc rastra dicuntur.
Rasum: mundatum. politum.
Rasile: acutum uel bene rasum.
Rasura: cuiuslibet rei purgatio.
Rata: acceptabilis. firma. arbitrata: a reor reris.
Rates primū antiquissimū genus nauigii e tadicibus assenbusq; contextum: ad cuius similitudinē fabricatæ sunt nauēs. hæc ratis. Ser.
Rates abusiue naues. Nam proprie sunt inuicem connexæ trabes in flumine
Ratariæ rates: connexæ inuicem trabes.
Ratiocinatio: est rōnabilis disputatio: quādo ex eo quod scriptum est: aliud non scriptum inuenitur.
Ratiocinatio est cum id de quo est quæstio comprobatur: cuius modi duo sunt. Enthymema qui est sylogismus impfectus atq; rhetoricus. Secundus epicherema qui est latior.
Ratis rati ratio.
Ratio ponitur pro ratiocinatione.
Ratio uis animæ.
Ratio computandi.
Ratio naturæ ipsa similitudo nascentium.
Ratio: quæ in definitionibus uel descriptiōibus redditur.
Ratio diuidendi causas uel dicendi.
Ratio: ordo gerendorum.
Ratio: discretio.
Ratio: scientia uel sententia uel immutabilis firmitas dei.
Ratio: est quidam motus animi. uisum mētis acuens: uera q; a falsis distinguens.
Ratiocinatio subtilis disputatio: atq; a certis ad incertorum indaginē nitēs cogitatio uel quādo

aliquid ex eo quod scriptum non est reperit'.
Rationale est homo. rationabile uero qd' rõnabiliter dictum uel factum est.
Ratio diuidit' i itellectũ & opinionẽ. Intellectus in scientiã uelut de idea: & recordationẽ uelut de natiua specie. Opinio diuiditur in æstimationẽ: uelut de sensibus: & suspitionẽ uelut de quibusdã coniecturis. Tria ergo cõsiderantur: Idea solo intellectu. Natiua spẽs recordatione Scientia adulterina quadã perceptione.
Ratio: est aspectus animi: quo p seipm non per corpus uerũ intuet': aut est ipsa ueri contemplatio: non p corpus: aut est ipsum uerum quod contemplatur.
Rationale est: quod de sublimioribus disputans dominũ omniũ patrem confirmans est.
Rationalis homo uel angelus.
Rationale uero est: quod ratione dicitur uel agit'
Rationale: uestimentum sacerdotale: quod græce logium dicitur.
Rationalis est: quæ græce logica dicitur: in qua ratio intelligendi uersatur.
Ratiocinator dicit': uir magnus qui de oĩbus rebus naturalibus possit rationẽ reddere.
Ratiocinari: est rõnabiliter subtiliterq; disputare: & a certis ad incertorũ indaginẽ niti.
Rathina uisio consumata interpretatur.
Ratum: firmum. stabile. ĩmutabile acceptũ. a reor reris ratus.
Ratum quasi rationabile & rectum: unde is qui pollicetur dicit: ratum esse profiteor & perpetuum id est firmum.
Ratus: arbitratus. æstimatus. firmus a reor reris.
Raua: niger color. mixtus fuluo: uel rabida.
Rauca: grauiter sonans.
Raucedo: amputatio uocis: hæc arteriasis dicitur.
Raucio cis si sum. inde raucito tas taui tatum.
Raue: id est noxium.
Raucit: rauce loquitur.
Re uidetur a retro factũ. per apocopam quidem est: ut respicio id est retro aspicio: uel ex hoc retro natum: sicut ab ex extra.
Reatus tus: culpa. crimen. quasi rei actus.
Rea quæ etiam illa uocabatur filia numitoris regis: quam amulius frater eius uestalem uirginem fecerat. hanc uolunt de marte concepisse Remũ & Romulum hoc mõ stupiũ eius argumentãtes excusantes: q infantes expositos lupa nutrierit: qd' hoc genus bestiæ marti pertinet: q̃uis non desint qui dicunt a nescio qua meretrice susceptos quæ lupa uocabatur: ũde & loca eorum lupanaria dicuntur.
Rebar: arbitrabar. putabã: a reor reris rebar.
Rebeccha interpretatur patientia: siue quæ multum acceperit.
Rebellat: contradicit. contendit.
Rebelles dicuntur: qui pace facta bellum mouẽtes sunt.
Rebellio: qui pace facta reintegrat bellum.
Reblata nunc antiochia dicitur.
Reblata. interpretatur multa habeo.
Reboat: resonat. remugit. Ser. uerbum græcũ ẽ.
Reboo reboas.
Rebus: genus uitis est.
Recedit: refugit. separatur. retrouadit. abscedit. recedo recessi.
Rechedipua: uestis parasitica. pluraliter.
Recaluaster: retro aliquantulum caluus.
Recens: quod paulo ante euenit.
Recens nascitur: nouum uero fit.
Recenset: numerat. retractat. recognoscit.
Recenseo ses sui recenseor recẽsitus in diuinitate: uel a recenseo sis antiquitus.
Recepit se: retulit se. reuersus est.
Receptus: sumptus. denuo acceptus. unde recepto tas frequentatiuum.
Receptaculum: recipiens locus. profugium cubile.
Receptus: reuersus. sublatus. periculo liberatus. honestus. celebris.
Receptus dicuntur: quos exercitus recipit: unde signa receptui canunt.
Recipit. suscipit. spondet.
Reciperatus: reuocatus. receptus.
Reciperandus: recuperandus.
Recidit: incidit. deuenit.
Recidiuare: renouare.
Recidiua: ex ruina restaurata iterum nascentia.
Recidiua: reparata. pullulata. rediuiua. renouata.
Recidiua arborum sunt: quæ aliis sectis repullulant a cedẽdo ergo recidiuum ubi mors aut casus.
Recinit: respondet. retro cantat.
Reciproca: redditiua. rediuiua: quod datur & accipitur.
Recisum: succisum.
Recido recidis recidi: ualde incidi.
Reclamat: recusat. contradicit. inficiatur. abnuit.
Reclausit: aperuit. inclusit.
Reclinatorium: fulcrum capitis.
Recogitat: repetit animo.
Recognatus: filius patris.
Recolit: reminiscitur. recorditur. iterum cernit.
Reconciliat: repacificat. reamicat. ad amicos pertinet.
Reconciliatio est: quæ post complemẽtum pœnitentiæ exhibetur. Nam sicut conciliantur deo a gentilitate cõuersi: ita reconciliant' post pœnitentiam.
Recondit: abscondit. reponit.
Recordor illius & illam rem. Virgilius. Si rite audita recordor.

Recordatur:reminiſcitur:repetit animo.
Recordatio uelut de natiua ſpecie.cal.
Recta dicitur ueſtis:quam ſurſum uerſus ſtanteſq; texunt.
Rectus:ordinatus probus.bonus.honeſtus. firmus.
Recte:rite.bene.
Rector:nauis gubernator:uel aliarum rerum.
Rectitudo & rectitas:iuſtitia & æquitas.
Recuperat:reſtaurat.recipit.
Recuſat:refugit.refutat.
Recuſat:redit.reuoluit.denuo tractat.
Recurrit:redit.reuertitur.
Recurſus:percurſus.
Recutitus:circunciſus.acute dicitur.
Ræde:genus uehiculi est quattuor rotarum:dicitur q; rotas habeat.
Reclamat:mutuo diligit.
Redarguit:repræhendit.caſtigat.
Reddere: reſtituere. remittere ipſi cuius erat.
Redigere:in poteſtatem ſubiicere. legem imponere.reducere.
Redigo gis egi redactus.
Redhibere:reſtituere.repræſentare.redimere. reddere.
Redimire:coronare.ornare.præcingere.
Redimo redimis redimiui redimitus id eſt coronatus.
Redimicula:ſunt uittæ mulierum dicta q; redimiunt frontem.
Redimicula ſunt:quibus mitra in capite mulierum ligatur.
Redimiculum eſt:quod per ceruicē a lateribus colli diuiſum deſcendēs hic inde ſubcingit.
Redimiæ res:quæ redimunt a prædonibus.
Redimere proprie eſt id quod ſuum fuit ſibi reſtituere.
Redimit:eripit.ſaluat.
Redinſerabit:denuo inſerabit:renouabit.
Redintegrat.reſtaurat.reſtituit.
Redit recurrit.remeat.
Reditus:regreſſus.
Redditus:lucrum.merces.fructus.uectigal.præſtatio.
Reddere:reſtituere.ipſi cuius fuerat dare.
Redditiua ſunt.talis.tantus.totus.tot. Relatiua qualis.quātus.quot us.quot. Relatiua his poſitis:quæ ſecundā cognitionē ſignificant: etiā antecedētia uel redditiua intelliguntur. licet nō ſint dicta.ut qualis homerus fuit talis ſcilicet Virgilius. inuenitur etiam per eclipſim aliarū partium ita diſcedo ab illo:ut qui ſe neget filiā diturum:& eſt apud horatium occurrunt animæ:quales neq; candidiores terra protulit p animæ tales qualibet cādidiores & cætera. Relatiua autem niſi ſint poſita:redditiua non poſſunt intelligi niſi in demōſtratione:ut ſi oſtendentes Virgiliū dicamus talis fuit homerus.
Rediuiua:renaſcētia.denuo uiua.
Rediuiuus:qui redit ad id quod fuit.
Redius:uerſor.p̄co.
Redolet:bene olet.ſpirat ſuauiter.
Reduces:reuerſi.incolumes:hic & hæc redux reducis.
Reducere:reuocare ad ſe. reſumere.
Reducta:concaua.& depreſſa quaſi retro ducta.
Redundat:exuberat.abundat.
Redubiæ:induſiæ.ſpolia ſerpentum.exuuiæ.reliquiæ eſtatum.
Refectus:obſtinatus.obluctans. durus. rigidus. indocilis.
Refectus:repletus.recreatus.releuatus a reficio is refeci iōor refectus.
Refellit:impugnat.refutat.redarguit:reuincit.
Refellere.falſa eſſe.conuincere.
Refello lis refelli.
Refercit:replet.conſtipat.inſpiſſat. cōponitur ex re & farcio cis farſi.
Refert:narrat.repræſentat.reportat.dicit.prædicit teſtatur.
Refert mea tua ſua noſtra ueſtra dicitur:id eſt pertinet ad me.mea res agitur.
Referta:plena.benefacta.obeſſa.craſſa.
Refertor:auctor pulmentorum a referçio refercis reſerſi.
Referbuit:iterum caluit.uel defiot.
Reficere:refocillare.recreare.conſtipare.
Refixum:euulſum.detortum a refigo gis.
Reflagrauit:reuixit.
Reflexa:retroconuerſa uel flexa.
Reflexit:conſenuit.languit.defluxit.ceſſit.
Refloratio:deliberatio.
Refluit:exuberat.abundat.
Refocillare:reficere.recreare.
Reformat:in priſtinam formā reddit.
Reformidat: qui poſt timorem accipit ualitudinem.
Refragat:repugnat:diſſentit.repellit. Refrago refragas.
Refragauit:efregit.conuicit.recuſauit.
Refractiua:reciproca quæ in ſe franguntur.
Refragatur:contradicit.recuſat.
Refragor aris atur:repugnat.
Refrenat:cohibet.conſtringit.abſtinet.
Refricare:inſtaurare.renouare.iterare.repetere.reſcindere.recuſare.qeſcere.refugere.
Refrigerium:ſolatiū.requies.leuamen.
Refrigerare:releuare.conſolari.refrigeriū dare.
Refugit:recuſat.ueretur.timet.retrocedit.
Refundit:refluit.abundat.reſoluit.
Refunditur:redit.recedit.reſoluitur.
Refutat:reprobat.refellit.reiicit.extenuat.

Regalis:regius. dignus regni uel regis.

Regelatum:plũbum liquefactum.

Regerit:reportat.relegit.in abditam partem ponit.

Regestum.relatum.

Regere:recte agere.

Reges a regendo dicti:sicut sacerdos a sanctificãdo. Non autem regit qui non corrigit. Recte igitur faciẽdo regis nomen tenetur peccando amittitur.

Regiæ uirtutes propꝛe duæ sunt. iustitia & pietas Plus autem laudat᷑ pietas. Nam iustitia res seuera est.idcirco reges græce basilei dicunt᷑: q᷑ tanq̃ bases populũ sustinent λαος laos uero græce populus interpretatur. basileos basis populi.regnũ autem a regibus dictũ sicut reges a regendo.regnum uniuersæ nationes ut assyrii medi persæ quoq; suis temporibus habuerunt:quorum uices sors temporis ita uolutauit:ut alterꝝ ab altero solueretur. Primi uero reges gentium hi fuerunt. primus assyriis Belus.Scythis thanus.Sicyoniis agyalæus.Aegiptiis thores.Argiuis inachus. Atheniensibus cecrops. Medis arbages.Persis cyrus. Lacedæmoniis ceranus.Babiloniis seleucus. Alexandriæ alexander. Carthaginẽsibus dido. Troianis tros. Porro hebræis primum duces imperauerũt a moyse:postea reges Saul & Dauid.

Reges significant iustos qui bene se subiectosq; regere satagunt uel apostolos & cæteros prædicatores propter regimen ecclesiaꝝ.

Reges significant bonos ꝑpositos:sicut in mala parte malos.

Reges spiritualiter sunt regentes in se quicquid seruile & bestiale est & pugnantes castigãtesq; & seruituti corpora subiicientes.

Regia domus in qua rex stat id est domus regis regalis uero rege digna.

Regidium:diuinitas.

Regificus:regalis.

Regillum: est amictus in planctu reginarum: unde & dicitur.

Regimonium:regimen.

Regiones partes sunt prouinciarum: quas uulgus conuentus uocat:sicut in phrygia.troia.regio phrygiæ.in galatia cantabria & asturia. A rectoribus autem regio dicta:cuius partes sunt territoria.

Regionarii a pontificibus sunt constituti in schola notarioꝝ & subdiaconoꝝ: quos licebat per absentiam pontificis in conuentu sedere clericorum & cæteros habere honores. Quod idẽ statuimus defensoribus.

Register:liber qui rerum gestaꝝ memoriam continet. unde & dicitur quasi rei gestæ statutio.

Regit:corrigit.gubernat.fulcit.administrat.

Regium est:quod est ipsius regis. Regale uero dignum rege.

Regius:morbus inde dictus putatur q᷑ uino & regalibus cibis facilius curetur.

Regius morbus:cancer.

Rhegium ciuitas est:unde rheginus patrium.

Rhegium:fretum dicitur:quia diuisit italiam & siciliam. Nam rhegiũ græce abruptũ dicitur.

Regnum a regno as:sicut stagnũ a stagno as.

Regnum sæculi huius bellis acquiritur: uictoriis propagat᷑.inter plurima regna terraꝝ per quattuor mũdi cardines regna eminẽtiora fuerunt babylonicũ ab oriente.a meridie charthaginẽse.a septentrione macedonicum.ab occidente romanum. inter primũ & nouissimũ id est assyrium & romanum:africanum & macedonicum uenerunt.itaq; romani imperii anno ab urbe condita.d.cclii.Cæsar augustus imo uero deus disposita regna & tempora cunctis p orbem positis firmam uerissimãq; pacẽ composuit.Christus igitur eo tempore natus est: cuius ortu angeli cecinerunt: Gloria in excelsis deo:& in terra pax hominibus bonæ uoluntatis.Regna duo cernimus longe cæteris præuenisse clariora:assyriorum primũ:deide romanorum temporibus & locis distincta. illud ꝓ́us.hoc posterius.Nam in illius fine istius fuit principium. Cætera regna uel reges appendices istorum dixerim. Assyrioꝝ primus rex Belus cui successit Ninus filius eius. Tunc in terra chaldeorum natus est Abraham. Erat tunc regnum sicyoniorum paruum:a quo undecũq; doctissimus Marcus uarro scribendo de gẽte romana uelut antiquo tempore exorsus est a sicyonibus regibus ad athenienses peruenit: a quibus ad latinos inde ad romanos. iste Ninus totam maiorem asiam præter indiam rexit:cui succedens Semyramis eius uxor in regnum:eos quoq; subiecit. Ob hoc autem reges assyriorum memoramus:ut appareat quomodo babylonia quasi prima Roma cum peregrina in hoc mũdo ciuitate dei procurrat:& ipsa Roma a babylonia secunda est. Apud Sicyones primus agyalæus. Secundus cecrops. Tertius telexio apud assyrios. Quartus Ninus filius Nini. Quintus arrius. Tunc nati sunt de isaac esau & iacob auo abraham adhuc uiuente.clx.anno.Apud assyrios xerxes antiquior qui & baleus. apud Sicyonios turimachus. Tunc regnum arginorum exoritur:ubi ꝓ̃mus regnauit inachus:post phoroneus eius filius apud assyrios bellocus nonus apud sicyonios leocippus apud assyrios decimus baleus:apud Sicyonios nonus mesapis.q & cyphisos: apud argiuos tertius apis. Tunc stetit ãte pharonẽ

Ioseph. mortuo api in ægypto successit ei filius
eius argus ex cuius nomine argiui appellari cœ-
perunt. apud Sicyonios erato Tunc mortuus est
Iacob apud assyrios duodecimus amitus: Apud
Sicyonios plemeus. Tunc mortuus est Ioseph:
apud assyrios q̄rtusdecimus saphrus. Apud Sicy-
onios duodecimus ortopolis. Apud argiuos q̄n
tus criacus. Tūc moyses natus ē. Tūc a quibusdā
phibet᷑ fuisse pmetheus & frater eius atlas Multa
quoq͂ alia de his & aliis ex illis tēporibus fabu-
losa cōficta sunt usq͂ ad cecropem regem athe-
niētium quando per moysen deus eduxit popu-
lum suum ex ægypto Tunc fuit Mercurius. post
hercules Antiquior minerua temporibus ogygii
quādo post illud tempus maximū diluuiū factū
est: non illud Noe q̄d nec græca nec latia nouit
historia. sed illud deucalionis: ubi maximum fuit
tunc regnatis: cum apud assyrios alcatades apud
Sicyonios marathus. apud argiuos triopas apud
athenienses photoneus: post successit Moyse
mortuo successit Iesu: aue regnātibus apud assy-
rios . xviii aracynthora apud Sicyonios xvi. cora-
ce. apud athenienses q̄rto erichthomo. Tunc fa-
bulæ factæ sunt de filio Neptuni busiride de tri-
ptolemo de Minotauro de hippocentauris. de
cerbero. de phrixo & helle de gorgone. de belle-
rophonte. de amphione de dædalo de œdipo:
Anteo. & alia usq͂ ad troianum bellum his tem-
poribus latona peperit apollinē. non illū cuius
erant oracula: q̄uis a quibusdam natus credatur
Tunc & liber qui a perseo diotus peremptus: cuius
uxor Andromeda fuit. Tunc poetæ: qui & theo-
logi dicti sūt Orpheus museus: linus: & q̄uis de
uno deo colendo inter multa eorum falsa cane-
rent: non ei tamen rite seruierunt Tunc finitum
est regnum argiuoꝝ translatum ad Mycenas ūde
fuit Agamenon Et exortum est regnum lauren-
tium: unde dicit᷑ origo romana euidentior post
græcos. Nam a quibusdam dicit᷑ ibi saturnus re-
gnasse idest stercutius; ubi Saturni filius picus
regnum primus accepit iudicite apud hebræos
fœmina debbora ,pphetissa: & tamen adhuc erat
apud assyrios xxiii: rex lamperes. Ianus Saturnus
Picus faunus latinus: Picus genuit faunum &
laurentium secūdū regem Post latinus fauni fi-
lius regnauit. a quo latinitas cœpit. Eo tempore
Italiam uenit æneas regnāre ibi latio. apud athe-
niēses Myrtoo apud Sicyōios poliphide & post
pelasgo: apud assyrios antane: apud hebræos
iudex labdon: post quē Sampson. Mortuo latino
regnauit æneas Post filius eius Syluius de lauina
de quo Sylui reges. Nā Ascanius tertius regna-
uit. Apud athenas codrus. post magistratus hēt
apud assyrios xxviii. oneo & melauto. Apud he-
bræos finito tempore iudicū reges incipiunt a
saule cui reprobato dauid successit: huic uero salo

mon: cuius tempore a latinis condita est alba: ex
qua deinceps reges albani dicti sūt Salomoni suc
cessit filius eius roboam. latium post æneam . xii.
habuit regem Auentinum sepultum in monte.
q̄ ab eo nominatur: quāuis alii ob aduentū auiū
nominatū dicant post hunc procas: cuius tēpore
quia roma iam parturiebat᷑ illud omnium maxi-
mum assyriorum regnum finem tandem accepit
ad medos quippe translatum est post annos fer
me. M. ccc. v. In latio postq̄ ,pcas decessit. amuli-
us successit frater Numitoris: cuius filiam Rheā
quæ & illa Romuli & Remi matrem uestalem
uirginē fecerat uirgilius Capys Numitor Syluius
æneas Romulus iocius aut Numa tullus ancus
tarquinii supbi ultor brutus consul primus deci
us drusus torquatus camillus Amulio successit
Numitor frater auus Romuli cuius Numitoris
primo āno condita est roma: at ,p hoc cum suo
Nepote romulo deinceps regnauit. Ne multis
morer condita ē Roma quasi altera babylon &
prioris filia: p qua deo placuit orbē debellare ter
rarū. Tūc in iudæa erat rex Achaz uel Ezechias: i
israel uero osee. eodē tempore Sibyllam Erytream
uel ut q̄dā dicūt cumæam uaticinatā ferūt iudicii
signū &c. Tūc Thales mylesius fuisse perhibet᷑
unus ex illis septē: q σοφοι sophoi id est sapiē
tes appellati sunt. Post Romulū Numa regna-
uit. Tūc apud hebræos Manasses regnat: a quo
Esaias occidi phibet᷑. Tūc & Samia Sibylla apud
hebræos sedechia: apud romanos septimo tarq-
nio prisco: q successerat anchomatio. Tūc ductus
est captiuus populus iudæorū in babylonia euer
sa hierusalem & templū. Eo tpe Pittachus mity-
lenæus alius e septē sapiētibus fuisse dicit᷑. & alii
quinq͂ solon atheniensis. chilon lacedæmonius
periander corynthius. clebolus lydius. bias ꝑenæ-
us. hi ,pter thaletē & solonē nullas litteras reliq̄-
rūt. Tūc Anaximēder & Anaximenes & Xenpha
nes physici daruerūt. Tūc & pythagoras: ex quo
cœperūt uocari philosophi per idē tempus cyrus
rex plage: q etiā chaldæis & assyriis imp̄abat. ali-
quantam captiuitatem iudæorum. L. milia ad i-
staurandum templum relaxauit: & protellatum
est opus hostibus occursantibus usq͂ ad Dariū.
Tunc Tarquinio a roma expulso etiam iudæi so
luti sunt captiuitate sub Dario: usq͂ ad hoc tem-
pus primæ tenerionis propheras habuit popu-
lus israel: qui cum multi essent paucorum apud
iudæos uel nos canonica scripta tenent᷑. Tem-
pore igitur prophetarum & multo magis post
eos fuerunt philosophi. Nam Socrates athenien
sis moralis ual actiuus post esdram inuenitur.
Non multo post etiam plato natus est . quibus
si addamus etiam superiores sep tem qui nondū
philosophi uocabantur: ac deinde. physicus. qui
thaleti successerunt: nec ipsi uniuersos nostros
x

prophetas præcedűt:quando quidē thales post
quem cæteri fuerűt regnante romulo fertur. Pro-
phetæ uero a diebus oseæ ioathan & achaz & eze
chiæ fuisse perhibent. Theologi uero orpheus &
cæteri:licet ante hos sed non ante ueũ theologũ
Moysem fuerűt. Non solű autem in græcia sed i
barbaris uelut ægyptiis licet quædam sapiētia fue
rit:qua dicitur Moyses eruditus : præcessit tñ hác
Abraham propheta. Post captiuitatem uero quá
do cœpit non hēre ,pphetas gens iudæa deterior
facta est:multisq; cladibus afflicta ab alienigenis:
ipsisq; romanis. Nam nō multo post instauratio
nem templi ne ,pphetia aggei putaretur implera
adueniente Alexandro subiugata est. licet sine ua
statione:quoniam non sunt ausi resistere. Tunc
immolauit diis in templo. post hűc ptolomeus
lagi filius ægypti rex captiuos in ægyptum inde
transtulit:quos eius successor philadelphus beni
uolentissime inde dimisit:per quē factum est: ut
lxx. interpretum literas haberemus. deinde cőtri
ti sunt bellis:quæ in machabeorum libris explicá
tur. Post hæc capti a rege alixandriæ ptolomeo:
qui est appellatus epiphanes. Inde ab Antiocho
rege syriæ grauissimis malis ad idola collēda com
pulsi sunt:a quibus tamen dux eoꝝ strenuissimus
iudas qui & machabeus templum post emunda
uit. Non multo post tempore alchimus a gene-
re sacerdotali alienus:quod nefas erat pontifex p
ambitionem factus est. hinc iam post annos fer-
me. L. pīmus apud eos Aristobolus assumpto dia
demate & rex & pontifex factus est. Ná post ca-
ptiuitatem usq; ad hunc nō reges : sed duces uel
principes habuerűt. huic Aristobolo successit ale
xander etiam ipse pontifex & rex crudelissimus í
suos. post hunc uxor eius alexandra regina iudæ
orũ fuit:ac deinceps huius filii aristobolus & hyr
canus de imperio dimicantes uiros aduersum is-
rael ,puocauerűt romanos. Nam cum hyrcanus a
romanis aduersus fratrem poposcisset auxilium.
Pompeius dux romanoꝝ ciuitate capta tēploq;
reserato:non ut ueneratot:sed ut prophanator ac
cedit:confirmatoq; hyrcano & custode antipatro
posito generi quos tűc procuratores uocabant ui
ctum secum Aristobolum ducit. Tunc iudæi etiá
tributarii romanorum esse cœperunt. postea cassi
us etiam templum expoliauit:deide post paucos
annos alienigenam herodem regem habere me
ruerunt:quo regnante natus est christus: Secűdű
illud. Non deficiet princeps de iuda nec dux de
femoribus eius: donec ueniat cui repromissum ē:
& ipse erit expectatio gentium. Regnante er-
go herode in iudæa apud romanos iam muta-
to reipublicæ statu imperante Cæsare augusto &
per eum pacato orbe:natus est christus ex uirgīe
secundum prophetias. fuit náq; quidam primus
herodes ascalonita edituus templi apollinis : ha-
buitq; filium antipatrem quem irruētes idumæi
latrones captiuauerunt: qui antipater latronű dux
uita & moribus institutus postmodű hyrcáo cui
dam iudæorum pōtifici familiaris effecit: ex quo
nascitur iste herodes:qui in saluatoris natiuitate
fuit. cuius pater idumeus mater uero arabica fuit.
hic propter nimiá crudelitatē in saluatorē & eius
coæquenos ultione diuina urgente nimio mor-
bo affectus cű pomum purgaret:solus se interfe
cit iterfectis quibusdam de filiis suis primitus ac
iudæis maioribus ad mortem dandis cōpræhen
sis. hic uero priusq̃ moreret adiudicante eum au-
gusto cæsare Archelaus filius eius extitit succes-
sor post decem annos imperio deuoluto. Tunc
philippus maioris herodis filius & herodes mi-
nor cű lysania in tetrarchas successerűt cum etiam
duodecimo anno tyberii Cæsaris pilatus iudææ
suscepit procurationem per. x. annos:quando sal
uator. xxx. annoꝝ baptizatus est. At tunc eius p̃-
dicatio incepit a pontificatu. s. Annæ ad initium
Caiphæ usq; protensa tribus interpositis his inæ
le eleazaro simone:omnibus pontificio deturba
tis:ac per hoc tempus doctrīæ saluatoris uix. iii.
totis completur annis tunc saluator noster passus
est. tunc iohánes ab herode punitus Tyberio cir
ca. xxii. annos mortuo Caius suscepit regnum:
statimq; tradit principatum iudæoꝝ Agrippæ q
herodes simul & philippi & lysaniæ tetrarchas &
paulo post herodis fratris ipso herode excrucia-
to & perpetuo exilio dominato. hic uero Agrip-
pa qui & herodes filius fuit Aristoboli filii maio
ris herodis sub quo xp̃s natus est: q Aristobolus
cum fratre suo Alexádro a p̃re suo interfectus est.
Caio uero regnáte uix p quattuor ános claudius
succedit: sub quo fames satis dura uniuersum ob
tinuit orbē. quá nostri ,pphetæ ante p̃dixerát: ue
lut Agabus. Tűc herodes qui agrippa qui & fa-
dus dicitur qui theodan interfecit cum regnasset
quattuor annis sub Caio: tribus autem totius iu
dææ rex sub claudio apud cæsaream cű uoce dei
acclamaretur: nec deo honorem dedisset: ab ange
lo percussus interiit. Claudius constituit agrippá
filium agrippæ postmodum iudæoꝝ regem feli
cem uero totius ,puinciæ samariæ & galileæ & re
gionis: quæ dicitur transiordanē procuratorē mi
sit. Post claudium. xiii. annis & octo mensibus
imperantem Nero succedit: a quo festus in iudæ
am mittitur succedere felici: quo mortuo succedit
Albinus. Tunc & Flotus procurator erat iudææ
anno duodecimo Neronis quando iudæorum
status turbabitur nouis rebus. Post Neronem q
xiii. annis romanum obsedit imperium. Galba &
Orto uno anno & mēsibus sex imperauerunt: q
defuncti Vespesiano regnum relinquunt: posito
per idem tempus in p̃cinctu belli cű exercitu: quo
iudæam oppugnabat: ubi ab ipso exercitu subro

gatur imperio. Is q; confestim romam tendens Tito filio suo curam belli & hierosolymæ oppugnationis iniungit. Vespesiano decennio obeūte Titus succedit duobus annis: qui fratri suo domitiano imperium reliquit Ruffus iudææ præsidet.

Regulæ tychonii: qbus intelligenda ī scripturas Augustinus studiosos plurimum dicit adiuuari Prima de domino & corpore eius est: in qua scimus capitis & corporis q; id ē christi & ecclesiæ unā psonā nobis intimari: ut fidelibus dicit' Abrahæ semē estis: cum sit unū semen abrahæ: quod est christus Non ergo hæsitemus quando a capite ad corpus uel a corpore ad caput transitur: una eademq; psona manente sicut etiam hic. Sicut sponso imposuit mihi mitram: & sicut sponsam ornauit me ornamento. Scda de dñi corpore uero atq; permixto id ē simulato hypocritarum unde dici potest hæc regula de permista ecclesia quādo scriptura ad ipsos uel de ipsis: de quibus loquebat' adhuc loqui uideat': cū de aliis ad alios iam loquatur: quasi utrorūq; unū sit corpus pter temporalem commixtionē & communionē sacramentorū: ut in cāticis canticorū. Fusca sum sed formosa: ut tabernacula cedar: ut pellis salomonis Nō. n. ait fusca fui ut tabernacula cedar q pertinet ad Ismaælem: qui non erit hæres cū filio liberæ: & speciosa sum ut pellis Salomonis quod pertinet ad bonos: sed utrunq; se esse dixit propter temporalem unitatem malorum & bonorū sic ut unū rete piscū quos tamen cū uenerit dominus diuidet. Tertia regula ē de pmissis & lege quæ alio modo dici potest de spiritu & littera uel de gratia & mādato de qua tychonius licet plene sed non bene disserunt: disputando enim de fide & operibus: opa dixit nobis a deo dari merito fidei ipsam uero fidem a nobis. nec a deo esse: cū apls dicat Pax fratribus & charitas cū fide a deo pře & dño iesu christo. Quarta regula tychonii est: de specie & genere uolēs intelligere partē & totū: sicut una quæq; ciuitas uel regio pars est uniuersitatis gentiū. unde etiam uulgo ītelligit' cū specialiter uel ī generaliter aliquid institutum dicatur. Fit etiā hoc de hominibus: sicut quæ de Salomone dicūtur excedunt eius modum & potius ad christum & ad ecclesiā cuius ille pars est relata clarescunt: nec spēs semp excedit'. Sæpe enī talia dicuntur quæ uel ei fortasse tantummodo cōgruant: Sed cū a specie transit' ad genus quasi adhuc de specie loquēte scriptura: uigilare debet lector: ne quærat in spē qd' in genere certius pōt inuenire: ut illud ezechiel' Domus israel habitauit in terra: & polluerunt illam ī uia sua id est in idolis & peccatis suis et cætera. Quod de illa domo israel quam carnalem uocat apl's: facile est intelligere. Sed cū cœperit dicere & sanctificabo nomē meū illud magnū. & cætera quæ sequūt' & congregabo uos de uniuersis terris & inducā uos ī terram uestram & dabo uobis cor nouū & spiritū nouū. facile intelligit' hoc de nouo testamento esse dictum: ad quod non pertinet solum illa gens in reliquiis suis sed cæteræ gentes. quæ pmissæ sunt patribus eorū. Quintā regulam de temporibus appellat qua temporum quātitas ī scripturis sacris latens coniici possit: hanc duobus modis dicit uigere aut tropo synecdoche cū a toto pars uel parte totū intelligitur sicut quod unus euāgelista post. viii. dies alter post sex dicit esse factum ille a parte. viii. hic autem ex integro. vi. dies ītelligēs. & sicut dominus. post tres dies resurgā Alio modo per legitimos numeros illos uidelicet quos diuina scriptura cōmemorat sicut septenarium: denariū: duodenarium & alios: hi enim plerunq; pro uniuerso ponuntur tempore sicut septies in die id est semper. Tantundem ualent qñ multiplicant'. siue p se ipsos siue p denariū sicut septuaginta & septingenti & x. per x. sunt c. & xii. per xii. c. xliiii quo numero designa ut uniuersitas sanctorum in apocalypsi. Sextā regulam uocat recapitulatiōem ī obscuritate scripturarū satis diligenter īuentā. Sic enim dicuntur quædam quasi sequantur in ordine temporibus. cū ad priora. quæ prætermissa sunt latearet narratio reuocetur sicut i genesi. Plantauit dominus deus paradisū in eadē m & posuit ibi hominē quem formauit: & pduxit deus adhuc de terra omne lignum pciosum Ita uidetur hic dictum. tanq id sit factū: postq hominē factū posuit in paradiso cū breuiter utroq; commemorato padisum plantatum & hominē ibi positū recapitulādo redeat & dicat quod prætermiserat. quomodo scilicet paradisus fuerit plātatus & cætera q sequūtur. Septima regula est. eadēq; postrema de diabolo & corpore eius quorum ipse est caput. sicut christus caput est ecclesia. Sicut igitur ī prima regula uigilandum est ut itelligat' cū de una eadēq; persona loquat' scriptura. quid conueniat capiti: quid corpori: ita & ī ista nouissima aliquādo in diabolū dr: quod nō in ipo sed potius ī eius corpore possit agnosci qui sunt in manifesto uel adhuc in occulto sicut ī Esaia. Quomō cecidit de cœlo lucifer mane oriēs & cætera. quæ sub figura regis babyloniæ de diabolo intelliguntur: & tamen quod ibi cōtritus est in terra qui mittit ad omnes gentes: non totum ipsi congruit capiti. Nam & si mittat ad omnes gentes diabolus angelos suos: tamen in terra corpus eius non ipse conteritur ni si quia ipse est in corpore suo. Hæ omnes regulæ aliud ex alio faciunt intelligi: quod est proprium tropicæ locutionis: excepta una quæ uocatur de pmissis & lege: hæc locutio latius patet: ut

possint uniuersa comprehendi. Nam ubicunque uel aliud dicitur ut aliud intelligatur: & si nomen ipsius tropi non inuenitur tamen tropica est locutio.

Regula quasi regens mensuram dicitur.

Regula dicta quod recte ducit: nec aliquando seorsum trahit: alii dicunt quod regat: uel quod normam recte uiuendi praebeat: uel quod distortum prauumque corrigat: uel quod sit recta quasi rectula.

Regulare aes dicitur: quod ab aliis ductile appellatur quale omne cyprium est. Ductile uero dicitur quod malleis producatur: sicut contra fusile quod tantum funditur. Omne aes purgatis in igne excoctisque uitiis regulare fit.

Regulus diminutiuum est a rege.

Regulus dictus quod sit rex serpentium. unde a graecis basiliscus Βασιλίσκος uocatur. Nam basileus Βασιλευς graece rex dicitur.

Regulus quidam romanus: qui cum afros uicisset: ab eis uictus est.

Regumen & regimen idem est.

Reiicit: spernit. dedignatur. componitur ex re & iacio.

Relatio criminis est cum ideo iure factum quod dicitur quod aliquis ante iniuria lacessitus sit.

Relatio est quae refertur ad aliquid: ut pater ad filium & contra.

Relatiua nomina dicta quod ad aliam personam referantur ut dominus.

Relatiua nomina uel aduerbia in fine acuuntur id est postposita: ut Virgilius scripsit bucolica: qui scripsit georgica: sed in contextu orationis praeposita ipsum quoque acutum in grauem conuertunt ut qui scripsit bucolica Virgilius. scripsit georgica. Interrogatiua uero generalem accentuum regulam seruant: ut quis cuius cui qualis quantus: sic qualiter & quotiens & caetera.

Relatum: reportatum. ad aliud datum. a refero refers.

Relegat: exilio dat.

Relegatus quem bona sua sequuntur: deportatus quem non sequuntur.

Relegatus: humanius transigitur: deportatus uero in insulas asperrimas: paulominus summo supplicio comparatas.

Relegit: sublegit. transit renauigat.

Releo les leui: iterum deleo.

Religio dicta perhibetur a religendo deum: amiseramus enim eum negligentes. Augustinus.

Religio appellata quod per eam religemus uni deo animas nostras ad cultum diuinum uinculo seruiendi: & uidetur religio dici sicut eligio: in cuius cultu tria perquiruntur: fides. spes. charitas.

Religiosum ad iustos homines: sacrum ad deum pertinet.

Religiosa graece anastasin.

Reliquit: excedit. peruenit.

Reliquatum metaphoricos dictum liquatum.

Reliquit. componitur ex re & liquit: quod tamen quidam uolunt a retro uel rursus esse.

Relictio & relictus quartae declinationis: hinc reliquus reliqua relinquum & reliquiae: in quo poetae saepe metri causa interponunt l. relliquiae delinquo quoque pro linquo: unde & delictum pro peccato: quia qui peccat officium suum linquit.

Reliquiae cineres ossa animae Virg. troas reliquias danaum.

Relinere: disiungere. aperire. uel iterum linere.

Relino nis leui relitum.

Reliquum: residuum. postremum.

Reliquum est: restat. superat.

Reluctatur: retardat. contradicit.

Reluctans: incertus. haesitans. pendens. uel compugnans.

Reluere: resoluere. luere enim soluere est.

Rema ρημα latine dicitur uerbum.

Remanet: superat. restat.

Remascelata: nulli uirtute.

Remeare: regredi. reuenire.

Remedium: compendium. lucrum. medicamentum. leuamen.

Remedio est: expedit. utile est.

Remedior deficit praeterito teste Capro. Remedior aris.

Remedior antiquitus a medeor componitur.

Remensio: renauigatio. Nam remex nauigator est.

Remensum: renauigatum. receptum.

Remetior: reconsidero. iterum mensuro.

Remex nauigator dictus: quod remum agat uel gerat. prisc. hic remex gis a remigo gas sic faciunt la gis quicunque ueniunt a uerbis desinentibus in go.

Remiges: gubernatores nauis.

Remis. ciuitas franciae.

Remi a remouendis & decutiendis aquis dicti.

Semita ē hominum: callis uero ferarū uł pecoꝝ Tramites autē trans uersa sūt i agris semitula.
Semita duoꝝ pedū est: ut alter i transitu transire non possit: quasi dimidium iter dicta.
Semiuecors minus habens cor.
Semiuir: spado. eunuchus. effæminatus.
Semiuiuus: uix uiuus. exanguis.
Semiustus: ex pte cōbustus.
Sēnion latine significare pōt cōuēticulū i quo se dētes hōesta & cauta uitæ mysteria celebrāt.
Sēnion honestoꝝ cōuenticulū monasterium
Semones quasi hoies semidei.

uocantur: dii. nec digni cœlo.
Sempiternitas ad deū: perpetuitas ad angłos uł ad animas pertinet: primū enī semp fuit nec unq̄ esse desiit: alteꝝ esse cœpit sed esse ppetuū non desistit. Sempiternus autem dictus quasi semper æternus.
Semiuncia inde & stater. dicta quia semis habet de uncia: hinc & semissis quia ponderis est semis quasi remis assis.
Semuncia dicitur semis uncia Nam duodecim scurpulis constat. quæ scribitur sic.
Sennar locus est babylonis: in quo fuit campus duram: & turris: quam usq; ad cœlum leuare conati sunt.
Sennaa: interpretatur dentis uacuefactio. interpretatur fetor eoꝝ
Senatus a senectute dictus: qui uel fundauit ł auxit romā. Isti. c. a Romulo electi sunt. c. a populo: qui ob ætatem Senatores ob similitudinem curæ patres appellati sunt Dicuntur qdē & cæteraꝝ ciuitatum senatores curiæ pricipes sed hæc i antiquis. Nā mō Senator dici nō potest nisi in curia romana fuerit Nam primi ordinis Senatores dicuntur illustres. Secundi spectabiles: Tertii clarissimi: Inferius genus non est.
Senatores eo q seniores essēt alii a sinēdo dictos accipiunt. Ipsi enim agendi facultatem dabāt q̄uis enim Senatoria origine quisque esset usq; ad legitimos ānos eques romanus erat deī de accipiebat honorem senatoriæ: dignitatis.
Senatus est. ut Tullio placet officium consilio iuuare ciuitatē. Magistratus uero opera & diligentia senatus exequi uoluntatem.
Senatus componit senam natus idest nātio dignitas uel significat senatores.
Senator: unde senatrix.
Senatus: seorsū uel tenum natus.
Senatus uocabantur oēs nobiles dictus q̄si seorsum natus.
Senatus uel ipse locus uł ipsa multitudo uel etiā ipsa dignitas.
Senatusconsulta sunt quæ fuerūt senatus auctoritate decreta.
Sena græcum est quod latine dicitur belua imūdum animal hanc enim physiologus dicit aliquando marem aliquando fœminā: & ideo inmundum animal est.
Seneche græce continuum: hinc senicha passio id est febris continua.
Senectus sexta ætas hois q̄ nulloꝝ ānoꝝ numero t̄miat. hæc multa secū bona & mala affert bona qa nos ab ipudentissimis dn̄s liberat uoluptatibus. iponit modū libidini. Sapiam auget dat matura cōsilia: mala qa mor bi odiosa debilitate subeūt. Sicut autem ab anu anilitas

ſ c a ſene ſenectus.

Senectus uenerabilis non diuturna nec a numero ánorum cōputata. Cani ſūt aūt ſēſus hoīs & ætas ſenectutis uita īmaculata: hoc propheta dicit: quia iunioribus ſenectus quædam honeſtatis ſit. de libro ſapientiæ:

Senes dicti q̄ ſe neſciāt: delirāt. n. p nimiā ætatē.

Senes quidā dictū putant a ſenſus diminutione: & q̄ iam præ uetuſtate deſipiāt. Phyſici enī dicunt puerorum & ſenū ætates conuenire. In illis enī ſanguis nōdū calidus: i iſtis iam frigidus.

Seneo ſenes ſenui unde ſeneſco. priſc.

Senetio diminutiuum a ſenis.

Senetiæ herbæ dictæ cito areſcentes. per macerias naſcuntur.

Senectica pars theoricæ ī tria diuidit̄. i. p̄ſentia intelligere: futura præſcire. præterita rememorare

Senex nis m. hic ſēior cōparatiuū q̄uis hoc quoq; ueteres commune accipiebāt. hic & hæc ſenex & ſenicis genitiuum antiquitus.

Senex nis ni quantū ad ſuā uocē poſitiuū fixum.

Senectus ē grauior ætas poſt iuuētutē. Seniū autem ultima ætas poſt grauitatē ueniēs. Sic ſenior & ſenex. Nā ſenior adhuc uiridior. Senecta uero ē ipa ſors ſiue adiicio ſenectuti accedēs

Senecta grauis ætas poſt iuuētutem. Senium uero ultima poſt grauitatem.

Senior eſt quinta ætas declinata a iuuentute in ſenectutem nundū ſenectus: ſed nec iam iuuentus: quæ a quinquageſimo anno incipiens ſeptuageſimo terminatur.

Senium pars eſt ultima ſenectutis dicta: q̄ ſit terminus ſextæ ætatis.

Senior græce preſbyter dicitur nec perfecte iuuenis: nec adhuc perfecte ſenex: Nam ſenex apud græcos nō preſbyter ſed geró γέρων dicitur

Seniores: maiores. longeui. priores.

Senio datus aleæ dictus ſic: cum dat ſex.

Senecion latini uocant hærbam. quæ per macerias naſcitur: quæ græce erigon dicitur: uere primo ſeneſcit: unde & dicitur.

Senones gallorum quidā: qui romā inuaſerunt.

Senodochion cœtus artificis

Senoito id eſt fiat.

Senſa pro ſenſu corporis accipitur.

Senſibilia dicimus quæ uix a motu corporis poſſunt diſcerni.

Senſim: paulatim. cunctanter. timide.

Senſibilis uel ſenſilis a ſenſu deriuatur. priſ.

Senſus eſt per corpus ad animā commeans mentis ſtimulatio.

Senſus ad naturā refertur. Intellectus uero ad artē

Sunt autem corporis ſenſus quinq;: uiſus: auditus: odoratus guſtus & tactus. hi nō ex omnibus quattuor elemētis ſunt: ſed ex aere terraq; gignuntur. Ex aere quidem uiſus: odor auditus. ex terra tactus: ſaporq; naſcitur.

Senſus dicti quia per eos anima ſubtiliſſime totum corpus exagitat uigore ſentiendi: unde & præſentia dicuntur.

Senſus eſt corporis: eſt quoq; ille intimus ſenſus ex quo appellata eſt ſententia.

Senſus eſt rei cuiuſq; adinuentio: Memoria uero rei inuentæ recordatio. Ille excogitata reperit: hæc reperta cuſtodit.

Senta: horrida. aſpera. a ſentis

Sentaria: ſordida.

Sentia dea a ſententias inſpirando dicta.

Sententia eſt liberi arbitrii alicuius expreſſum de re aliqua iudicium quid ſit: uel eſſe debeat aut non. & hæc eſt uniuerſalis.

Sententia eſt apud ciceronem oratio de uita ſumpta: quæ quid ſit uel eſſe debeat in uita breuiter oſtēdit ſic: liber eſt qui nulli turpitudini ſeruit. Sententia eſt dictum imperſonale: ut obſequium amicos ueritas odium parit: huic ſi perſona adiecta fuerit criam erit: ut Achilles offendit agamēnonem uera dicendo. huius multæ ſunt ſpecies. Aliæ eni ſūt īdicatiuæ aliæ pnūciatiuæ: ut nuſq̄ tuta fides: Aliæ imperatiuæ: ut uade age uoca zephyros & cætera: quarum quot ſūt figuræ: tot ſunt ī pronūciādo uoces. Sunt & aſidoxe quarum pars honeſta ē: ut magnis periit phaetō. Sūt & aliæ ut ppe catalepſis cū id qđ nobis obiici poterat: nō p̄ſumimus ad diluēdū Sūt & aporiæ dubitatō ſimīātis neſcit ſe q̄ ſcit

Sententia conſilium. uoluntas. iudicium. ratio.

Sententioſus: ſententiis plenus: In bono ſententias accipimus niſi adiectione reprobationis.

Sentes ſpinæ: ſyluæ ſpinoſæ ſeu uiuæ.

Sentes pluraliter declinantur. priſc. fœminini generis. Virgilius maſculini.

Senticem rubum dicunt. ſenticem urſinam. uulgus dicit frutetum aſperum nimis & ſpinoſū quā auctores ramnum uocant.

Sentus: ſordidus.

Senta dicta a ſitu ideſt terra inculta: in qua ſentes & ſpinæ naſcuntur

Sentis: ſpina.

Sentoſa: ſpinoſa.

Sētina aqua fetida & puteus ī nauis fūdo uel ipſa ps nauis: ad quā tota decurrit aq̄ a ſētēdo dcā

Sentit: intelligit. putat. animaduertit.

Sentit: per tactum uel aliquem alium ſenſum cognoſcit.

Sentio tis neutrum: ex eo aſſentio. or. diſſentio or. i una ſignificatiōe inueniuntur: aſſentor quoq; aſſentaris. Sentio tis. ſi. inde dicitur ſenſus ſus ſenſibilis & ſenſilis litas ſenſualis ſenſatus ta tum. ſentina ſentinæ. Componit̄ aſſentio diſſentio conſentio perſentio: præſentio: Inde aſſenſus ſus & conſentaneus.

Sennutta tristicia
Seon interpretatur arbor infructuosa siue elatus.
Seorsum: seperatim. sequestratim. imparte.
Separat: diuidit. dissonat.
Separ separatus id est non par
Sæpe sæpius sæpissime: frequenter: ad numerum pertinet.
Sæpenumero: multotiens sed ut numerari possis
Sepedium. refugium.
Sepelire est corpus condere. Nam humare obruere dicitur: idest humum inicere.
Spelio lis li & sepeliui uel sepeli sepultum in usu Nam antiqui sepelitum dicebant
Sepetos baccas lauri dicebant
Sepes sunt munimenta satoꝝ: ūde & appellatæ.
Sepit. munit. circundat. circuntegit.
Sepio pis septum.
Sepia piscis de quo fiebat incaustum.
Sepia dicta quia sepibus interclusa facilius capit. obscænum genus: ore eni cōcipit sicut uipera
Seplasiarius negociator: qui multa uænūdat: quē græci pentapolen uocant.
Seplasium statio: ubi pigmenta uænundātur: quæ dicitur myropolion
Seponit: sequestrat: comendat: seorsum ponit.
Seps exigua serpens: qui non solum corpus sed ossa ueneno consumit. masculinum
Septa: circundata loca sancta.
Septum: oliue.
Septē pro hepta græco dicimus: hi & hæ & hæc septem dicimus: sicut cæterorum numerorum nomina a quattuor usq; ad centum & mille.
Septem inde septenus dicitur septenarius. septies septimus. septimana. septuplū. cōponitur septēplex septemplico as septemuir: septāgulum septiformis. septēbris septuagita. septingenti.
Septem oppidum a montibus septem. gaditano freto imminet
September nominatus a numero & imbre: quia septimus ē a martio & imbres habet. Sic octo ber nouember & december
September græce gorphcos: hebraice elul: ægyptiacæ tot. Macedonice gorpheus
Septentrio qui & apartias uentus ideo sic dictus quia a circulo septem stellarum consurgit. hic a dextris oricium. a sinistris aquilonem habet.
Septentrio ille est: quem græci arcturum uocant: quia septem stellarum radiis fulgens in seipsū reuolutus rotatur: qui ideo plaustrum uocatur quia in modum uehiculi uoluitur.
Septentrionalia: a parte septentrionis.
Septenarius significat summā uniuersitatis: quia omne tempus septem diebus consumatur.
Septennis septem annos habens
Septimanam latini dicunt quasi septem luces nā mane lux est: hæc & hebdomada dicitur

Septuagesima uel sexagesima a parte totū significat. Mos est enim sacræ scripturæ si tertiū numerum supra decadem incurrent sequēti decadi deputare: uerbigratia. Septuagesimæ nouē sūt hebdomadæ: quæ faciūt nō nisi lxiii. dies: uocat tñ. lxx. a pte totū significās: sic & similia.
Septuagesimā ægyptii celebrantes a carne abstinent: alleluia nō cantāt. Sed tamē singulis hebdomadibus diebus tribus. i. pria feria qnta & septima ieiuniū soluūt: & remanēt i abstinentia. xxxvi. q̄ ē decima totius āni. Nam mosaica lex de oībus rebus decimas dare pcepit. Sexagesimā uero græci celebrāt: qa eadē die q̄dragesimæ ieiuniū icipiūt simulq; cū esu carnīū alleluia dimittūt. Nā cū i unaquaq; hebdomadaꝝ: quæ octo sūt: duos dies nō ieiunēt: nō nisi. xl. i abstinētia remanēt: ueteris ac noui testamēti pcepta seruātes: qa siue i ueteri siue i nouo testamēto: q̄dragenarius numerus ad pœnitētiā ptinet semp. In qnquagesima uero ludi & babylonii ieiuniū icohāt: qa in lege ānus qnquagesimus iubeleus. i. remissiōis uocat: & psalmus qnquagesimus i penitētia decantat. Simul igit cū esu carniū alleluia dimitūt. Romani uero i. xl. ieiuniū icohāt. q̄ttuor tamē ante psūmptis diebus ppter dies dominicos qbus ieiuniū soluūt & cōtinue ieiunāt usq; ad sanctū pascha. Nā i lege moyses ieiunauit. xl. diebus & xl. noctibus. Tempore pphetaꝝ helias. Similiter dominus noster idē suo firmauit exēplo. Quadragesimā sāctis doctoribus nominari placuit: licet usq; i sāctū pascha duo dies supsint: i q̄. xxxvi. dieꝝ ieiunio ut ait sanctus gregorius decimā deo damus: Religiōe uero crescēte a telesphoro pōtifice septē hebdomadæ i abstinētia dicatæ sunt: & hoc tēpus nō alio nomine rectius q̄ qnquagesima i ordine uocari placuit. Ex hic deinceps collecta ratione q. viii. hebdomadas obseruarūt sexagesimā q uero nouē. lxx. nominauerūt: nō hebdomadaꝝ uel dieꝝ numeꝝ sed tenorē nominis seruātes. Qūquagesima igit nōnullis obseruat ut decimas dieꝝ ieiunādo offerāt: & dominū nostꝝ iesum christū imitent. De sepem naq; hebdomadibus. si subtraxeris dies dominicos coenā dñi & sāctū sabbatū nō nisi. xl. i abstinētia remanēt dies. Sexagesimam uero existimamus pptera celebratā. qa pria & qnta feria ieiuniū soluimus remanētibus de octo hebdomadibus. xl. diebus i abstinētia. Mechiades. n. aplicus cōstituit pria & qnta feria ieiuniū solui pp sāctū chrisma quod i eo cōficit & recōcilia tionē pœnitētiū. Et ipsa die dñs corpus & sanguinē suū magnū nobis pfutuꝝ exhibuit sacramētū & coelos ascēdit: Septuagesima uero a qbusdā celebrat: qa pria feria qnta & septia

ieiunium soluunt. Remanent enim de nouem hebdomadibus non nisi. xxxvi. dies Sabbatum autem celebrant: quia ipsa uesperascente die gaudiū resurrectiōis a fidelibus celebratur.

Sceptrū primum uirga est: deinde inauratur. ut regiam deceat manū. significat gloriā mundanā

Septunx quia septem unciis constat. qui scribitur sic hic septunx septuncis.

Sepulchrum a sepulto dictum tantummodo tumulus defunctorum: Monumentū uero nunc tumulum: nunc historiam gestorum designat Tumulus uero nunc tumens tellus: nūc sepulchrum dicitur seorsum a pulchro.

Sepulchrum mortis est habitaculum in quo prope mortuorum corpora ponuntur.

Sepulchrum significat uoracitatem gulæ. mendacium adulantium.

Sepultus dictus q̄ sine palpitatione & pulsu est. idest motu.

Sequax: discipulus docilis. ad docendum aptus

Sequani gens est.

Sequela: mos: ritus. exemplum. consuetudo.

Sequester dicitur qui certaminibus medius interuenit: qui apud græcos μεσίτης apud quē pignora deponi solent: dictum a sequendo: q̄ eius q electus sit fidem utraq; pars sequatur.

Sequester susceptor pignerum., hic sequester sequestri: unde eius fœmininum sequestra facit Virg. & pace sequestra. Inuenitur tamen etiam tertiæ declinationis.

Sequestror aris sequestratus: seorsum pono. repono. separo. diuido.

Sequi. id ē imitari. secūdū currere. post aliquē ire.

Sequens. cedens. molle flexum.

Sequor deponens pris.

Sequo & sequor idē significabat antiquitus.

Sequor sequens. inde secutor: sæculū secūdū quosdam secutio. sequax cis citas sectare: secutare: sector p syncopā: unde sectator sectatio: sectabilis Cōponitur insector consector assector: secus præpositio. secūdus secūdo as. cōponitur assequor. unde assecula & p syncopam asseda. persequor. obsequor. prosequor. exequor. insequor subsequor. cōsequor. obsequiū: seuerus: seueritas: sequestris. secius: socius.

Sequus obliquus: aut longe aliter.

Sera: tarda id est serotina a sero.

Sera oppositio ostii a sero as.

Sera genus piscis dictum q̄ cum naui contendēs pinnas aperit. sed deficiēs serat. i. claudit. Amb.

Serræ nomen de sono factum est idest a stridore: est enim prætenuis ferri lamina dentium, mordacitate resecans quæque attigent.

Serræ circinique usum perdix quidam adolescens inuenit. spinam piscis imitatus: quem dædalus patruus ad docendum acceptum inuidia præcipitem ex arce deiecit: dehinc exulatus ex creta pennis uolauit: ut fabulatur. de quo ouidius viii. metamorph. sic habet Ille quidem medio spinas in pisce notatas. Traxit in exemplum: ferroq; incidit acuto Perpetuos dētes. & serræ repperit usum primus: & ex uno duo brachia ferrea nodo uinxit. ut æquali spatio distantibus illis altera pars staret pars altera duceret orbem Dædalus inuidit: sacraq; ex arce mineruæ præcipitem misit.

Serra de qua ligna & marmora secantur: est etiam lignum habens multos dentes. quod boues trahunt ad tormentandos homines.

Serare: claudere. opponere. unde sera: componitur sero seras.

Seraphin: incedens uel pennæ uentorum.

Seraphin multitudo angelorū: qui ex hebræo in latinum interpretantur ardentes uel incendentes quia inter illos & deum nulli angeli consistunt: & ideo quanto uicinius coram eo sunt: tanto magis claritate diuini luminis inflāmantur: unde ipsi uelant faciē & pedes: sedentis in throno dei: Et idcirco cætera angelorum turba uidere dei essentiam plene non possunt.

Serapis ægyptiorum deorum maximus: Ipse est apis rex argiuorū maximus: qui nauibus i ægyptum trāsuectus. cum mortuus esset. serapis dictus est o in e mutata: quia soros græce dicitur arca in qua mortuus ponitur.

Serbotæ gens æthiopæ. xii. pedum.

Serenum: purum. fulgidum: quietum. placidum. lætum. hilarem.

Serenum ad cœlum referri potest: trāquillum ad mare.

Serenat. serenum facit.

Serenale: pura luce.

Serere: seminare. dicere. affirmare.

Serere dictum: q̄ hoc sereno cœlo faciendum est non per imbres.

Seres oppidū orientis a quo gens serum & regio dicta est nobilibus frōdibus fertilis: e quibus uellera decerpūt: quæ cæteris gentibus ad usū sunt uestium. hæc a scytico & caspio ad orientalem oceanum flectitur.

Seres populi apud quos bombices uermes sericum creant.

Sergii genus quorundam romanorum nobiliū a sargesto troiano: qui uetur. cum ænea. descenderunt. Virg.

Seria singulariter uasis genus orca. unde seriola.

Seria res id est ordinata:

Seria: mitra. Seria pluraliter ludi necessaria modesta utilia

Sericum dictum quia id seres primi miserūt. uermiculi enim ibi nasci perhibent: a quibus hæc circum arbores fila dicūtur qui uermes græce

bombices dicuntur.

Series ordo rerum longissimus : unde seriatim.i. ordinatim a serendo.id est ordinando : unde seria orcae ordo uel seria unlia & ordinata aliq.

Seriola est orcarū ordo directus uas fictile uel uini apud syriam primum excogitatum.

Serio:alacriter.uel utiliter.continue.cito.

Serius:modestus.ordinatus Serius.a.um : Serus uero tardus.

Sermo plurimorum uerborum oratio est. a serendo dictus: quod nos cum praepositione dicimus a differendo.unde Sermo sancti augustini idest disertio dicitur.

Sermo collatio duorum uel plurimorum est:quā graeci dialogum dicūt:dictus quia inter utrūque seritur:eget enim alterius personae.

Sermocinari inter se fari:colloqui.

Sermocinor sermocinaris.

Sero horā significat & tarditatē ē & sero tēpus noctis ꝓfundū:ut sero ad lucubrandū surrexi.tarde aduerbium qualitatis.

Sero as aui.oppono :

Sero ris seui etiam serui antiquitus: pro ordinaui & immisi.uel pro seui & seminaui:unde satus & sertus.

Sero ris.unde series seriatim serta sermo unde sermotinus sermocinor.tio.tor.satio satum semē seminarium sementis:sera serae:unde sero as.inde cōponitur resero as.semino as. seminator. atio.cōponitur dissemino serū serii & serae seri unde cōponitur caseus.sero aduerbiū: unde serus ra rum.cōponitur assero dissero:desero: insero cōsero.unde disertor.disertio:disertus.

Serotina:tardiora.

Serpedo ē rubor cutis cū pustularū extātia dictū a serpēdo ꝑ mēbra. Serpētē quattuor naturas habere physiologus dicit:prima cū senuerit:caligēt oculi eius:& si uoluerit nouus fieri: abstinet se a cibo donec pellis relaxetur. & ide coartat se ut senectutē deponat.Secūda cū uenerit aquā bibere i cubiculo suū uenenū deponit & sic aquā isīncēter bibit.Tertia uero si uiderit hominē nudū timet:si autē uestitum isilit i eum. Quarta cū uoluerit occidi totū corpus tradit ad poenā:caput autē suū custodit.

Serpēs nomē accepit qa occultis accessibus serpit: Nō eni apertis passibus sed squamarū minutissimis nisibus serpit Illa autē quae quattuor pedibus nitītur sicut lacerti & stelliones nō serpentes sed reptilia dicuntur.

Serpētes autē reptilia sūt:quae uētre & corpore reptant:quorū tot uenena quot genera:tot pnicies quot species:tot dolores,quot colores habentur.Omnes autem natura frigidi.nec percutiunt nisi quando calescunt. In naturalibus bonis irrationabilium animalium serpēs quodam sensu excellit:unde & in Genesi: Serpens autē erat sapientior cūctis pecoribus terrae.Dicit Plinius ꝙ serpētis caput si cū duobus digitis euaserit nihilominus uiuit.unde corpus totum obicit pro capite:& caetera quae sequūtur Quidam de medulla spinae hominis mortui serpentes nasci dicunt.

Serpens pastu non feniculi caecitatem repellit.fertur uero mori rubi foliis superiactis.uel si sputum ieiuni hominis gustauerit.

Serpens caelestis inter duos arctos locatus est.

Serpens generis masculini & foeminini.

Serpens significat diabolum uel malignos homines & in bono filium hominis uel prudentem hominem.

Serpens:intrans. penetrans . repentinum a serpo pis psi.

Serpit:repit: crescit . penetrat . paulatim uadit uel latenter.

Serpillum haerba dicta ꝙ radices eius longe serpant.eadem & perillos puleum campestre.

Serta coronae floribus insertae diuersis.

Serta inserta.

Sertū coronatū uel corona floribus inserta.

Sertus ta tū a seru . Satus uero a ꝑterito seui fiūt.

Sertor cultor.

Serua ancilla alias custos.

Seruans animo continens.

Seruantissimus aequi custos aequitatis.

Seruat custodit retinet.serendo uiuificat.

Seruor a te & tibi dicitur:unde dicitur seruamē seruator tio seruabilis : Seruus a seruulus . seruio uis:unde seruitus: seruitium a seruo . componitur obseruor.conseruor.reseruor. A seruio uero deseruio inseruio.

Seruire tantum dominis:Inseruire uero cuiusque praecepti.

Seruio seruis seruiui a seruis dictū:a seruio seruitus

Seruitus cōditio seruiendi Seruitium uero numerus seruientium:multitudo seruorum.

Seruile quod seruis competit.

Seruitus duobus modis accipitur idest pro latria & dulia graece:hoc est quae deo & hominibus competit.

Seruus graece Δυλοσ dicitur.

Serui a seruādo dicti. Apud ātiquos enim qui in bello a morte seruabātur serui uocabantur.

Seruus uero ex conditione seruitutis.Item seruus in bello captus atque seruatus dicitur:famulus uero ex propria familia ortus . Mancipium ex hostibus quia manucaptum dicitur.

Serum dictum a clausis seris quando nox uenit ut unusquisque tutior fiat somno . Est autem hora occasu diei:quando nox incipit & dies finitur:Inde sero aduerbium dicitur

Serum qualitas horae:aut temporis est.Sero ...

certa temporis significatio.
Serus:rarum.tardus post tempus.
Serum:aqua lactis est.
Sessampon ciuitas italiæ.
Sese seipsum:compositum pronomen.
Sesillus:pusillus.statura modicus.paruus.
Sessilis dictus:quia non uidet' stare sed sedere.
Sesquiplú antiqui dicebát:núc uero sescuplú dici
mus sicut & septuplum.
Sessio:conuētus.congregatio.
Sestercium duaꝝ & semis libraꝝ: nummus quasi semistertius.
Sestos σηστος ciuitas asiæ super hellespontū.
Sestertius genus pōdens:sexta pars denarii.
Sestertium duos asses hēt & dimidium.
Sestertiarius qui sestertia erogat.
Setas pilos porcoꝝ uocamus a sue dicta: a qbus & sutores uocantur: qđ ex setis suant pelles.
Setacis græce spina.
Seth plātatio interpretatur.
Seth resurrectio interpretat' eo q̧ post fratris interfectionē natus sit quasi fratrē suscitaret. Idē & positio:quia posuit eū deus pro abel.
Sethiani hæretici dicti a seth filio Adæ dicētes eū esse christū excellēti matre genitū.& unde eius semen appellatū esse filiorum dei.
Setigena:capraꝝ genitus.
Sengeri:setis uestiti.cilicio induti. uel caprarum greges.
Setinum uinum a loco dictum.
Setres:animos incogitatos.
Sethim in pentateuco spinaꝝ genus in heremo est:e quibus lignum imputribile est.
Sethim ligna quanto acceduntur:tāto duriora efficiuntur.
Setus pro ζῆλος dicimus.
Sæua:iniqua.mala.crudelis.sæuientis iræ.
Seuenites lapis persicus: cuius candor cum luna mutatur.
Seuerus quasi satis uerus:tenet enim sine pietate iustitiam.
Seuerus seorsum uendicus districtus.
Seuerus proprium montis.
Seueritas iudiciorum patrona est disciplinæ.
Seueritas:integritas.rigor.districtio.iudicium.iracundia.
Sæueriani hæretici a seuero exorti. hi uinum nō bibunt:uetus testamentum & resurrectionem spernunt.
Sæuit:furit. irascitur.insanit.
Sæuio uis seuiui uel seui. Sæuit per æ scribendū. Nam seui quod & seru per e putam.
Sæuitia:furor.crudelitas.iracundia.
Seuentius a seueritate iudiciaria dicitur.
Seuocat:ad remotiora uocat.sollicitat. in secreto decipit.

Seuthlion græce betha.
Sæuum in ira:cruentele in sanguine sic distinguit'.
Sex & septem a græco uenit. illi enī hexheptanos sex & septem dicimus. in multis quæ in græcis aspirationem hēnt. nos pro aspiratiōe ponimus scilicet sex.
Sex inde sextus senus sexcuplum sexies senarius sextanus.cōponit' sexdecim sex.usdecimus sedecies sexagita sexagesimus sexageni sexagecuplum sex ;ges sexagenarius sesqpes sexcupes:sexcuplo as sexcuplex us sexāgulus sexanguli: sexcenti. sexcēteni.tesimus.cuplum:sexcenties.sexcentenarius.
Sexqualter compōitur ex sesqui græco quod est totum & alter quod est medius:id est quotiēs maior numerus continet minorē in se totū & eius medietatē:ut tres ad duo. tres enī duo in se continent & eius alterā partem:quod ē unū. Similiter sex ad quattuor & nouē ad sex & multi alii:maior numerus sexqualter minor subsequalter dicitur. Sic quoq; sesquitertius cū maior numerus minorē in se hēt & eius tertiam partem ut quattuor ad tres & octo ad sex & cæteri. Sic deinceps sesqui quartus sesquiquintus sesqsextus & cæteri in infinituum exponuntur.
Sesquipes:totus pes.
Sexquiplus id est sesqualter.
Sesquiplus cum aliquid contra aliud habet illud totum & dimidium:ut tres syllabæ breues ad unam longam.
Sesquipedalia:dilatata.pompatica.magnifica.
Sexcupes pediculus dictus:q̧ sex habeat pedes.
Sexquinx qui & sexquūtia dictus quasi uncia & semiūcia quiq; sic scribit' .
Sextarium duaꝝ est libraꝝ:q bis assumptus nominatur bilibris quater fit.græco nomie choenix χοῖνιξ Quinqes cōplicatus qnatem siue gomor facit:adiice sextum cōgium reddit: unde & sextarii nomen accepit.
Sextarium uini habet libras duas & octo uncias.
Sextarium olei habet libras duas.
Sextarium mellis habet libras tres.
Sextans qui & sextas dictus quasi sexta assis: duas enī uncias hēt:quiq; sic scribitur s.
Sextula dicta q̧ sit unciæ sexta. Nā quattuor scrupulis constat:quæ q̧ sic scribitur.
Sextula appendit' quattuor scrupulis: siue quater senis siliquis:quæ ideo sextula uocatur: q̧ bis sex uncia consumat'.hanc uulgus aureū solidū uocant.huius tertiam partem ideo dicunt tremissem:q̧ eundem solidum facit ter missus.
Sextula bis assumpta duellem facit: ter uero staterem.
Sexus utraq; natura masculina & fœminina a sedendo dicitur.

Sexus discretio maris & foeminæ: dicitur uero a sex: quia a digito pedis in sexto inuenitur articulo.

Sphingis genus simiaꝝ: uillosæ sunt comis.

Sfinteres sunt hi quibus in orificiū idest annum multæ fiūt causæ id est passiones.

Sphinx gis græcum est: fibula uel monstrum quoddam

Sfungia a fingere id est nitidare & tergere dicta af franius: accedo ut tibi uerticem fingam linteo idē extergam. Sfungia animal fistulatū dicit̄ cruore inhærēs petris: unde & dum abscindit̄ sanguinem emittit. Nam alia sunt uiuētia in aquis & discurrūt: alia quæ stant fixa.

Sfungia lapis creatur in aquis leuis ac fistulatus: & camenis aptus.

Sfungia: panis aqua diutius laxatus.

Sy græce tu latine. pris. si pro ει hei græco. Si cō iunctio dubitatiua: siue confirmatiua est.

Si unde dr̄ sic. uñ cōpōit̄ sicut sicuti sicubi.

Siban tertius mensis martius.

Sibyllæ dr̄r uenerabiliter oēs foeminæ ex lingua græca. Nā sios æolico sermone dr̄ deus βου λην bulen græci mentē & consiliū dicūt q̄si dei mentē. Proinde igit̄ q̄ia diuinā uolūtatē interpretari solebant dictæ sunt. Sicut autem omnes uiros prophetantes prophetas aut uates dicimus: ita oīs foemina prophetās sibylla dicit̄. Decē aūt sibyllæ a peritissimis auctoribus fuisse tradunt̄: quaꝝ prima de persis fuit. Secūda libyca. Tertia delphica ī tēplo delphi apollinis genita: q̄ ante troiana bella uaticinata est. Quarta cumæa ī italia. Quīta erythræa noīe eriphyla ī babylone orta: q̄ græcis ilion petentibus uaticinata ē: & peritura troiam. & homerū mēdacia scripturū. Sexta samia: q̄ femonoe dicta ē. Septīa cumana noīe amalthea ipā ē & cymæa. Octaua hellespōtia ī agro troiano nata: q̄ scribit̄ Solonis & cyri fuisse tēporibus. Nona phrygia: q̄ uaticinata est ancyræ. Decima a tyburtis noīe albunea: quaꝝ oīum carmina efferunt̄ ī q̄bus de deo & xp̄o & gētibus manifestissime scripsisse comprobantur. Celebratiōr aūt inter cæteras erythræa perhibet̄: quā eo tp̄e uaticinatā nōnulli ferūt: quo roma cōdita ē. & in iudæa rex erat achaz uł sicut alii dicūt: qui ei successit ezechias: hæc sane de christo quædam manifesta conscripsit: cuius carmina uir clarissimus flaccianus ī quodam græco codice ostendit ita in capite habentia. Ihesus christos θεου ϋιος. σωτηρ qđ est latine ihesus christus dei filius saluator: hi autem uersus: quorum primæ litteræ hunc sensum reddunt: sicut eos quidam latinus scilicet Augustinus ex distantibus uersibus interpretatus est: hæc continent.

Iudicii signum tellus sudore madescet.
E coelo rex adueniet p̄ sæcla futurus.
Scilicet in carne p̄ns ut iudicet orbem.
Vnde deum cernent incredulus atq; fidelis
Celsum cū sanctis æui iam termino in ipso.
Sic animæ cū carne aderūt: quas iudicat ip̄e.
Cū iacet incultus densis ī uepribus orbis:
Reiicient simulacra uiri cūctam quoq; gazā.
Exuret terras ignis pontūq; polūq;.
Inquirens terri portas effringet auerni.
Sanctoꝝ sed enim cūctæ lux libera carni.
Tradetur. sontes æterne flāma cremabit.
Occultos artus retegens tunc q̄sq; loquet̄
Secreta atq; deus reserabit pectora luci.
Tunc erit & luctus: stridebunt dentibus oēs
Eripit̄ solis iubar & chorus interit astris.
Voluet̄ coelum lunaris splendor obibit.
Deiiciet colles: ualles extollet ab imo.
Non erit in rebus hominū sublime uel altū.
Iam montes campis æquant̄ cerula ponti.
Omnia cessabunt tellus confracta p̄ibit.
Sic pariter fontes torrent̄ fluminaq; igni.
Et tuba tum sonitum tristem demittet ab alto.
Orbe gemens facinus miseꝝ uariosq; labores.
Tartareūq; chaos monstrabit terra dehiscens.
Et coram hic domino reges sistent̄ ad unum.
Recidet e coelo: ignisq; sulphuris amnis.

Hæc de christi natiuitate passione & resurrectiōe atq; secundo eius aduentu in græcis uersibus dicta sic in capitibus inueniunt̄ habere Ihesus christus θεου ϋιος σωτηρ quod & ī latinū translatis apparet: nisi q̄ græcarum litterarum proprietas non adeo potuit seruari. Hæc autē sibylla siue erythræa: siue ut quidā magis uolunt cymæa: ita nihil habet ī toto carmine suo cuius exigua ista particula est: quod ad deorū falsorū cultum pertineat: quinimo etiā contra eos & contra cultores eorū loquit̄ ut in eoꝝ uideatur deputāda numero: qui pertinent ad christum: inserit etiam lactantius quædam de christo uaticinia sibyllæ: quis non exprimat cuius Sed quæ ipse singillatim posuit: ego arbitratus sum cōiuncta esse ponenda: tāquam unum sit plixū: quæ ille plura cōmemorauit & breuia. In manus inquit infidelium postea ueniet Dabunt autem deo alapas manibus incestis: & impuro ore expuent uenenosa sputa dabit uero ad uerbera simpliciter sanctum dorsū & colaphos accipiēs tacebit ne quis agnoscat: quod uerbum uel unde uenit ut inferis loquat̄: & corona aurea coronet̄. Ad cibū aūt fel: & ad siti acetū dederūt ī hospitalitatis hāc mōstrabūt mēsā. Ipsa. n. īspiciēs tuū deū nō intellexisti medētē mortaliū mētibus: & spinis coronasti: & fel miscuisti. Tēpli uero uelū scindet̄: & media die nox erit tenebrosa nimis in

tribus horis & morietᷣ tribus diebus somno suscepto:& tunc ab infens regressus ad lucem ueniet primus resurrectiōis principio reuocatus Nonnulli enthraea non Romuli sed belli troiam tempore fuisse scripserunt.
Sibilus est spiritus tenuis. fit exili pulsu uel uerberato aere.
Sibilus & sibilum sed sibila pro sibilantia.
Sibilus enim generis masculini.
Sibilus est idem:qui & regulus.
Sibilon canit anteq̃ mordeat uel excurrat idem & basiliscus graece
Sibillus regum blandimenta.
Sic.ita in eo modo:hac ratione.sic quando similitudinis est circūflectitur.qn̄ iurandi grauatᷣ Et quando ut uel uti subiūgitᷣ sibi sicut dixi sic uti iussi.
Sicambri populi sunt.
Sica a secando dicta:est enim gladius breuis quo maxime utuntur qui apud italos latrocinia exercēt:a quo sicarii.
Sicarius dictus quia ad ppetrandū scelus telis sit armatus.Sica enim gladius est.
Sicarius gladiator latro homicida.
Sicar antiquitus.
Sicamber francus:qui & teucrus.
Sicamina mora maiora.
Sicania sicilia.
Sicanus:sinus siculus.
Sicani a sicano dicti sunt sicut ab italo itali. idem & sicilienses.
Sicbel quod latine siclus corrupte dicitᷣ hebraeū est habens apud eos unciae pondus apud latinos autem & graecos quarta pars unciae est & iste stateris medietas:unde cum in diuinis litte is legitur siclus:uncia est cum uero in gētilium.quarta ps ūciae.
Sichem syriae urbs quae latine & graece sichinia uocatur hanc emor aedificauit:appellauitq; sychē noie filii sui. ipsa est & nunc neapolis ciuitas samaritanorum.
Sicera est omnis potio quae extra uinum inebriare potest quod quāuis hebraeum sit tamē latinum sonat pro eo quod ex suco frumēti uel pomorum cōficiatur:coctisq; frugibus aqua pinguis quasi sucus colatᷣ & haec dicitᷣ sicera
Sicera hebraice omnis potio interpretatur qua inebriari potest.
Sycheus didonis maritus:quē pigmalion interfecit eius cognatus.
Sicilia a sicano rege sicania dicta ēdeīde a siculo itali fratre sicilia.prius autem trinacria dicta ꝓpter tria acra idest promontoria:pelorum:pachinū lilybeum:quod latine triquatra dicitur quasi in tres quadras diuisa:haec ab italia exiguo mari discreta ē africum mare prospectās terris frugifera fistulis penetralibus uentisq; & sulphure plena:unde ibi aethnae mōtis extāt icēdia:in cuius freto scylla est & charibdis quibus nauigia.aut absorbētur:aut collidūtᷣ: fuit autem quondam patria cyclopum & post nutrix tyrannorum:ac primū omnibus terris cōmissis seminibus aratro proscissa:Principatum urbiū syracusis habet fontē Aretusā: hāc Sallustius italiae dicit fuisse coniunctam:sed medium spacium impetu maris diuisum.
Sicilia insula prope sardiniam:ab oriente cingitᷣ mari hadriatico:a meridie africo ab occidente & septētrione tyrrheno:a borea usq; ad subsolanum hadriatico:qdᷣ diuidit tauromitanos siliciae & brutios italiae.
Siciliicus latine corrupte siclus dicitur idem & sichael.
Siciliicus .vi.scrupulis constat:quiq; sic scribitur
Siciliicus in diuinis estᷣ uncia. in gentilibus q̃rta pars unciae.
Sichima ciuitas samaritanorum q̃ interpretatur humeri ubi iacob rediens ad laban tabernacula fecit propter suas oues:appellauitq; locum illum tabernacula:de quibus ī psalmo laetabor & diuidam sichimam & conuallē tabernaculorum dimetiar.
Sichima humeri latine.humeri autem opera interpretatur.
Sicyonii graeci sunt dci a sicyōe rege:hi ꝑmū agyalei a rege agyaleo noiati sūt.ipi sunt arcades.
Sicyonia arcadia dicta.
Sicyon ciuitas in monte.
Siccitas siccitudo:siccitas iniquitas.
Sicisagna cucumer agrestis.
Siclus solidi duo & semis.
Siclus qui graece dicitᷣ stater.xx.obolos habens. x.scrupulos.idem & sichel.
Sicomius dictus est a loco.
Sicomorus graecum est dicta q᷑ sit foliis similis moro:hanc latini celsām appellant ab altitudine:quia non est breuis ut morus.
Sycomorus ficus fatua appellatᷣ stulta ficus.
Sycophanta graece calūniator uel uiliū rerū appetitor. σσυκοφάσ[?]ης calūniator.
Sicubi:id est si alicubi.
Sicula:sicilia.
Siculus de sicilia.
Sicula uas aptum ad uinū uel aquā a graeco tractum id est sicia σίκυα.
Siccus dicitur q᷑ sit exucatus:uelᷣ per antifrasim q᷑ sit,sine succo.
Siccus ior simus.siccitas.sicco cas.
Sidan stagnū fertur esse apud indos:in quo nihil inatat:sed omnia merguntur.
Sydera illa dicuntur quae nauigantes considerāt: astra autem sunt stellae grādes ut orion:stel ae

uero minores uel multi iuges ut hyades pliades: Signum autem quod animantis imagine formatum est: ut taurus scorpio.

Sydera sunt stellis plurimis facta ut hyades pliades dicta ꝙ ea nauigantes considerantes dirigunt ad cursum cõstitutum. Quædam autem stellæ idcirco signa dicuntur: quia nautæ contemplantur acies fulgoresq̧ earum: quibus rebus coeli status ostẽdit̃ futurus Sed & homines ea itendũt ad præuidẽdas aeris qualitates p æstatem & autũnum hyemem & uer. Ortu nim & occasu suo certis stationibus temporꝫ qualitates significant Aug. unde dicit script̃a ꝙ sydera sint in signa & tempora. Neq̧ enim illa dicit quæ obseruare uanitans est sed utiq̧ utilia & usibus uitæ huius necessaria.

Sydera phi putauerunt oceani aere pasci.

Sydera græce latine ferrea. nam ubi nos in uirga ferrea græci eurabdon sydera dicũt.

Syderales sunt dies in quibus mouent̃ sydera & homines a nauigationibus excludunt Sidero sideras.

Sideritis: gemma ferro similis.

Sydia flores mali granati. græcum est.

Sidicinum oppidum campaniæ.

Sidit: subdit. suppressit. subtus stat.

Sidunt: sedent.

Sido dis habet ƥteritum uerbi sedeo prisc. unde subsido cõponitur. eius passiuũ sidor sideris Nam insidit̃ dicitur.

Sido dis. ũde sydus deris: a quo sidero ras. componitur desidero desiderium desiderator desiderabilis biliter: considerna: a sydere sydereus a: um. a sido dis. sedo as. componitur cõsido insido. subsido. assido.

Sidolus: diligens.

Sido onis: a sidone profecta.

Sidon hæc sidonis ciuitas est syriæ.

Sidon interpretatur uenatrix uel uenator.

Sidon filius chanaan primogenitus: a quo sidones exorti putantur ũde & urbs eorũ in phoenice sidon uocatur.

Sidones prior populus qui sidonẽ ædificauit in insula mediterranei maris.

Sidones frater cadmi phoenix ex suo nomine phoenices uocauit dũ de thebis ægyptioꝝ in syriam profectus apud sidonẽ regnauit.

Sidonem urbem phoenices a rubro profecti cõstruxisse dicunt̃: quam a piscium copia sidon dixerunt: pisces enim sidon phoenices uocant ipsi & tyrum in syria condiderunt.

Sidonia patria didonis.

Sidonia a sidone urbe tyri.

Sydrach interpretatur decor meus. hic & ananias

Sydus est multiiuges stellæ ut hyades pliades prisc. hoc sydus syderis: unde sydero as.

Siene ciuitas ægypti.

Syene in arabia serpentes sunt cum alis

Syenes marmor circa syenẽ uel thebas nascitur

S-et pro sit dicebant antiqui: sient ꝓ sint.

Siphax numidiæ rex.

Sifinius lapis mollis & candidus.

Sypho uas dictum: ꝙ aquas sufflando fundat. Orientales enim ubi senserint domũ ardere cum siphonibus plenis aqua icẽdia extiguũt sed & amari supernis aqs inũdat.

Sigena: genus piscis in mari.

Sigeum promontorium asiæ: ubi hellespontus aptius dilatatur: dictum a taciturnitate: ꝙ hercules prohibitus hospitio a laomedonte troianorum rege simulauit abscessũ & inde cõtra troiã uenit cũ silẽtio ꝙ græce dicit̃ sige σιγὴ

Sigilla signa maiora: a signo sigillum.

Sgilla signa anulorum p diminutionem sicut anuli ab anis.

Sigem purgamẽta metallorũ ĩ igne siue rubigo

Signa quædam stellæ dicuntur q̄ ea nautæ obseruant in gubernandis nauibus.

Signa notæ. indicia. coniecturæ. uel arma.

Signa litteræ sunt uocum & uoces rerum seu intellectuum.

Signat: notat. exprimit. signum facit.

Signo as inde dicitur signator tio signaculum: signum sigillum: ũde sigillo as componitur designo præsigno insigno consigno assigno Afiguo insignis & insignio is signifer. significo cans. tius. canter. consignifico.

Signanter: euidenter. expresse.

Significat: intimat.

Significãter. euidenter.

Significantius: expressius.

Signum notamen. indicium. testimonium.

Signum dicitur quod animantis imagine formatur: ut taurus. scorpio.

Signum primitiuum. deriuatur sigillum diminutiuum & signo as & signio is ũde insignitus insignis. significo as. signifer. antesignarius designo as componit̃ præsigno. resigno

Signũ est quando in hoc quod uidet̃ aliud intelligitur: dictum ꝙ aliqd significet. Signaculum autem ẽ quod alicui rei ad hoc ĩprimitur ut lateat quousq̧ referatur.

Signifer auctor qui signum fert ante alios uexillifer.

Signes ægyptii mensuras uiarum uocãt: qs galli leugas: græci stadia. latini milliaria uocant.

Signium ciuitas: unde signinus dr̃.

Sylla brutus. ꝓprium fuit.

Syli sydera signa. sylia ꝓ sylua trissyllabũ.

Sylia silua est.

Syllaba græce conceptio: siue complexio dicit̃. απο του συλλαμβανειν id est conceptio-

litterarum: syllambano συλλαμβάνω enī dicitur conceptio: unde uera illa est syllaba: q̄ ex pluribus nascitur litteris. Nam una uocalis abusiue syllaba dicitur: quæ non tā syllaba dicenda est q̄ ratio tempoꝝ.

Syllaba: semipes dicitur: qa est dimidius pes.

Syllabatim: paulatim temperanter.

Syllabicus: accentus.

Syllanas tubas idest syllæ.

Syllani milites syllæ.

Silarus lucos lucaniæ fluuius Ser.

Syllepsis est in dissimilibus clausulis per unū uerbum conglutinata cōceptio. ut singularis pluralitati aut pluralis dictio singulari uerbo expleatur ut sūt nobis mitia poma: & pressi copia lactis sit et iam per accidētia partibus orationis sicut quando unum pro multis & multa pro uno ponuntur: fit & per genera diuersi sexus: ut cymothoe & triton adnixus fit & per numerū ut Italiam sociis & rege recepto: Fit & per tēpora ut hactenus aruorū cultus & sydera cœli Nunc te bache canā Fit & p personas: ut hunc socii morē sacrorum hūc ipse tenebo.

Syllepsis casus discrepantes in una significatione congregati.

Silent: tacent. placida & imota sunt.

Sileo: omitto. prætereo taceo nescire me fingo.

Silere ad uocem mutam refertur: tacere uero ad articulatam.

Silentium nihil est: Sed ubi uox nō est silentium dicitur: Sicut tenebræ nihil sunt sed ubi lux non est.

Silenus lucidū. purū serenum fulgens.

Silenus nutritius fuit bacchi. senex.

Siler genus uirgulti uel leguminis.

Siler fluuius iuxta salernum. pris. hoc siler sileris terræ foetus.

Silex est durus lapis dictus q: exiliat ab eo ignis hæc silex cis: etiam hic silex dr̄.

Silicernus: senex incuruus. quasi iam cernens silices sui sepulchri: uel solum cernens silicē.

Siligo genus tritici: a selecto dictum Nam i pane species eius præcipua est.

Siligineus uero panis qui fit ex eo.

Silicon quam latini corrupte siliquā uocāt græce dictum q: fructus eius sit dulcis.

Siliqua est genus leguminis quod porci i africa comedunt: significat autem aliquando folles leguminum: aliquando purgamenta eorum

Siliqua folliculus leguminum: proprie tamen cuiusdam arboris fructus lōgus latusq; habens internis semina: quibus fit pensū.

Siliqua retinet quatuor grana ordei.

Siliqua habet calcum eiusq; tertiam partē: & sic scribitur.

Siliqua xxiiii pars solidi ē. uocata ab arbore cuius est semen.

Siloa fons est ad radicē mōtis sion: quæ nō iugibus aquis: sed icertis hons diebusq; ebullit.

Siloa fons fluens de probatica piscina interpretatur fons luminis.

Syllogismus quē græci uocant   nos ineuitabile possumus appellare qd̄ interrogatus hinc īde concludat: & utroq; pmat cornu.

Syllogismus græce latine dicit' argumētatio uel inuenit abile: qua inuētū pbabile exequimur

Syllogismus est igitur: propositionis: assūptionis confirmationisq; extrema conclusio.

Syllogismus aūt non solū rhetores sed maxime dialectici utunt': licet & apl's sicut & alii sæpe proponat. affirmat: confirmet atq; concludat: quæ ut diximus ppriæ artis dialecticæ & rhetoricæ sunt.

Syllogismorum apud rhetores pricipalia genera duo sunt inductio & ratiocinatio. inductionis tria sunt membra. prima prepositio quæ ex similitudine cōstat in una pluribu sue. altera illatio quæ assumptio dicitur ex eo. q: cōcedi uolumus cuius causa similitudines adhibitæ sūt introducit. Tertia conclusio est quæ aut concessionē illationis confirmat: aut qd ex ea cōficiat' declarat sic. Quæso xenophon sit tuus uicinus meliorem equum habeat q̄ tu: illius ne an tuum malis: illius īquit. Quid si fundū illius etiam. Quid si uxorem meliorē habeat at ille conticuit: Meliorem igitur uis habere uxorem quare nisi hoc perfeceris: ut neq; uir melior neq; lectior fœmina sit in terris: semp id quod optimum esse putabis requires Ratiocinatio ē oratio qua id de quo est quæstio comprobatur per se expositum & cognitum huius duo sunt modi Entymema qui est imperfectus syllogismus atq; rhetoricus: q: in duabus partibus consistit: siue ut quidam dicūt sola propositione. Alter modus epicheirema latitudine distans a dialecticis propter quod rhetoricis dat' constatq; modis tribus primus tripertitus idest mēbris tribus. Secundus quadripertitus. Tertius quīqpartitus.

Syllogismi dialectici sunt ubi totius eius artis utilitas & uirtus ostenditur: quorum conclusio primum lectorem adiuuat ad ueritatem inuestigandam: tū ut absit error decipiendi aduersarium per sophismata falsarum conclusionum. Formulæ cathegoricorū syllogismorum sunt tres prima habet nouem modos Secunda. iiii. Tertia sex hos si quis plene scire desiderat perihermenias apulei legat. Modi uero hypotheticorum: si fiunt cum aliqua conclusione septem sunt. hos si quis plenius desiderat: librum legat Marii uictorini.

Syllogismus est oratio in qua positis qbusdam

& concessis per ea ipsa quae concessa sunt propositionē scilicet & assūptionē aliud quiddā necesse ē euenire q̄ sunt ea q̄ cōcessa sunt id ē conclusio: ut oīs hō aīal: omne aīal substātia: oīs igit̄ homo substātia: hic eni p̄ propositiones q̄ conceduntur: oīs hō animal. omne aial substantia: necessario aliud qddā concludit̄ q̄ sint illae duae: & ab eis tn̄ uenit. Oīs igitur hō substantia.

Syllogismoꝝ uero alii sunt predicatiui q cathegorici dicūtur. alii condicionales: quos hypotheticos uocant. Et p̄dicatiui qdē sunt qui ex oibus praedicatiuis propositiōibus cōnectuntur: ut superius: hipothetici uero sunt: quorū uel una p̄positio cōdicione nectitur: ut hic: si dies est. lux ē: est aūt dies: lux ergo est: hēt ergo oīs syllogismus propositionē. assumptionem & conclusionem.

Syllogismus species est argumentationis.

Silua interdū fructuosa: nemus uero arbores frōdosae & umbrosae dicunt̄.

Silua dicta quasi xila: qđ ibi ligna cedātur. Nam ξιλων xilon graece dicitur lignum: significat gentes.

Silua siluanus sicut sylla syllanus: siluestris siluula siluicula: componitur silugena. siluicola. Siluia pro silua.

Siluanū latini uocant deū: quem graeci paniā dicunt. id est incubum.

Siluester: teter. horribilis. asper.

Siluestre: opacum. amoenū. umbrosum.

Silui dicti sunt omnes albanorū reges ex siluii nomine: sicut romanoꝝ augusti.

Siluula silua modica.

Silurus: genus piscis: uilissimus est.

Sim nomen uici. neutrum.

Symachae graece compugnatores.

Symachus ergo compugnator dicit̄.

Symachia: cōpugnatrix & adiutrix.

Symachus interpres post christum. ebioneae haeresis dicitur fuisse.

Symbolum graece consilium uel consultū uel signum militare.

Symbolos graece consultor.

Symbola proprie dicuntur quādo a diuersis p̄tium conficitur in unū: ut conuiuium inde paretur.

Symbolum graece pactum uel collatio.

Symbolum collatio aut pactū: quod fit homini cum deo.

Symbolum signum siue fides: siue pecunia cōgregata.

Symbolū graece signū uel collatio uel iudiciū interpretatur. Discedētes. n. apostoli ad euāgelizādum hoc p̄dicatiōis signū uel indiciū posuerūt. Cōtinet aūt cōfessiōem trinitatis & unitatē eccl'iae: & oē christiani dogmatis sacramētū.

Symbolum graece signū uel collatio idest q̄ plures in unum conferunt dici potest. id enim fecerunt apostoli in istis sermonibus in unum cōferēdo unusquisq; quod sensit. iudiciū aūt uel signum ideo dicitur quia in illo tempore multi simulabant se apostolos dei esse. idcirco istud indicium posuerunt per quod agnosceretur is qui christum uere secundū apostolicā regulam p̄dicaret. Denique & in bellis ciuilibus quisq; dux suis militibus symbola discreta tradit: quae latine signa uel indicia nominantur ut si forte interrogetur prodat si sit hostis aut socius. idcirco nō scribi mēbranis sed habere in cordibus tradiderunt: ut certū esset hoc nō ex lectione: que interdum etiam ad infideles peruenire solet: sed ex apostolorum traditiōe suscepisse & in tabulis cordis scribitur: in quo quidem pauca sunt uerba: sed omnia cōtinēt sacramenta sicut a propheta praedictū est quoniam uerbū breuiatū faciet dominus sup terrā.

Symbamata congruitates.

Symeon interpretatur exauditio: sicut. n. dixit lya quādo peperit eū q̄a exaudiuit me dominus.

Symeō filius cleophae iacobo successit eṗs. filius etiam mariae.

Symae capellae id est naribus p̄ssis: unde simiae quoq; dicte sunt quasi simae.

Symiae dictae quod suppressis naribus sūt: licet & capellarum sit pressum habere nasum. Alii simias latine dictas arbitrantur: q̄ i eis multa similitudo rationis humanae sentiatur: sed falsum ē harum genera quinq; sunt: ex quibus cercophytecii caudas hñt quam quidam claram uocant sphingae uillosae sūt comis onocephali cyn. callitrices.

Simiae plena luna exultāt. media & caua tristāt̄.

Simila: subtilissima farina farris.

Similogo: genus tritici.

Simulare: imitari. exprimere: assignare.

Similo as aui.

Similis talis qualis ille: quasi simul ille.

Similitudo: imago. forma figura. effigies.

Similitudo est cū secundum speciē aliquam uisā imago pingitur uel formatur. figura uero est cum impressione formae alicuius imago exprimitur. cum autem propria liniamenta exprimuntur: imago dici potest. Oīs igitur imago similitudo. sed non conuertitur.

Symista: conscius secretorum. Mysta graece dicit̄ mysterii auctor Symista uero: qui sub eo est uel qui cōscius est mysterii.

Simois simoentos simois simoentis apud nos fluuius troiae.

Simonides quidam poeta fuit lyricus: ūde simonidia metra.

Simones delphines dicuntur.
Simon interpretatur pone mærorem uel obediens uel audiens.
Simon chananæus obedientia pura & humilitas
Tabernacula tentoria sunt militum quibus in itinere solis ardores tempestatesqꝫ & in iunas frigoris uitant Dicta uero sunt ꝙ distenta funibus tabulis interstantibus apprehenderētur quæ tentoria sustinerent.

Tabernaculum licet ponatur pro habitatione sempiterna tamen proprie belli res accipitur & significat continue fidem tēporalis dispensationis per incarnationem domini

Tabernæ olim uocabātur ædiculæ paruæ plebeiorum dictæ ꝙ ex tabulis ligniisqꝫ erant constructæ unde & tabernarii dicuntur qui ibi residere solebant.

Tabernio qui uinum uel aliquid uendit.

Tabentum lapis tabernatus.

Tabent. languent.

Tabescit quinimo languore ad maciem uenit

Tabes: macies. morbus. sqlor lues clades lāguor

Tabes est corrupto sanguine corrumpente uiscera Nam tabe distilant qui pestilentia corrūpuntur.

Tabellæ i quibus scribunt: ūde tabellarii qui eas portant.

Tabellæ diminutiuū a tabula

Tabes oppidum perlidis.

Tabeel proprium est interpretatur bonus deus ut uel hominem uel idolum ostenderent.

Tabi & tabo putridus sanguis est: Tabes autem pestilentia uel quælibet putredo.

Tabificus: tabem faciens.

Tabida: morbida: uel corrupta quæ tabem faciūt

Tabita iterptetatur doreas id est, dama uel caprea

Tabita cumi id est puella surge.

Tabor & ermon duo mōtes sūt. iterpretat᷑ uero tabor lumē ueniēs: hermon anathema eius

Tabacra ciuitas affricæ.

Tabulato olim limine domus fiebat. unde & tabulatorum nomen permanet.

Tabulæ a tegendo dictæ unde & tegulæ.

Tabulæ testamēti ideo dictæ. quia ante usū chartæ uel membranæ in dedolatis tabulis scribebant.

Taburnus mons apuliæ campaniæ

Taburnus arbor.

Tacere: silere. nil loqui. præterire.

Taciturn: silens. latens.

Taceo es inde taciturnus taciturnitas. componitur conticeo. unde conticinium. conticesco.

Tacite. quiete. silenter.

Taciturna: grauis. admirabilis

Taciturnitas: pudor. uerecundia. nil loqui: silentium uero confusis uocibus uel tumultibus.

Taciturnus: in tacendo diuturnus.

Tactus dictus ꝙ pertractet & tangat: & ꝑ oīa mēbra sensus uigorem aspergat. nam tactu probamus quicquid sensibus cæteris iudicare nō possumus. duo autem sunt genera eius nam aut extrinsecus uenit quod feriat aut intus in ipso corpore oritur.

Taddeus qui & iudas iacobi de lxx. duobus.

Tafat furunculus

Tadal rex multarū gentium quia in diebus eius diuisæ sunt linguæ.

Tafendus hercules dicitur.

Tafuis quere tauis.

Tafnas interpretatur insanus serpens uel opertū signum.

Taphos græce sepulchrum Epitaphiū uero scriptum super sepulchrum.

Tagaton qui & πρωτοσατισ græce summus & princeps omnium deus interpretatur

Tagas græce furunculus.

Taygetas mercurius a taygeto oppido dicit᷑.

Tago græce possum.

Tages quidam faber fuit qui in hispania subito sulcis emicuit in cuius ortu aureus tagus ꝓcessit hic oppida condidit. leges ferendi dedit iterptetat᷑ uero potēs a græco tago idest possum Secus tamen de Tage sentire uidet᷑ Ouidius ultimo Metamorphoseos his uerbis

At nymphas tetigit noua res & amazōe natus
Hand aliter stupuit ꝙ cum tyrrenus arator
Fatalem glebam mediis aspexit in aruis
Sponte sua primum. nulloqꝫ agitante moueri
Sumere moy hols telluris omittere formam
Oraqꝫ uenturis aperire recentia factis
Indigete dixere Tamgem qui primus Etiscam
Edocuit gentem casus aperire futuros.

Tagum fluuium carthago hispaniæ nominauit ex quo ortus procedit auriferis harenis

Taygeta mons laconum.

Taygete stella quæ in fronte tauri est. una ex pliadibus.

Talamin interpretatur suspensio.

Talamon græce cubiculum coniugalis thorus

Talassius dici fertur quia cū sabinæ raperēt᷑ una elegāntissia extitit quā ab oraculo Talassio duci responsū est dari ab his qui felicit᷑ actis nuptus talassu noīe usi sūt. hoc & apd ægyptios

Talamus domus uel lectus nuptialis.
Talaris tunica dicit' q̄ usq; ad talos descēdat.
Talares calcei socci sunt ea figura ut talū cōtigāt. Subtulares uero sub talo.
Talaria calciamēta mercurii pēnata.
Talastrus colaphus in talos.
Tale:idē.simile.expressum.
Talētū summū esse pōdus phibet' a græcis sicut calcus minus. huius diuerse pōdus hēt': nam apud romanos septuagītaduaȝ libraȝ ē. aut triplex idest minus mediū summū minus. L. Mediū. Lxx. duaȝ. Sūmū. Cxx.
Talentum:uolūtudo.
Thales milesius græcus auctor.
Thalia musa una de nouē uel comœdia: īterpretat' aūt capacitas.i.terra comica lasoua gaudet sermone thalia.
Talis tantus & tot si ad præsentes dicant' etiam demonstratiua sunt: ut uides illū:talis ē iste. sin ad absētes relatiua uel redditiua tm̄ ut qualis hercules talis fuit theseus.
Talio est cū id patit' quisq; quod fecit iniuriæ uel ueneficii.
Talio onis recōpensatio simile.
Talli sunt ramusculi fusiles.
Talpa dic' q̄ sit dānata cecitate perpetua. ē enī absq; oculis terrā semper fodiēs:quod græci uocant talfas.
Talus dicitur a tolo. Nam tolus est eminens rotunditas:unde & fastigium templi rotundū tolus dicitur.
Talus est sub crure:sub talo calcaneus. Taxillus diminutiuum eius.
Tam aduerbium comparandi quantitatis uel qualitatis.
Thamar iterpretat' amaritudo pro uiris mortuis eadem & cōmutans:mutauit enī se in habitu meretricis quādo cōcubuit cō socere suo.
Thamar interp̄tat' amaritudo uel cōmutās: hæc nurus iudæ fuit.
Thamar urbs ē in solitudine:hæc palmira dicit'. Nā thamar hebraice palma sonat dicta a quibusdā quia ibi palmata sint plurima.
Thamar hebraice iulius mēsis dicit'.
Thamus mensis iunius.
Thamaricū latie dicīt ab amaritudine: arborem hanc græci maraton dicūt.
Taminare:corrūpere.
Taminus:iunius mēsis.
Tamū iterp̄tat' cōsumans:uel contemptus.
Tamna iterp̄tat' deficiēs.locus in israel fuit.
Tamnathsare ciuitas iosue in latere mōtis gaas ubi est insigne eius sepulchrū.
Tanais fluuius qui & tanus dictus est ex tiphe is sylus ueniens dirimit europam ab asia in potitū fluens.
Tanais fluuius scythicus de monte hyperboreo ueniens.
Tanager us amnis lucaniæ.
Tanaquil uxor tarquinii superbi.
Thanateos græce mortuus.
Thanateos isula galiio oceani dicta a morte serpentium:terra eius etiā quoquo gentiū inuecta sit illico angues perimit.
Tandem:aliquando uel in fine.
Tangit:cōtingit.ingerat tractat.
Tango gis tetigi tactū.
Tango is tactus itactus & cōtactus. Cōponit' attingo.contingo.ptingo.contagio.
Tanis humile mandatū interpretat'.
Tanis ciuitas metropolis est ægypti ubi pharao fuit: & moyses cuncta signa fecit. hanc construxisse dicunt titanes id est gigantes & inde dictam.
Tantalis auis quā ardeam uocant.
Tantulus diminutiuum.
Tantillus modicus.
Tantisper:iterim.iteȝ.iterūq;.
Tātus:unde tātulus tātillus : cōponit' tandem.
Tantundem numerū significat.
Tantidem tanti pretii est quanti & illud genitiuus de tantundem.
Tantundem tantidem in nominatiuo ex duobus correptis in genitiuo ex integro & corrupto componit'.
Tātundē.ipsum.idem.similitudo. figura eiusdē rei de qua agitur.
Tantū a tam & tenet cōponit'.inde dimiutiuū tantulum:unde etiā tantillū.
Taos:gemma est.
Tapax:futunculus.
Tapeta dicta q̄ pedibus prius sternerētur quasi tapedia:hæc aūt simpla sunt sicut ex una pte uillosa:aut amphitapa sicut ex utraq; pte uillosa:hoc tapetū tapeti & hoc tapete tapetis: & hic tapetes tis. Virgilius.nā tapetes pulchros dixit Tapetibus etiā prima corripitur.
Tapinosis est humilitas statum magnæ rei dicēs infirmans ut apparent rari nantes in gurgite pro mari.
Tapinosis græce latine humilis actio.
Tabrobane insula indiæ subiacēs iter ortū & occasum maior pars huius calore est usta. Solem oriētē dextra habet occidētē sinistra septētrionē non uidet sed canopum stellam.
Taplus isula stadiis decem a sicilia distat.
Taplus ciuitas inter bizantiū & tripolim.
Tara interpretat' odor suauitas.
Tha hebraice cōtemplatio stuporis.
Thata iterpretat' exploratio arcessionis.
Tharath interpretat' fulgurans.
Tharatus dicitur lapicei.

Taraconia hispaniæ ciuitas:caput taraconēsis ꝓuinciæ.

Tares neptuni filius fuit.

Taras fluuius antiquus in adria.

Tarbelle ē ciuitas iuxta mare circa flandriā.

Tardū:pigrū:lentum.obtusum.stolidū.

Tardus dicitur simus . tarditas tardo tardas quod tenet tarum.

Tarea uestis regia aut stola purpurea.

Tarentū ciuitas in ultima parte italiæ oppidum campaniæ.

Tarmus uermis in carne.uermis lardi:

Tarpeia filia tarpeii quæ dū traderet romam ab ipsis interfecta ē & sepulta ante capitoliū cui nomen tarpeium dedit.

Tarquini duo fuerūt:unus q ludos romanos instituit & capitolium ichoauit:alter q fuit ultius regū & tēplū iouii in capitolio cōstruxit.

Tarsum ciliciæ ptoles perseus ædificauit de qua fuit paulus apostolus natus. Quidā etiam locus indiæ tarsis dicitur.

Tarsis filius iuuan a quo cilices:unde metropolis eorū ciuitas tarsis dicitur.

Tarsis exploratio gaudii interpretatur.

Tarsis speculatio gaudii interpretatur.

Tarsi hebræū ē latine æthyops interpretatur.

Tarsis mare uel pelagus.

Tarsis siue calcedonia carthago est.

Tarsis quod i ezechiele & daniele reperitur aquila chrysolitū:symmachus hiacynthū interpretatur unde qdā i syrasiri male tarsis tarsum ciuitatē putauerunt. Nam inter reliquos lapides qui in ornatu sacerdotis sculpti sunt:eiusdem lapidis nomen iseritur . Est tñ homonimon : qa tarsis uocabulo indiæ regio nūcupatur & ipsum mare:qa ceruleū sit & solis radiis repcuntur colorē supradictorū lapidū trahit: unde & dicitur. Quo tarsis ionas ire uelle dicitur:& salomon ꝑ commerciis naues misit : licet iosephus iuxta literam commutatam græcos putet tarsū appellasse pro tarsis quod est hebræū.

Tartareū : horribile uel ifernale.

Tartarus dicitur:uel qa ibi omnia turbata sunt: uel quod est uerius απο του ταρταριξειν id est a tremore frigoris.illic enī fletus & stridor dentiū locus iferorū confusus.

Tartarus singulariter & tartara pluraliter idem significāt.

Taraca:uestis regia.

Tarcos urbs graciæ.

Tasiæ uites a talo insula dictæ.

Tatiani hæretici a tatiano quodā dicti:q & encraticæ dicuntur:qa carnes abominantur.

Tarula animal est acerrima habēs cornua quasi serrata:a nullo capi pōt:sed tamē cornua mollibus uirgis obligat.

Thau:mansuetus.

Tauesli:subterranei.

Taumantias tutni soror fuit.

Taumastes græce mirabilis.

Taumata græce miracula.

Taumatus græce mirabilist

Taura sterilis.

Tauri significāt principes populorum. Aug.

Taurus græcū est sicut & bos.dictus ꝙ nascātur ex eo uermes ricino similes huius tauri sanguis haustus mortalis fertur esse homini.

Taurus secūdu signū i cælo.quē propter iouē inter sydera posuerunt quia in bouē sit conuersus quando rapuit europam.

Taurus tormenti genus.quod quidam phalaris agrigentinus tyrannus iuenit:quod ipse post expertus est.æreus taurus erat.

Taurus mons qdam id est caucasus.ubi est tauromiuiū oppidum.

Tauromiuiū tauromiuiū proprium ciuitatis:hic tauromiuitanus.

Tauromiuitana urbs siciliæ:ubi ē charybdis.

Tautanos idē est & clauas:idē & cateias.

Tautones dicūtur pili palpebrarū uel palpebræ.

Tautologiū id est eloquium id est repentinum ut si fara uirum seruant:si uescitur aura . Totū enī quod repetitur una res ē:sed crebro sermone annunciata.

Tautologas id est idipsum uerbum .

Taxat:ponderat.nominat.æstimat. tangit.

Taxatio:æstimatio.deliberatio.nominatio .

Taxare dicitur æstimare tractum ab emptoribus qui taxatione pretii tandem suas uoluntates colligunt:Inde componitur dumtaxat

Taxata:subnexa . itexta . æstimata . taxatiuncula diminutiuum.

Taxca lardus est gallice dictum

Taxeota id est officiosus:

Taxillus diminutiuum a talo:sicut a uelo uexilū.

Taxus uenenosa arbor:ūde & toxica uenena exprimuntur. ide sit arcus.hæc abundat i corsica

Theatrū est quo scæna iluditur semicirculi figuram habens i quo stantes ciēs aspiciūt cuius forma prius rotūda erat id est āphiteatrū.theatrū autē græca a spectaculo noiatū ꝙ i eo stās populus desuper aspiciat ludos hoc athenis primū:deinde a censoribus romæ factum ē

Theatrum.spectaculum. locus i ciuitatibus erat ubi exercebantur ioca regalia & decolabantur rei.plærunq; etiam innocentes ad hoc confluebat omnis populus.

Theatrum spectaculum ubicumq; fieri dicitur. dictum a theoro Τεωρω id est uideo.

Thebas ægyprias cadmus cōdidit græce thebalda dcā.idē i boetia thebas cōdidit . Thebæ duæ sūt:una i ægypto:alia i græcia ātiquius sim

gulariter thebea. sunt etiam thebæ ãtiquæ in thessalia echioniæ ab echione dictæ q adiuuit cadmum.
Thebæ pluraliter declinãtur & singulariter thebe thebes.
Thebeth hebraice ianuarius.
Thebeth in libro hester mensis decẽbris.
Thebalcũ marmor intertĩctũ aureis guttis.
Theca græce repposirio. alii dicunt ab eo q tegat aliquid: unde cõponitur thesaurus thesaurizo chirotheca.
Tectones fabros uel artifices græci uocant.
Tectus: occultus. latẽs. cautus. a tego gis texi. tectum.
Tectũ: opernmentũ domus. lar. limes.
Tectonatus: tecto coopertus.
Tecuæ interptaĩ sonus tubæ.
Tedæ lãpades pigues propẽ crassam plcẽ dictæ.
Tehed & ioth iterptaĩ iusticia domini.
Tædet impersonale.
Tædet: horret. pænitet tædiũ patiĩ: tristaĩ: unde pertæsus.
Tædiũ: anxietas. angor. stimulus.
Tædiaĩ tædio afficiĩ.
Thee: thalamus. semen siue fons.
Tefun lapis a colore cineris dictus.
Tegeũ: oppidũ arcadiæ: hinc tegæa.
Teges: coopertorium a tegẽdo: prisc. hæc teges tegetis.
Tegit: celat. cooperit.
Tego gis xi tectũ tector tegmen. tego teges. tegula tuguriũ. cõponiĩ circũtego obtego. detego. protego. retego cõtego. cortes texo.
Tegmen dictum q tegat membra sicut & tegumenta.
Tegimen a tego gis & p concisionẽ tegmen.
Techna: fraus. ars.
Technitæ græce artifices.
Techmones malæ artes.
Tegia. fides. coopertura.
Tegnogamia: filio℞ nuptiæ.
Technopegma ars ludicra.
Tegolicus lapis nucleo oliuæ similis.
Tegulæ dictæ q tegant ædes. idem & imbrices primæ positionis: cuius diminutiuũ tigillũ.
Tegularia malefica dicta q super tegulas sacrificet.
Teiori iulius mensis capadoce θεοϊϊψ diuine.
Teitan sol uel gigas interpretatur: nomen est antichristi quod esse se finget: cuius numerus est dclxvi.
Tæla a longitudine staminũ dĩ cuius deriuatiuũ tælaria unde tælla pluraliter iacula oblonga q̃ emittũtur: Virgilius. Cõcurrere tælis.
Telamon pater aiacis.
Telamodie componens.

Theleboes populi.
Telio distinctio.
Teletæ: purgationes.
Teletæ græce hostia dicuntur purgatiua dicta a persiciẽdo hoiem id est purgãdo: & dĩ theatẽ eo q hoiem perfectũ deo deuouet: deriuatur aũt a uerbo τελεω τελω id ẽ pficio: sunt aũt tres teletæ: una quidem baptismatis: secunda cõmuniõis: tertia chrismatis sed illa quæ ẽ cõmuniõis aliis duabus pfectionẽ pstat.
Thelycon θηλυκοψ fœmininum.
Telegon tusculũ ciuitatẽ construxit: q a Ignorante patrem peremit.
Telinum: speces unguenti.
Telos græce finis.
Telonẽ hortolani uocant lignũ longũ quo hauriũt aquas: a lõgitudine dictũ tælon τηλοψ enĩ græce longũ dicĩ hoc hispani ciconiã dicunt quia imitetur auem illã rostrũ leuãtẽ & deponentem.
Telon græce & latine uectigal iterpretaĩ inde teloneũ & telonarius id est curator.
Teloneũ diciĩ ubi merces nauiũ & nauta℞ emolumenta reddũtur: ibi enĩ uectigalis exactor sedet p̃tiũ rebus impositurus & uoce a mercatoribus flagitans.
Tellorem: terrorem. inferna sedes. prisc.
Telum proprie scd̃m græcos diciĩ qcquid pcul iaci põt: q̃ q abusiue & gladius.
Telũ latens dolor a medicis dictũ q dolore corpus transuerberet quasi gladius.
Tellurus: terræ numen.
Tellus ẽra frugifera dcã q eius fructus tollimus
Tellus pfunda pars terræ ĩ qua arbo℞ & hærbarum radices tenenĩ. Terra aũt supficies a terẽdo dicta. hæc tellus telluris.
Tellus amor terræ dea terræ.
Tellumo pars terræ.
Telludis quidam locus romæ.
Thema: norma uel forma. materia dictionis græce proemiũ: similitudo.
Theman interpretaĩ auster siue percussio hic nageb & daron appellatur.
Theman prouincia est gentilium: interpretatur auster uel loquens.
Themæ pondus tres scrupulos retinet.
Themelici erant musici scenici dicti q olim ĩ orchestra super pulpitũ canebãt quod themele dicitur.
Temerarius est qui nõ æstimat periculũ. audax uero qui non timet.
Temeritas sine consilio: audacia uero post consilium.
Temere significat causa alias fortuitu alias male alias improuide.
Temere aduerbium est.

Temeritas sc'd'm ciceroně ē cũ incõsiderata dolorũ ppessione gladiatoria dolorũ susceptio

Temerare: corrumpere. uiolare. polluere.

Temetum ui nũi dicitur q teneat mentẽ & faciat titubare. ũde & dicitur temeratus temero as temeratus temulentus.

Temesis est unius compositi uel simplicis uerbi sectio una distinctione uel pluribus ĩtenectis ut septem subiecta trioni & saxo cere comminuit brum.

Themis interpretatur obscuritas uel caligo quædam dea quæ dabat rñsa.

Temine: trama.

Temnit: contradicit. pro contemnit. spernit

Tēno nis psi temptũ m ante n in eadem syllaba.

Temoys libros.

Temo: lõgitudo aratri uł plaustri. temo temõis

Tempe loca in tessalia delectabilia proprie siluæ locus amænissimus & nemorosus

Tempe loca quidam frigida sylua tecta. ꝑlurali liter declinatur per nomĩatiuũ accusatiuũ uocatiuum.

Temperantia est uirtus qua libido concupiscentiaq; rerum refrenatur.

Tēperātia ē rõnis ĩ libidinẽ atq; alios nõ rectos ĩpetus animi firma & moderata dñatio. Eius ptes sunt cõtinẽtia clæmẽtia. modestia.

Tēperātia ē animoꝝ uirtus: tēperatio uero cuiuscũq; rei tēperamentum.

Tempenes auratum.

Tēperat: placat. mitigat. lene facit æqlibrat. moderat. conuenienter cõmiscet.

Tēperatus: mansuetus. moderatus. modicus. maturus. cõmunis.

Tempes: lambia uulgo dicitur.

Tēpestas aut pro tēpore dicit sicut ea tēpestate: aut a statu cæli sicut uerno aut autũnali tēpore quãdo maxime fiũt tēpestates. quãdo nec plena æstas nec plena hyems est.

Tempestates: uenti. turbines. procellæ. uertigies grando.

Tempestiuum ueteres opportunum a tempore dictum.

Tēpestiua opportuna: matura suo tēpore acta.

Tēpestiue uenisti id est tēpore competenti quãdo oportuit.

Templum a cõtemplatione dictũ cuius nomen pro qbuscũq; magnis locis antiqui dicebant & tēpla dicta quasi ampla tacta. Tēpli quattuor partes sunt: antiqua ad ortũ; postica ad occasum: sinistra ad septentrionẽ: dextra ad meridiem. Primus moyses tabernaculũ domio cõdidit Salomon deide tēplum.

Tēpora sunt mutationũ uices hyems uer æstas. autumnus. In his temporibus aut uelocior ē solis transitus aut tardior.

Tēpora sunt q̃ p sydera fiũt: nõ spatia horaꝝ sed uicissitudines affectionũ cæli: unde & de syderibus dictũ est: sint in signa & tēpora & dies. & ãnos. Nã si aliqs corporalis uel spũalis motus cõditionẽ istoꝝ luminariũ præcessit: ut aliquis a futura expectatione per præsens in præteritum traiiceret sine tempore esse non potuit & cætera.

Tempora sunt ut ait ambrosius uices mutationum: in quibus sol anni orbẽ ĩconfusa uarietate distinguit: tempora aũt a motu sydeꝝ sunt sicut deus dixit.

Tēpora anni quattuor sunt: uer. æstas. autũnus. hyems. dicta a cõmunionis temperamento: quod inuicẽ se humore siccitate. calore. & frigore tēperent. Ver qppe cõstat ex humore & calore & siccitate. autũnus ex siccitate & frigore: hyems a frigore & humore. Ver orit. viii. kal. martii. æstas. viii. kal. iunii. autũnus. viii. kal. septẽbris: hyems uero. viii. kal. decẽbris: initiũ uero ueris. vii. idus februarii: æstatis initium. vii. idus maii. autũni initiũ. vii. idus augusti. hyemis initiũ. vii. idus nouẽbris. Tempus iuxta hebræos integer est annus: tempora uero duo ãni: dimidiũ tpis dimidiũ anni.

Tempus ē mutabiliũ rerũ mora uel motus ipm interuallũ breue uel longũ quod ipsius tēporis essentiæ uidet esse diffinitio possetq; sine sole & cæteris syderibus esse. Quod uero annum mẽses dies & cætera id genus tempora nominamus q̃ sine syderibus esse nõ possint ipoꝝ tpoꝝ certa sint noĩa ꝑsignataq; & definitæ mensuræ: licet ipsa sydera uiroꝝ more & motus causa esse uideant temperant eteni uitã nostrã: ut modo circa ignẽ: modo circa frigus & cæteras qualitates afficiamur immoremus scilicet uel fugiamus: unde & tēpora dicta sunt: inde & dominus forsitan ait. sint i signa & tempora. sine his tamẽ syderibus tres dies fuisse phibent. quando tempus defuisse nemo fortasse recte affirmet: sed iam tunc aliquarũ reꝝ motus uel mota erat.

Tēpora aliud eẽ uidẽtur: aliud tēpus: sicut homo species. hoies uero indiuidua.

Tēpus: dies. hora. momentũ. euẽtus. spaciũ. sæculũ. interuallũ. facultas. copia. occasio. his oĩbus modis accipit.

Tempus tēporis inde tēporalis dr tēporaneus. tēpestus quod nõ ẽ in usu: tēpestiuus na. um tēpestiue cõpõit ãnpestus a extẽplo id ẽ extra tēporis ãplitudinẽ: tēporis aduerbiũ ẽ mox.

Tēpora sunt q̃ caluariæ dextra leuaq; subiacẽt: inde dicta q a mouẽtur: ipsaq; mobilitate quasi tēpora qbusdã iteruallis mutant.

Temptat: experitur. inquirit. lacessit. persuadet.

periculum facit.

Temptare:probare.ut deus temptauit abraham & pro iplicare peccato ut deus neminē temptat. Temptauit diabolus adā de gula cum lignū uetitū ostēdit & ad comedēdū suasit. Tēptauit ex uanagloria cum dixit eritis sicut dii. tēptauit ex auaritia eū dixit sciētes bonum & malū. quia auaritia nō solū ē pecuniæ sed etiā altitudinis: i hoc ergo eū ad supbiā traxit. Eiisdē modis dominū tēptauit & uictus ē. p gulā. Dic ut lapides isti panes fiant. p uanā gloriā: mitte te deorsū. p sublimitatis auaritiā: hæc oia tibi dabo si procidens adoraueris me.

Temulētus:ebrius. a temeto id est uino dictus.

Tenax nunc cupidior quod teneat: interdum & pertinax.

Tenaces:cupidi. auari. stringentes. duri.

Tenaces:forcipes fabrorum.

Tenda quæ rustice trabea dicitur.

Tendit:dirigit. festinat. eleuat. pergit. conat᷑.

Tendo dis tetendi tensus & tentus. tentus tamē & a teneo fit. potest & nomen esse. intentus ior simus. tentoriū quoq; inde deriuatur & tētio & tentigo & tenor.

Tendo dis inde tentorium. tendicula. tensor tensio tensibilis. componit᷑ a tendo obtendo pertendo pro. præ. intendo re. dis. con. portentum. portendo is.

Tendiculæ:insidiæ quæ tenduntur auibus uel leporibus ut rætia.

Tenet:habet. possidet. moratur. nouit. astringit. inuadit.

Teneo es tenui tentus tentum: inde frequentatiuū tento. as. componitur attineo con. per. sustineo continēs continentia: tæneulū deriuat᷑ inde tenax ior. simus tenacitas tenor tenuis simus itas tenuo tēuas: & quæ ex hoc tenerior rimus tenellus. tento as. unde sustento. & ex hoc retento as. tenax & quæ ab hoc. tenus ꝓpositio tinea. cōponit᷑ attineo petineo ob de. sus. con. re. temetum: & quæ ab his.

Tenebræ dictæ qꝛ teneāt umbras. nil autē sūt tenebræ sed priuatio luminis hoc nomē accepit. tenebræ ergo tm̄ nomē habent non essentiā: & ideo deus auctor earū esse dici non potest. quę quid enim deū fecisse dicimus habet scientiā species & essentiam.

Tenebræ. inde tenebrosus. sitas tenebrico as.

Tenebricari:tenebras facere uel pati.

Tenedos insula una ex cycladibus ad septentrionē sita: in qua olim ciuitas athenæ cōdita est. unde & nomen urbis illius uel potius insulæ fuit qꝛ tenes infamatus concubuisse cum nouerca sua & illuc fugisse.

Teneotica:genus chartæ.

Tenei græce tu.

Tener ra rum: molle. fragile. delicatum.

Tener ior. rimus ritas. tenerutudo.

Tenesmon græci dicunt sanguinolentū & coagulatū in modū frusticuli stercoris passio dissenteriæ est uel ex uulnere intestinorum.

Tenia est uittarum extremitas dependēs diuersorum colorum.

Teniæ infulæ. ligaturæ. uittæ sacræ.

Tenilis qui teneri potest.

Tenite artifices.

Tenion græce ascondas.

Tenor: rectitudo. norma. ordo. lex. cōditio posita

Tenor accentus. a tenēdo id est regēdo sermonē

Thensa cum aspiratione gēus uehiculi quo deorū simulacra portabant ἀπὸ τοῦ θεοῦ id est re diuina.

Tensus: porrectus. cæsus. leuatus.

Tensus & tentus a tendo is in usu est.

Tentigo extensio mēbri in libidinē concitati.

Tentoriū dictum qꝛ tendatur funibus & palis. i. tabernaculum uel papilio.

Tenuis: subtilis. fragilis. leuis. exilis. strictus. pressus. siccus. gracilis. macer breuis. ignotus.

Tenuis: nudus. pauper. aridus.

Tenuitas: fames. ieiunia.

Tenus: usq; iuxta. præpositio ablatiui casus.

Tēus Τομεχρι significat aduerbiū. & qūis semper posita inueniatur: tamen quia sine causali non potest poni: inter præpositiones connumerat᷑. qm̄ n̄ solū ablatiuo sed etiam genitiuo more græco adiūgit Virg. Et crurū tēus a mēto palearia pendēt.

Theodericus rex gothorum fuit qui rempublicā inuasit.

Theodosiani & calanitæ hæretici a theodosio & calano dicti sūt epīs in alexandria. hi ppl'i puersi errores eutycetis & dioscori sequētes calcedonense conciliū respuunt ex duabus unā i christo naturā asserunt quanq̄ theodosiāi corruptam: calanitæ incorruptam contendant.

Theodoria mysteriū diuinæ scripturæ. uel diligēs perscrutatio uerborum.

Theologia græce latine diuinitas seu deitas appellat᷑. Theologiæ tria esse genera dicunt᷑ id ē rationale: quod de diis: eorūq; mythicō explicat᷑ quod fabulare appellat᷑ quoniā mythos græce fabula dicit᷑: secūdū phisicon id est naturale. tertiū politicū latine dictū ciuile. deide aūt mythicon appellare quo maxime utunt᷑ poetæ. physicon quo phi. ciuile quo populi.

Theologia de diuinitate rationem siue sermonē significat græce.

Teologi poetæ ideo dicebantur quoniā de diis carmina faciebant.

Theologus de deo disputans.

Theologi. iidem qui & physici dicti: quia in scri-

2

pturis suis de deo dixerũt quoq; uaria constat opinio quid deus esset.
Theomachia deorum pugna.
Theoro θεώρω græce uideo latine: hinc theorema speculatio uel contemplatio.
Theorema id est inspectio.
Theoremata uel problemata sũt geometriæ descriptiones: quæ fiunt post q̃ principia id ē pũctum: linea: figura quid fuerit cognoscitur: illa autẽ elementa uel principia dicunt.
Theoretica id est contemplatiua scia pars philosophiæ: quæ habet tres partes: thologiã: physiologiã: mathematicam.
Theorica intellectus ad diuinitatem se extendẽs
Theosebia græce pietas latine exprimitur dei cultus. Aug.
Theorisma diligens uerborum conscriptio.
Theos græce deus uel απο του θεωρειν id est
Theoro enim id est uideo: quod prospiciat oia. inde & theorica id est contemplatio.
Theos contemplator.
Teper: parũ calet. deficit a calore.
Tepeo es deficit supinis: & quæ ab his fiunt.
Tepor: calor paruus.
Tepidus: recens. calens. iners piger. inefficax.
Tepeo es inde tepesco tepidus tepor. componitur tempero as: & temperamentũ & tepefio.
Terra est squalida: tellus fructifera: humus autem inferior ac deorsum & humida est. generaliter autem terra ubiq; est.
Terra auit dicta q̃ naturali siccitate torret.
Terra significat hominẽ & in bono & in malo.
Terræ circuitum geometriæ perhibent. dxxx milium stadiorum.
Terra significat stabilitatẽ in deo aliquando: qa interior homo stabilitur.
Terra merito dicitur quicquid infra specialẽ hominẽ est terrena labe sauciatum.
Terra est in media mundi regiõe posita quæ singulari numero totũ orbẽ significat plurali uero singulas partes.
Terra dicta a superiori parte qua teritur: proprie autem terra ad distinctionẽ aquæ arida nuncupatur. naturalis enĩ proprietas siccitatis ẽ terris. Nam ut humida sit: hoc aquarum affinitate sortitur.
Terra. inde terrenus terrestris componitur extorris terrigena terricola & testa subterraneus a.
Terra terrenus facit.
Theranne proprium loci.
Teraphin figuræ uel imagines melius q̃ incẽdia idolũ quoddam fuit.
Teraphin hebraice idola. uestimẽtũ sacerdotale.
Terce. tum idẽ & trecenti. æ. ta.
Terebrare: perscrutari. perforare. terebro as.
Terebra dicitur a uerme ligni qui nominatur terebra quem græci teredona dicunt.
Terebra dicitur quia ut uermis terendo fodit quasi terefora uel trãsfora.
Terebrum instrumentum perforandi a terendo unde terrebellum diminutiuũ.
Terebinthus græcum est arbor generans resinã omnibus præstantiorẽ. fructus modicos hẽt qui mandi possunt.
Teredo uermis in ligno.
Teredonas græci dicunt lignorum uermes q̃ terendo edant. quos nos dicimus termites.
Terrenũ opus dicimus ex terra factum: tamẽ cũ alio inuatũ ut homo. terrosum uero ut frumẽtum q̃ de foris habet terrã admixtum: sicut & harenosum.
Terrestre in terra natũ uel uiuens ut maritinum terreum uero quod de ipsa tm̃ terra cõstat: ut lateres: sicut aureum æreum.
Tereon dicta est cyrene id est fera.
Teretes rotundi pulchri & fortes. prisc.
Teres aliquid rotundũ cũ procentate: ut colũna hic & hæc teres tis. prisc.
Terreo res ui. territus territo as. componitur perterreo deterreo exter. pro. cõterrifico. terrefcũs torpeo. uñ torpesco. torpor. torpidus terminus
Verret: timere facit. decipit. frustratur.
Terretur: timet. formidat.
Tererem pulnerẽ redigere. polire. tero tis triui.
Tergere: abluere. lauare. mũdare. tergo ges & tergo gis.
Terga fuga dr̃ quotiens milites fugientes a tergo cæduntur.
Tergum & terga hominum sunt: tergus uero quadrupedum est. unde pluraliter tergora coria dicuntur.
Tergum gi dorsum: tergus goris corium penultima corripitur.
Terga inde dicta quia in eis supini iacemus ĩ terra quod solus homo potest. abusiue uero terga animalium dicuntur.
Terga deorsum sũt: ut latera. posterior pars.
Tergora coria uel pelles.
Tergiuersari: cessare. desinere: dubitare. deliberatur
Tergiuersatur: frustratur. deluit. tempus uoluit. simulando fugit quod debet facere.
Tergiuersator dicitur: q̃ aĩum quasi tergũ uertat huc & illuc nec facile qualis sit intelligitur.
Tergiuersatio: frustratio. colludium. denũciatio.
Terracreta terre filius uel filia.
Terrigenæ gigantes dicti q̃ eos fabulose parẽs terra similes sibi genuerit. hic & hæc terrigena næ.
Terrigena a terra genitus.
Terribilis dictus quasi terrori habilis. metuẽdus. pertimescendus.
Terribola formidolosus uel formidolosa.

Terrificat:terrore afficit.
Territat:frequenter terret.
Terten ab ægyptiis marrubium.
Therinos tropicos secundus circulus cæli ex eo ita uocatus quia in eo circulo sol aquilonis finibus æstatem faciens quæ theros græce dicitur ultra eum circulũ non transit:sed statim reuertitur.& inde tropicos dicitur.
Terion græce latine fera.inde terica quod feraliter occidit.
Theren bestia inde therιτιos id est bestialis.
Teristrum palleolum est quod usq; hodie arabiæ & mesopotamiæ mulierũ est uelamentũ quo tritissimo umbraculo tegunt in æstiuo.
Teristra dicta quod in æstate tegant corpora foeminarum.subtilissimæq; cortinæ.
Territorium dicitur quasi tauritorium tritũ bobus & aratro.antiqui enim possessionum territorium limite designabant.
Territoriũ id est suburbium quasi terræ boũ eo q terantur bobus.
Thermæ dictæ q caleant.græci enim thermõ calorem uocant.
Thermæ calida loca sunt id est balnea uel aquæ callidæ uel domus unctionis.
Termes terminus uel uermis ligni q dicit teredo.hic termes termitis.prisc.
Termini dicti q terras mensura distinguant.his enim testimonia finium intelliguntur.
Terminat:finit.explanat.expedit.
Terminalia festa.quæ in terminis celebrant.pluraliter declinatur.
Termosarinos lupinum.agreste.pulices necat in domo sparsum.
Thermon græce calidum.
Termodon mons.siciliæ uel fluuius cappadociæ
Terror:horror.timor.tumultus.metus.
Terophila sibylla dicit quasi teronphila id est uirorum fortium cognata.
Tero teris triui tritus a tum:tritor.riũ.tritura terra & quæ ab ea fiunt.componitur teribonũ.obtero.detero.contero.
Theros θέρος græce æstas.
Terque quaterque sæpius ac multum uel scdm animam & corpus.
Terpsichoris poeta q de helena male locutus ẽ.
Terpsichore musa psalterium composuit.iterptatur delectans instructione.
Terpsichore causã muneris monet.iperat auget
Tersus:mundus.nitidus.eruditus.
Tertius a um.ordinale a ter.
Tertia sabbati tertia feria:quæ dies martis dicit.
Tertia persona pronominis modo ẽ demonstratiua:modo relatiua:modo discretiua.
Tertulianiste hæretici a tertuliano presbytero carthaginis dicti.animam immortalẽ esse sed corpoream prædicantes & animas hoĩum prauarum post mortem in dæmones uerti.
Thessali dcia thessalo.hi postea a græco ĩge græci sunt nuncupati.
Thessalia a meridiana plaga macedoniæ cõiũcta est:a tergo epirus est.In hac sunt præcipua oppida:thessalonica quam thessalus græci filius ædificauit:& thebæ:ubi ciuilia bella conuenerũt.ibi ẽ mons parnasus.Hæc thessalia patria athillis & origo laphitarũ fuit.
Thessalia quæ & emathia quinq; montibus cõterminatur.a septentrione olympo:ab oriente ossa & pelio.a meridie othi.ab occidẽte pido.
Thessalus uel thessala de thessalia.
Thesaurus ἀπὸ τοῦ θέσεως a positione.i.repositio noiat ex græco latinoq; cõpositũ. nã θέσις græce latine positum dicitur:quo auro iunctum repositum aurum sonat.
Thesaurarius qui thessaurum custodit.
Thesbites regressus uel captiuans interpretatur.
Thescua loca:in quibus pecora castrantur:unde & castratores thescuatores dicuntur.
Thessella sunt e quibus domuolia sternunt a tesseris id est quadratis lapillis nominati.
Tesseræ sunt quadrati lapilli a tessera id est quattuor dictæ quia quadræ sunt ex omnibus partibus.hæ tesseræ & lepusculi dicũtur:olim uero iacula:quibus ludimus dicebantur.
Tesseræ sunt quibus frumentorum numerus designatur:quas accipiebant simul cum annona unde & tesserula diminutiuũ.
Tesseræ sunt que iactantur in testa alearum.
Tessilæ diminutiuũ.
Tessere scdecaditæ dicti quia.xiiii.luna pascha.cũ iudæis obseruando contendunt. Nam tessera quattuor deca decem significat.
Tesserarius præpositus curruũ qui bellũ nũciat.
Tesseræ:quadræ.
Tesserini agripenni bicurti:quia ad modũ tesserarum sunt quibus ludimus.
Thesis græce positio uel positura sicut contraria est arsis.
Thesis appellatur quæstio dialectica quæ sine circunstantiis est:ut utrum homo sit animal.hypothesis uero rhetorica causa cũ circunstãtiis.
Thespiei populi græciæ.
Tesqua syluestria loca amœna.
Testa uocabulum ex argilla cocta sumpsit q̃ dũ mollis sit efficitur tosta:nec iam retinet prius nomen quia quod fuit iam non est.
Testa uasa argillatia a tostu dicta.testa & testu significat idem.
Testula est diminutiuum.
Testamentum dictum q testibus conscripta est & confirmata uoluntas.
Testamentũ uocatũ quod nisi testator mortuus

fuerit nec confirmari potest nec sciri quid in eo scriptum est, quia clausum & obsignatũ ẽ & inde dictũ testm̃ quia nõ ualet nisi post testatoris monimentum: unde apl's. Testamentũ inquit in mortuis confirmatum est.

Testamentũ sane in scripturis sanctis nõ hoc solum dicitur quod non ualet nisi testatoribus mortuis sed omne pactum & placitum testamentũ dicitur.

Testamentũ iuris ciuilis ẽ quod testiũ subscriptione firmatũ. testm̃ iuris prætorii est septẽ testiũ signis: sed illud apud ciues: hoc apud prætores. Testm̃ signare est notare: ut notũ sit qđ scriptũ ẽ. Olographũ dr̃ illud quod manu auctoris totũ conscriptũ est. Irritũ uero dictũ est si is qui testatus ẽ capite diminutus est: aut si nõ recte factũ sit inofficiosũ qđ liberis exhæredatis sine officio naturalis pietatis in extraneas psonas reductũ ẽ. Ruptũ inde dictũ ẽ quod nascẽte posthumo neq; exhæredato nõiatim neq; hærede instituto disrũpit'. Suppressũ uero testamẽtũ ẽ quod i fraude hæredum uel legatarior seu idẽ libertor ñ ẽ palã propalatũ quod & si nõ latet: tamen si prædictis psonis nõ pferat' supprimi uidetur.

Testamentũ uetus dictum quia adueniẽte nouo cessauit. testm̃ aũt nouũ quia inouat p gratiã. Inde testamẽta utraq; dicta quia illud a pphetis nouũ autẽ a xpo & eius apl'is cõfirmatũ fuit. testamẽti ueteris secundũ hebræor traditionẽ hi scriptores habentur. Primus moyses scripsit pentatheucũ. iesusnaue librũ suũ. iudicũ autẽ & ruth & samuelis usq; ad calcẽ scripsit dauid. Malachĩ torũ hieremias. Iob hebræi moysen scripsisse putãt. Alii unũ ex pphetis. Nõnulli uero eundẽ iob post suã plagã. Psalteriũ decẽ pphete scripserũt id est. Moyses: dauid: Salomon: asaph: Echam: idithun. Eman filii chore id est assyrii elcha.na.abiatar. Sunt qui esdrã & aggeũ & zachariã scripsisse dicãt. Salamon scripsit prouerbia ecclesiasten cantica cãticor. Esaias librũ suũ hieremias librũ suum cũ lamentatiõibus suis. Viri sapiẽtes synagogæ scripserũt ezechielẽ. xii. pphetas. danielem paralipomenõ. & hester. Esdras librũ suũ. oẽs aũt hos libros idẽ esdras post incensã legem a chaldæis dũ iudæi regressi fuissẽt diuino afflatus spiritu reparauit cunctaq; pphetar uolumina quæ fuerãt a gentibus corrupta correxit: totũq; ueteris testm̃ i. xxii libros constituit ut tot libri essent in lege: quot habẽt & litteræ. librũ sapientiæ salomonis ipse scripsisse dicitur librũ autẽ ecclesiasticũ composuit iesus filius syrach hierosolymita nepos iesu sacerdotis: qui pp similitudinẽ Salomonis apud latinos titulatur. Præterea iudith & tobiã & machabæor libros: quis auctores scripserũt minime cõstat: in nouo aũt testõ quattuor euangelistæ quattuor euãgelia quor solus Matthæus hæbraice scripsisse phibet'. paulus suas scripsit epl'as ex quibus. vii. ecclesiis scripsit: reliquas discipul' timotheo Tito & philomeni. Ad hebræos autẽ pp dissonãtiã sermõis eius esse a plerisq; latinis incerta est: aliis barnaban aliis clæmentẽ scripsisse contendentibus. Petrus scripsit duas nominis sui epl'as. Iacobus unam. Ioãnes tres: quar duæ ioannis cuiusdã presbyteri æstimant'. iudas suã. Actus apl'or lucas euangelista cõposuit sicut audiuit & uidit. Apocalypsin ioãnes euangelista eodẽ tẽpore quo propter euangelii prædicationẽ traditur alligatus. Hi sũt scriptores sacror librorũ diuina inspiratione loquentes: atq; ad eruditionẽ nostrã diuina præcepta dispensantes Auctor uero eaiũdẽ scripturar spiritus sãctus esse tradit'. ipse eni scripsit qui p pphetas suos scribenda dictauit. Testamẽti ueteris libri i tres ordines diuidunt' id est legis & prophetar & agiographor. In lege pentatheucum continetur. In prophetis iesusnaue iudicum samuelis Malachim esaias hieremias ezechiel tetrastra qui dicit'. xii. prophetar. In tertio ordie qui est agiographor id est sancta scribẽtium cõnumerantur Iob psalteriũ prouerbia ecclesiastes canticor cantica daniel paralipomenõ Esdras hester: quidam autẽ ruth lamentatiões agiographis adiciunt. Quartus ordo apud nos ẽ eor librorũ qui i canone hebraico non sunt id est sapiẽtiæ liber ecclesiasticus thobias iudith duo machabeor quos licet iudæi inter apocrypha separent: ecclesia tamen christi inter diuinos libros & honorat & prædicat.

Testationes: notæ. indicia. uestigia.

Testor commune antiquitus.

Testo pro testor antiquitus.

Testatur: testimonium. palã fert. iurat. narrat.

Testor sæpenumero ad insinuandum pertinet: cõ

Testor ad iudices: obtestor ad aduersarios.

Testari: sententiam confirmare. Contestari cum quadam auctoritate cõfirmare. Pro testari manifeste cauenda pronuntiare. Obtestari aliquẽ iurare compellere. Attestari ad testimonium uocare. detestari execrando respuere.

Testes dicti qui testamento adhiberi solẽt. signatores: qui testamentum signent: qui supstites antea dicebantur uel alligati. Duo sunt genera testium: aut dicẽdo id quod uiderũt: aut pferendo id quod audierunt testes duobus modis delinquunt cum uel falsa promunt. uel uera silendo celant.

Testimonium est omne quod ab aliqua re externa sumit' ad faciendam fidem.

Testis dicit' quod tueat' statutum. inde deriuat' testimonium testiculus testor aris. componit' obtestor. detestor. contestor testificor aris. intestacus.

Testificatur protestatur. uociferatur.

Testiculi dicti a testibus per diminutionē: quoꝝ numerus incipit a duobus. hi semē calamo ministrant: quod a spinæ medulla renibus & lūbis suscipiunt gratia procreandi.

Testylis rustica quædam uel fictilis rusticum nomen.

Testudo genus reptilis testu cōtexta. prisc.

Testudo a testa uel testu corporale est.

Testudo uisceribus pasta serpentis origano sibi medetur.

Testudo scutorum concameratio in modum testudinis.

Testudo est camera tēpli obliqua in modū testudinis a ueteribus facta ad cæli imaginē.

Testudo densitas ramorum.

Tæsus: odiosus. fatigatus deriuatur a tædet.

Teth: bonum interpretatur.

Tetanus maior contractio neruorum q̄ spasmus a ceruice ad dorsum.

Theta græce sodalis solidus theta.

Theta. e. littera erat mortuorum. hæc pro mortuo inscribitur.

Teter: niger. asper. obscurus. horrendus. ferus.

Teter tetra tetrum ior rimus.

Tetrum ueteres pro fero dixerunt.

Teterani: proni. tenebrosi.

Thetica positiua a tetica id est possessiua ut euandrius ensis.

Tethys uxor oceani mater nimpharū.

Thetis etiam mather achillis

Tethys tethyos thetis thetidos græce & thetidis latine.

Tetra græce quattuor.

Tetrerdus quartanus.

Tetrastin græci dicunt quaternariū.

Tetracolon: quadrimembris sententia.

Tetrachordum cithara cum quattuor cordis.

Tetragona quadrangula æquilatera figura: quæ habet omnes angulos rectos.

Tetragrammaton quattuor litterarum quod pprie apud hebræos ī deo ponit'. ioth. he au he

Tetraidos formula incensi quod fit ex quattuor pigmentis. tetra enim quattuor idos formula dicitur græce.

Tetrametrum quattuor pedum uersus.

Tetraptota quattuor casuum uarietas.

Tetrarchæ sunt quartam partē tenentes regni inde tretrarchia.

Tetrasyllabum: quattuor syllabarum.

Tetricus: tristis. obscurus. supciliosus. rigidus. a tetro.

Tetricus mons est ī sabinis asperrimus. unde tristes homines tetricos dicimus.

Teumentum: nutrimentum.

Teusolinus proprium agri a loco.

Teucer telamonis & hesionæ filius: frater aiacis de salamina ciuitate.

Teucri: troiani.

Teucria troia a teucro rege dicta.

Theucos græce uolumen: inde pentatheucum.

Teumesius amnis est.

Teubolus dux cymbrium.

Teutates dicitur mercurius lingua quadam.

Teuttania regio phrygia.

Teutonus cum longis armis.

Teutoni gens galliæ.

Texit: operit. defendit. ordinat. intermiscet.

Texo xis xui textū. inde textus. textor. trix. componit' ptexo. in. sub. re.

Textus. ordo narratio.

Textilia: plumata. species texti.

Textumlicū fila putrida quæ de tælis cadūt. res uilissimæ.

Textrinū locus ubi naues fabricantur. id est naualia. penultima producitur.

Textrinū locus ubi fœminæ texunt tæla & fil'ia

Tez dicitur saturnus. & interpretatur consumās uel comedens.

Tiara genus pileorum apud persas.

Tiara pilæum sacerdotis. Virg. primam penulti. producit.

Tiara græcum est & uertitur in latinum. Est autē genus pileoli quo persæ chaldæorūq; gens uritur uel phryges.

Tya soror matris. græcum est.

Thyas baccha.

Thyasi: chori. sacre laudes uirginum.

Thyasus saltatio in sacrificiis bacchi.

Thyasus sacer.

Thyatira ciuitas asiæ. interpretatur illuminata.

Tiberiadis oppidum in iudea: quod herodes in honorem tiberii cæsaris condidit. a quo lacus uel mare tiberiadis dicitur. omnibus lacis iudææ salubrior.

Tyberis fluuius nascitur ex monte appēnino oeciditq; tyrrheno mari iuxta romam.

Tyberis qui & tybris italiæ fluuius. a tyberino rege albanorum dicitur appellatus qui in hunc fluuium cecidit. Nam antea albula nomen a colore habuit.

Thybris nomen regis inde thyberis fluuius: qa in eo pugnans cecidit.

Thybris thybris & thyberis thyberis. dicitur etiā & thybris thybridis.

Thyberina ostia ciuitas ī eius fluminis exitu posita

Thyberinus. genus piscis fetidi.

Tibiæ sunt a genu usq; ad talos dictæ q ex tibiis

grum fiebant primitus.

Tibiæ dictæ quasi tubæ. sunt enim longitudine & specie similes.

Tibia est instrumentum musicæ cũ diuersis foraminibus quæ ore inflantur.

Tibicen qui tibia canit. unde tibicino as.

Tibicen cõponit a genitiuo tibiæ & cano quasi tibiicen sed cõmutat duas ii breues in unã lõgam. Est autẽ cõmunis g. sed tamen foemininum tibicina facit. unde melius masculinũ ẽ.

Tibicines sunt lugubre carmen canentes.

Tibicines etiã bifurca fulcra dicunt: qbus domus sustentaetur. uel iperfecti uersus qui fulciunt.

Tion & scyrpus dicitur & cauda iuncea.

Tibin genus est uasculi in modũ scirpil ex uirgultis agrestibus textum hoc uasculum ex hebræo alii caprã alii cistulã interpretati sũt. tyburtinus lapis a loco italiæ dictus. tybur nomẽ est oppidi neutri gen. hic & hæc & hoc tyburs tyburtis gẽtile. tybur ns uersus cãpaniã a quodã tyburto græco dicit. unde tyburtia.

Tyche fortuna. hic eutyches bene fortunatus.

Ticia uulgo perustum lignum.

Tityus gigas libidinosus latonam complecti uoluit: unde eius cor uultur dicitur corrodere.

Tichos græce murus.

Tyestes incestauit uxorem fratris sui atrei. unde atreus ei filium apposuit.

Typhones dracones.

Typho draco.

Typhon filius saturni gigas.

Typhos charybdis princeps ignem flans.

Typhoniaci tartarica gens.

Typhœus typhõ & typhos dicitur: unde typhœius a um. i. irine.

Tigillinus qdã ipatiẽs seruus fuit. cuius iuuenalis meminit.

Tigillum diminutiuũ a tigno: sicut a pugno pugillus.

Tignum a tegẽdo dictũ. tecto enĩ iponitur ut in eo cætera superponant. tignarius uero qui tigna tecto inducit id est sarcitector.

Tigranes rex parthorum fuit.

Tigris interpretatur rapida.

Tigris dicta propter uolucrem fugã. Ita enĩ nominant persæ & medi sagittam: bestia uariis distincta maculis uirtute & uelocitate mirabilis a qua tigris fluñ dicitur. in hyrcania sunt aĩalia. tigris tigridis & tigris.

Tigris fluuius mesopotamiæ de paradiso exiẽs & pergens contra assyrios & post multos circuitus in mare mortuũ illuit pp uelocitatem a bestia eiusdẽ nominis nimis pernice.

Tigris fluuius parthiæ armẽiæ. significat foemineam arrogantiam.

Tilee insula oceani a cæteris separata per. vi. dies ultra britãniã inter septentrionẽ & occidentẽ.

Tilia genus arboris leuissimæ.

Tilosi indiæ insula cuius omnes arbores nũq̃ foliis nudantur.

Tilium dictum q utile sit ad usum telorũ gẽus materiæ leuissimæ.

Thymallos piscis marinus a flore qui thimus dr est appellatus fragrat.

Thimallus genus piscis. asco.

Timarchides timarchidæ & timarchidis, ppriũ ẽ

Timauus fons illyriæ fluuius hystriæ interpretatur fons inuenti.

Thymbra genus hærbæ satureia dicitur.

Tymbre locus prope ilium. tymbræus dictus est apollo a thymbra hærba medicinali.

Timet: trepidat. hæsitat.

Timere deum est nulla quæ facienda sunt bona preterire.

Timeo te & tĩeor a te i passiua uoce actiuã i actiua passiuã uim habet. deficit futuro infinito.

Timeo es inde timesco. timor. unde timoratus. timidus ior. simus. ditas. cõponit trepido tremo. unde tremor. tremefactus tremibundus.

Timidus est qui semp timet: timẽs uero q ad tẽpus formidat. taliter distinguũtur cætera: pauens & pauidus. prouidens & puidus.

Timidus dictus q timeat diu a sanguine. Nã timor sanguinem gelat.

Timiditas est animi uitium sempiternũ: quod ẽ etiã si timor non sit: timor uero accidens ẽ. ita q sicut homerus ait. in achille fuit aliquando timor. timiditas nunq̃.

Timide: diffidenter. cunctanter.

Thymiamaterium græce thuribulum.

Thymiama θυμιαμα græce dr quod sit odorabile. Nã thymus dr flos qui odorem refert.

Thymiama incensũ. confectio odoris aromatici

Thymicon: irascibile.

Thyminum: mel suaue multum odoriferum. nã flos eius amarus est.

Thyminum uinum falernum.

Timor est mentis accidens dolor extrinsecus aliqua accidente occasione.

Timor seruilis est terrore poenæ a malo se abstinere: non iustitiæ delectatione. hũc foras mittit charitas: quam non delectat iniquitas etiã si proponatur impunitas. timor uero castus ẽ quo timet anima ne amittat ipsam gratiam p quã in illa factũ ẽ ut eã peccare ñ delectat: quo timet: ne eã deus deserat etiã si nullis cruciatibus puniat. Hũc charitas nõ eicit: qa pmanet in æternũ. timeat xpiãus nõ eos q corpus occidũt. sed illũ q potest animam & corpus mittere in gehennam. Maior timor debet esse peregrinantium: minor propinquantiũ: nullus peruenientium. Nam perfecta charitas foras

mittit timorem.

Timo.floreo onero:circumflexo.timoeus.

Tympanum fit de extenta pelle:conum est cum ligno extentum.

Tympanum dicitur mediū pars media sympho niæ in similitudine cribri.

